EPICTETI

ENCHIRIDIVM

Cum

CEBETIS THEBANI TABVLA

Græc. et Lat.

recensuit

JOANNES CASP SCHRÖDERUS.

Editio Tertia.

DELPHIS, apud ADRIANUM BEMAN. 1723.





EPICTETI
ENCHIRIDIUM
UNA CUM
CEBETIS THEBANI
TABULA
Græc. & Lat.

Cum notis WOLFII, CASAUBONI, CASELII & aliorum;

Quibus accedit Græca *Enchiridii* Paraphrasis, lacunis omnibus, Codicis Medicei ope

A

JACOBO GRONOVIO

Repletis:

Recensuit, & a plurimis mendis, quæ in priores editiones irrepserant, repurgavit, ac Notis quibusdam & animadversionibus illustravit

JOANNES CASPARUS SCHRÖDERUS.





DELPHIS
Apud ADRIANUM BEMAN.
CIↃ IↃ CCXXIII.



DEDICATIO.

Nobilissimo Amplissimoque

Viro

THEODORO VALLENSI, J. C.

Reipublicæ Delphensis Senatori & Judici

S. D.

SI apud eos, qui humanitatis ſtudia profitentur, nihilque habent, neque prius, neque antiquius, quam ut honeſti & decori, quavis occaſione, ratio ipſis conſtare poſſit,

tantum valere debet propensæ voluntatis, aliunde declaratæ, recordatio; ut, si velint digni haberi illis, quas colunt literis, inter prima honestatis officia, mentis gratæ piæque significatio, omni loco ac tempore apparere debeat; ego certe eum me esse agnosco, qui nisi justam turpis ignominiæ exprobrationem negligere sustinerem, id mihi inprimis agendum esse sentiam, ut, quo animo in Te sim, omnibus velim esse testatissimum. Nam, ut de ceteris taceam, quorum ingenii doctrinæque elegantiam studio atque benevolentia tua complexus es; tantum quod pedem ego intuleram in hancScholastici Regiminis provinciam, cum Tu hospiti mihi eximia prolixæ cujusdam voluntatis declara-

ra-

ratione, cuncta, quæ in Te forent, officia benignissime pollicereris. Quem quidem generosæ mentis ardorem ita Tu Vir Amplissime, vivum deinceps atque incolumem conservasti, ut recentibus subinde benevolentiæ nutrimentis inflammari eum quam sæpissime mihi cernere liceret. Nam cum rogatu atque impulsu amici, id mihi negotii suscepissem, ut nobilissimum illud Stoici Philosophi Enchiridium recenserem, omnique cura & studio providendum mihi esse intelligerem, ut in gratiam illud studiosæ Juventutis quam castigatissimum in lucem prodiret; Tu mihi inprimis præsto fuisti, qui exemplarium ejusmodi, quorum ope obvios quosque priorum editionum nævos facile

tollerem, humaniſſime mihi copiam faceres. Quæ quidem animi Tui tam officioſi erga me ſtudiaque literarum argumenta ſane quam inſignia cum extarent, certiorem nullam invenire potui depromendi obſequii, quod pro iis deberem, rationem, quam ſi hic oſtenderem, quam optata mihi accidiſſet, oblata in præſentia tantæ benevolentiæ, utcunque poſſem, reſpondendi facultas. Quamquam vero nec Tua bene merendi virtus, quippe ſe una contenta, aliena commendatione minime indiget, nec ego is ſum, qui ambitioſa oratione auribus tuis tam pulchræ dotis præconium dare velim; tamen, cum mihi abs Te in manum datus eſſet *Epictetus*, is qui de animi excellentis præſtantia,

agit, non veritus ſum, ne quid committerem, quod a tanti Sophi decretis abhorreret, ſi illa, quæ non alius arbitrii, ſed tua proprie forent, honorifica nominis tui commemoratione Tibi quoque adſcribere ne dubitarem; præſertim non minus illuſtria cum ſint, quæ publice dediſti animi, nihil vulgare, ſed ſublimia & excelſa quæque ſapientis indicia. Quis enim ignorat, eum Te ex liberalium artium diſciplinis, quibus probe innutritus es, percepiſſe fructum atque uſum, ut cuncta ad unius Civitatis, cujus perſonam una cum ceteris Ampliſſimi Ordinis Viris Tu geris, commoda referenda eſſe exiſtimes. Cum enim multi, quibus quidem, hoc collabaſcentium literarum ſenio, generoſo honeſto in-

coctum pectus est, præclaram Musis gratiam reddere sese arbitrentur, si non indiligenti antiquitatis, cui intelligendæ Juvenes se devoverant, recognoscendæ studio, vetustissimarum rerum memoriam recordari possint; Tu non alienis per omnem ætatem inhærendum esse pulchre vides, sed cum veteri notitia conjungenda tibi esse statuisti longe utilissima Patriæ nostræ monumenta. Cujus rei documentum cum spectabam dispositam a Te exquisitissimam raramque Belgicæ historiæ seriem, tuli scilicet non obscure, quanta cum voluptate, meum animi sensum, qui patriam historiam ad πραγματίαν & civilem prudentiam externis illis minime imparem censerem, auctoritate tanti exempli viderem con-

confirmari. Quæ cum ita ſint, quis tam erit imprudens rerum æſtimator, qui non ſentiat, perveniſſe ad Te veram illam atque unice expetendam ſtudiorum gloriam; poſtquam laudabile illud veterumRomanorum inſtitutum ſecutus, quiGræcarum aliarumque civitatium mores, inventa,diſciplinam, ad ſuæ reipublicæ accuratiorem notitiam trahebant, uni patriæ penitius cognoſcendæ omnia tua inſervire voluiſti?Immo vero nec minus tam ex præclaro ſtudio inſignis tuus in Bataviæ ſolum, quod Te naſcentem excepit, amor elucet; quando perſpicuum evadit, non tam extraneis, quamvis eos tantarum rerum inter legendum admiratione capi neceſſe ſit, quam genuinis Batavis, noſtræ Reip. primordia ſtu-

ſtupenda, res domi bellique fortiſſime geſtas, ancipites caſus ac viciſſitudines miras, cum tenerrimo ſui ſenſu curam ſolicitudinemque adferre. Quem ſincerum tuum in Patriam animum Tibi tum curia gratulatur, cui quidquid ex veteri memoria, aut exemplo dignum, aut conſilio ſalutare Tibi ſuppetit, indefeſſo labore ſuppeditas; tum vero omnes boni ſuſpiciunt ac venerantur, qui Te nobiliſſimæ familiæ diu ſalvum & incolumem fore exoptant. Quorum votis ego hanc obſequii in Te mei obſidem tabellam dum aſtringo, illud etiam atque etiam rogo, Tibi perſuadeas, optatius nihil accidere mihi poſſe, quam ut, dum Tu iſta, atque etiam ampliore gloria perfrueris, ego tantum

no-

nominis Tui decus, omni honore & obfervantia colam

Nobilitati & Amplitudini Tuæ

L. M. Q. addictus cliens

J. C. SCHRÖDERUS.

Dabam Delphis Idibus Nov. A. CIƆIƆCCXXII.

PRÆ-



PRÆFATIO.

Lectori φιλέλληνι καὶ φιλοκάλῳ

S. D.

JOANNES CASPARUS SCHRÖDERUS.

QUod Te, Lector candide, sub hoc potissimum titulo compellem, libri ipsius dos facit; qui, cum ob Græci sermonis Veneres, puræque elegantiam dictionis, quæ in eo elucent; tum ob recti & honesti speciem, quam considerantium oculis animisque exhibet, illius cognitione inprimis dignus videbatur, qui cum literarum studio virtutis sinceræ culturam conjungere amaret. Etenim si ex omni antiquitate quisquam

quam fuit, qui præter orationis pressam adductamque, verum ipsa simplicitate jucundissimam suavitatem, gravissima tradat ad honeste sapienterque vivendum dogmata, in his Epictetus *nomen profitetur suum. Cujus proinde Enchiridion istud vere aureum, cum mole perexiguum sit, nec ob id legenti fastidium pariat, tanto majore cum fructu cognosci potest, quanto plura vitæ prudenter ac decore instituendæ præcepta minore compage comprehendit. Quippe ex hoc virtutis magistro quæ Deo, quæ aliis, quæ tibi ipse debeas, officia, citra molestam verborum ambagem, copiose simul & luculenter intelligas. Quid despectus ille rerum humanarum? Quid fortunæ insultantis contemptio? Quid veri boni, quod in solis animi, sibi placide acquiescentis, nihil vero anxie cupientis, dotibus positum sit, pretium, quam grata ac nervosa brevitate hic passim in-*

insinuantur? Quis ex omni Philosopho-rum, quotquot unquam extiterunt, Schola, Epicteto *solidius vel iracundiæ tumultus sedavit, vel libidinis æstum extinxit? Unde efficaciora ad continentiam, ad justitiam, ad fortitudinem ceterasque animi virtutes hortamenta petantur, quam ex uno* Epicteto? *Sed encomium viri scribere non est nostrum: fecere alii; fecit eruditorum chorus omnis; ex quibus quanto quisque sinceræ virtutis studiosior fuit, tanto graviore ac prolixiore laudis testimonio Philosophum hunc est prosecutus. Equidem ut vere dicam, quod sentio; cum in plerisque fere gentilium scriptis, quibus actiones mortalium ad recti & honesti normam componere studium fuit, non tam expressa virtutum vestigia, quam amictam severæ frontis supercilio superbiam arrogantiamque deprehendere liceat; quod Fabius ille Quinctilianus jure merito arguit*

Insti-

*Institut. Orat. Procemio ad Marcellum Victorium; in Epictetum ut talis suspicio minime cadat, simplex ille dicendi character facit, & animus tam ab omni stoliditate alienus, quam a fuco & ærugine vacuus *. Quem utinam servarent, qui interioribus hisce & reconditis literis operantur! profecto nec fastosa & inanis ista scientiæ opinio, qua ridiculos quosdam sui ostentatores, ad quorumvis cordatiorum nauseam, omnisque adeo humanitatis opprobrium, tumere videas, in leviculis, quæ ipsi in literis præstant, regnum sibi vindicaret sapientiæ; nec sanctissimum Religionis nomen, turpissimis vitiis obtentui sumptum, aut impietati, aut ambitioni, aut denique quibusvis flagitiis fœdissimo servitio subjiceretur*

* Huc faciunt illa Origenis contra Celsum lib. 6. *Spectare itaque licet, in eorum duntaxat manibus Platonem versari, qui eloquentiæ student*, Epictetum *vero illum in quorumvis manibus esse, qui ejus ex scriptis non mediocriter possint proficere.*

tur †. *Verum istiusmodi querelæ, quamvis justæ, ut humaniorum studiorum sectæque Christianæ degeneres Professores merita recte sentientium indignatione onerant, sic* Epicteti *admirationem augent; cujus vitam, si quidquam ex divino istoc scripto certi statui potest, instituto suo consentaneam fuisse abunde potest colligi. Neque tamen vel consummata isthæc honesti ac decori cognitio, vel morum sanctitas, quæ Philosophum nostrum nobilitarunt; per Dominum Epaphroditum* (*quæ* Berkelii *conjectura est*) *Neronis satellitem, & Pauli Apostoli familiarem, percepta eum habuisse prima fidei Christianæ elementa, quæ passim per totum* Enchiridion *conspiciantur, ut certò statuamus nos urgent; præsertim si cogite-*

† Confer quæ de falsis Oratoribus ponit Quinctilianus lib. XII c. 3. *Qui paulum aliquid sederunt in scholis Philosophorum, ut deinde in publico tristes, domi dissoluti, captarent auctoritatem contemptu ceterorum.*

gitemus, Epictetum *toto hoc opusculo nihil aliud quam Stoicæ disciplinæ convenienter disputare; nec si quid forte dictum sublimius videatur, statim alio trahendum esse; cum ex Marco Antonino, Theophrasto aliisque manifestum sit, quantum nervorum fuerit in isthac hæresi, ad absoluti perfectique hominis exprimendum simulacrum. Huc accedit præcipuum Philosophiæ moralis inter Veteres studium; cui perpoliendo cum plerique partem vitæ impenderint longe maximam; quid mirum, si quando in describendis vitæ officiis ipsos naturæ limites supergredi, atque a fontibus sacris, unde hæc copiosius hauriuntur, quam proxime abesse visi fuerint? Sed invaluit dudum inter eruditos nonnullos isthæc disciplina, sacræ auctoritatis clypeo vim ac robur conciliandi gentilium monumentis; perinde quasi ipsi, sensu communi destituti, quid in sermone, quid in factis,*

quid in omni denique vita maxime deceret, pervidere non potuerint, nisi hominum, vera religione imbutorum, traditioni acceptum illud esset ferendum. Quod quidem ut sacrorum dignitas mysteriorum probabile multis efficere possit, sic verendum est, ne, qui ita statuunt, Deum in residuis naturæ, quamlibet depravatæ facultatibus, testimonio sui exclusum velint; dum parvulos hosce igniculos, virtutum scilicet & notionum semina, quæ ceu tabellam miseris mortalibus, ad conditionem humanæ societatis tolerabiliorem, ex deplorando istoc beatissimæ sortis naufragio superesse voluit Deus ter Optimus Maximus, peculiaris cujusdam revelationis faciunt beneficium. Quanto æquiore jure quispiam, ratione utens, naturam in talibus sibi relinquat, atque id potius decernat recti istam normam, sic ab Epicteto *ejusque similibus traditam,*

sum-

summi instar fastigii habere, ad quod animus humanus, assidua justi & honesti cogitatione intentus, adspirare potuerit; quicquid vero huic veri & decori descriptioni desit, supplendum illud esse ex Sacris Literis, quæ cum perfectorum officiorum fontes aperiant, tum justam eorum regulam & finem ostendant. Atque ut iniquos esse in naturam significavimus, qui insitis ei virtutibus detrahunt; sic in alteram partem, qui liberalitate nimia vires illius immane quantum adaugent, peccare mihi videntur. Quis ignorat, facultatis illius, quam mens humana in contemplatione illarum veritatum, quæ Summum Numen propius attingunt, per se exserere creditur, quamque vulgo Theologiam Naturalem appellant, eos in Scholis nunc a multis designari terminos, ut, quò minus pro genuino revelationis fœtu haberi possit tam accurata penitusque expressa,

istiusmodi Proprietatum & Attributorum, quæ vocant, Divinorum forma & species, nihil mihi quidem deësse videatur, præter unum, quo reliqua mysteria commendantur, sacræ traditionis titulum? Horum quoque tam prolixè de humana natura opinantium non minus error eripiendus est. Non enim, quidquid animus hominis Christiani, diu multumque in meditatione sacrorum oraculorum versati, de Deo, ejusque perfectionibus, deque ordine veritatum Divinarum approbare didicit, statim Naturalis Theologiæ jus vindicabit. Atque hoc in genere mea quidem sic est sententia. Quidquid mens humana absque revelationis divinæ subsidio de Summo Numine cognitum habeat, in censum illud venire Theologiæ Naturalis; quicquid verò de Divinis exquisitius tradatur, & a sensu communi magis remotum, id uni deberi comprehensæ Sacris Literis doctrinæ. Quæ quidem non in difficili posita

esse

esse discrimine quilibet agnoscat; cum verum Theologiæ Naturalis exemplum petendum sit a Gentilium Theologis, qui ejuratis vulgi opinionibus erroribusque, quousque in notitiam summæ illius naturæ per se penetrare possent, testatum fecerunt; quicquid vero ab illorum decretis assurgat altius, omne id speculantium quorumdam conatibus, non improbandis illis quidem, sed tamen ad confutandam impietatem parum efficacibus, tribuendum puto illorum, qui per omnem vitam conspicillo cœlestium oraculorum usi, ac pleni verorum de Deo rebusque Divinis sensuum, tamdem aliquando naturale lumen, quantum in Divinis per se cernat, consulere aggrediuntur; ignorantes, non merè naturalem sese mentis aciem, sed eam, quæ dudum Sole veritatis illustrata fuerit, ad istam contemplationem adferre. Verum hisce ad luculentum magis Naturæ & Gratiæ discrimen positis; superest, ut de institu-

ti mei ratione in instauranda Enchiridii *hujus editione, paucis disputem. Primum mihi curæ fuit, ut Textum ipsum Auctoris, multis locis depravatum, a Typothetarum mendis, quæ illi ex superioribus Editionibus adhæserant, repurgarem. In* Notis *verò* Commentariorum *cum plurima male affecta apparerent, quæ sensum orationis non parum turbarent, alia correxi, alia sustuli; nec, dum in eo eram, religionem mihi esse oportere decrevi, verbum aliquod, quod operarum incuria hinc inde omissum videretur, ex ingenio supplere; parum solicitus, ipsiusne illud* Interpretis *esset, dummodo sententia, quæ antea sine hoc laborabat, integritati sic redderetur. Porrò* Commentatores *hic exhibentur, iique integri, quos* Abrahamus Berkelius *editioni suæ adjunxerat. Ex quibus* Hieronymus Wolfius *facile primas tenet, sive Viri acumen respicias in deprehendenda locorum lectione sincera; sive sagax judicium, quod de Stoica* di-

disciplina παραφράζων *perspicua brevitate passim ferre consuevit. Cui ut loco, sic dignatione secundus succedit* Mericus Casaubonus, *Vir eruditione in tantum ceteris æquiparandus, quantum ipse magno patri* Isaaco Casaubono *doctrina & elegantia cedit. Atque in Duumviris istis defungi potuisset doctissimus* Berkelius, *nisi tertium illis comitem addere voluisset* Snecanum, *non ob aliud, credo, quam ut ostenderet, quam fideliter iste* Wolfium *compilare didicisset. Majorem paginam in Commentariis ad* Cebetis Tabulam *complet* Caselius, *homo in Aristotelicis nimius, & cujus pleraque fusius notata, si meo mihi animo morem gerere licuisset, libenter perstrinxissem. Hisce suas Notas addidisse profitetur* Berkelius; *sed quas subducta probe ratione, vel ex indiciis variorum quorumdam locorum, præcipue ex Editione* Salmasiana; *vel ex minutiis nonnullis, in quibus acumen Critices desideres,*

res, & peritiam Græcæ dictionis, alias in Viro illo abunde spectatam, in totum fere constare deprehendes. Præter hæc omnia cum priorem Editionem non parum commendarent Viri Cl. Jacobi Gronovii *Notæ ad* Græcam Enchiridii Paraphrasin, *quibus ille ope Cod. Ms.* Bibliothecæ Mediceæ *non pauca inibi loca optime restituisse sibi visus fuit, eas hic quoque repræsentendas duximus; verum ita, ut nec interdum dissimularemus, non esse in causa Critices, ubi sola nos veritas movere debeat, unius auctoritatis habendam rationem; nec eam aliquando Manuscriptorum Codd. accurate dijudicantibus inveniri bonitatem, quam Eruditi, laudi suorum inventorum potissimum velificaturi, vulgo prædicant: cum morosiores Criticos persæpe videas insano Ms. alicujus amore receptæ & veræ lectioni movere litem; interdum quoque, nequid audaciæ desit, expulsa vera*


&

& genuina scriptura adulterinam obtrudere & insulsam. Verum hæc, pluraque id genus, malim Eruditus Lector per se cognoscat detque veniam meæ huic libertati, qui non studio detrahendi illis Viris, quorum merita in Rempublicam literariam extant, sed solius causa Veritatis, judicium qualecumque hic interposuerim. Ceterum quidquid sive Notarum sive Animadversionum, quas obeli plerumque, nonnunquam asterisci signo a ceteris distinxi, a me post tantos Viros adspersum cernis, eas necessitas magis, quam consilium extorsit; ne errori, tacendo ipse album calculum adjicere viderer. Plura addere vetabat Enchiridii *modulus, &* Interpretum *modo laudatorum prolixitas, ne Scriptoris elegantissimi nobilissimum argumentum nimio premeretur Annotationum pondere: a qua interpretandi ratione, multis perquam familiari, tam sum alienus, quam qui*

maxi-

maxime. Vale, & pro candore tuo, si quid erratum sit, æquus ut corrigere velis, rogo.

Dabam Delphis Idibus
Nov. A. CIƆIƆCCXXII.

PRÆ-

PRÆFATIO
ABRAHAMI BERKELII.

Exhibemus tibi, amice Lector, Epicteti Enchiridium *cum integris variorum Commentariis, qui quondam Stoicæ sectæ Philosophus fuit acutissimus; quique semper apud omnes talis ac tantus est habitus, ut nostra commendatione minime egeat, utpote cui olim Imperatores Romani imperii & alii viri summi sua benevolentia & favore non dedignati fuere. Ne igitur in hoc ad te alloquio actum agere videamur, nulla omnino de ejus scriptis & vita verba facere animum nostrum induximus: Sed quia* Barthius, *vir alioquin doctissimus & infinitæ lectionis, in Adversariis suis satis confidenter & nulla argumentorum probabilitate adstruere nititur,* Epictetum *professione Christianum fuisse, Tibi non ingratum fore speramus, si nostras super hac re cogitationes paucissimis verbis divulgemus, & in medium producamus. Optime eruditissimus* Mericus Casaubonus, *vir numquam satis laudandus existimat, Barthium partem aliquam* Paraphraseωs, *à se editæ & nunc huic* Enchiridii *editioni etiam adjunctæ, vidisse (in qua subinde unus & item alter Sacræ Scripturæ locus à* Paraphraste *citatur) quæ tam simillimi ubique cum* Enchiri-

dio

dio *est argumenti, ut multis in locis prorsus ipsum* Epicteti Enchiridium *esse credas. & inde argumenta pro fulcienda nova hac conjectura deprompsisse. Profecto frivolum, insulsum, imo ridiculum videtur, de Christiana* Epicteti *professione cogitare, quid dicam, confidenter asserere, aut aliis pro re extra controversiam quasi posita velle obtrudere. Ego conjecturam meam dissimulare nolens, si non indubitatis & firmissimis, saltem argumentis valde probabilibus possem demonstrare* Epicteti *animum cœlesti & matutino Christianæ religionis rore quodammodo fuisse aspersum & humectatum, sed absit, ut cogitem ipsum professione Christianum fuisse. Nam auctores, qui de hujus Philosophi vita & moribus seris nepotibus aliquid tradidere, uno quasi ore omnes affirmant, eum tempore Neronis Romæ vitam transegiße & servitutem serviviße. Consentiunt in eo omnes ipsum Epaphroditi servum fuisse, qui Imperatori humani generis monstro familiaris & ut optime Suidas testatur, unus ex* σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νέρωνος *erat. Hæc à profanis etiam Scriptoribus commemorata, si recto judicii oculo comparentur cum illis, quæ refert Apostolus Gentium capite ultimo epistolæ ad Philippenses, facillime est animadvertere, in Neronis aula multos fuisse Christianos, inter quos procul dubio Epaphroditus erit recensendus, qui Paulo in vinculis & captivitate multa benevolentiæ*

& favoris signa præstitit. Atque hinc non admodum difficile erit conjicere, servum Epictetum *ex domini sui ore, de Paulo tanquam viro eximio, docto, justo, facundo, & alienæ, imo fortasse verioris religionis propugnatore (quamque Epaphroditus jam fuerat amplexus) subinde verba facientem audivisse; vel aliquando domino suo, cum Apostolo de principiis, & aliis fidei Christianæ mysteriis disserenti, adfuisse. Si igitur* Epictetus *ejusmodi habuerit dominum, nempe Neronis satellitem, & religionis Christianæ fundamentis imbutum, quis non consentiet, dum Paulus & alii Scriptores de horum nominibus, tempore, loco aliisque circumstantiis examussim sibi invicem respondeant,* Epictetum *ex Epaphrodito, vel ex ipso Paulo, plus quam humanæ eloquentiæ viro prima elementa & quasi guttulas quasdam fidei Christianæ, tanquam ex uberrimo fonte, hausisse, quæ passim per totum* Enchiridium *fluunt & conspiciuntur: verum jam Stoïcæ Philosophiæ sacris initiatus, imo addictissimus, statim, uti nec Agrippa, nec alii religionis Ethnicæ antistites, patriis opinionibus de Deorum pluralitate, & vanissimis istius religionis ceremoniis valedicere, neque ad intimum veritatis adytum penetrare potuit. Sed alia procul dubio Candidus Lector in hujus operis vestibulo exspectat, nimirum ut indicemus, quid à nobis in hac nova* Epicteti *Editione sit præstitum. Illud paucis*

acci-

accipe: Textum ipsius Enchiridii *&* Tabulæ Cebetis, *quæ plerumque ei annectitur, emendatissimum atque accuratissimum exhibemus, uti sedulo legenti Sole meridiano clarius apparebit: nam eum comparavimus cum variis editionibus, præsertim cum* Salmasiana, *quæ multorum doctorum judicio elaboratissima habebatur: Sed concepta animo de ea spes nos valde fefellit: nam præter innumera Typothetarum vitia, multa etiam in ipso Textu prætermissa & alio transposita invenimus, de quibus in* Notis nostris mentionem facimus, & multis probamus. A Wolfiana *versione nec in* Enchiridio *neque in* Cebetis tabula *discedimus, quod sæpissime à* Salmasianæ *editionis præfecto temere & sine necessitate factum animadvertimus. Integras omnium Notas apposuimus, nempe* Wolfii, Casauboni, Caselii, *& quasdam* Snecani, *præter illas tamen, quas ex* Wolfio *&* Caselio, *viris de* Enchiridio *&* Tabula Cebetis *optime meritis, compilaverat, & suo nomine publici juris fecerat. Multa Vir summus* Claudius Salmasius *in præfatione ad* Simplicii *commentarium promisit, sed utinam ea præstitisset! Hæc sunt ipsissima incomparabilis viri verba:* Ipsum *Epicteti Enchiridium*, quod semper nobis in deliciis fuit, cum scriptis codd. comparavimus, & viginti aliquot locos in tantulo opere nondum intellectos cæteris Interpretibus, explicavimus; multosque alios parum hactenus ex-

explicatos, elucidavimus. *Hæc tamen diligentissime investigando invenire non potuimus; quam operam tandem* Casaubonum *etiam lusisse animadvertimus; nam ad mox allegata* Salmasii *verba ita inquit præfatione in* Epictetum. Quam facile credent, qui tantum virum ex scriptis, & ab eo jam præstitis nôrunt, eum quæ promiserat, si semel aggressus esset, præstiturum fuisse: tam certo cuivis constare queat, in eis quæ hactenus sub ejus sive viventis, sive fato functi nomine publicata sunt, nihil hujus ne minima quidem ex parte repræsentatum esse.

Atque ita quidem, mi Lector, ante XII *annos præfabar: nunc autem quibus incrementis & innovationibus secunda hæc editio adornata lucem publicam videat, paucis referendum. Accuratius multo quam antea* Salmasianam *evolvimus atque contulimus, quo factum est, ut hoc tempore majorem Notarum & Variantium Lectionum copiam divulgemus, idque tanta fide & cura, etiam in aliis Editionibus, peregimus, quanta profecto abs homine frequentioribus & majoris momenti præpedimentis occupato fieri potuit. Quare summopere minor, nuperrimo* Franequerensi *Operum* Arriani *editori per summam imprudentiam talia excidisse, quæ fidem meam apud harum rerum haud ignaros labefacere & suspectam reddere videntur, quasi ego quandam substituissem lectionem ex editione plane Chimerica, & nunquam antea in lucem emissa, sic enim ille ad hæc verba capitis*

*** XXXIV.

XXXIV. Εἰ δὲ μὴ, τὴν πρώτην προθύμως ἧξεις. Sic uterque Venetus Naogeorgi exerte, ἄρξεις, ἅτε μηδέν. Scheggius, Wolfius, Plantinus concordant cum Venetis; sed alterius lectionis meminerunt, ἄρξεις, a, u. Casaubonus vulgatam expressit. Nuperus editor Leidensis, ἐφήξεις posuit, editionem, quam secutus sit, ita habere professus. Sed eam scio cum ignarissimis. *Sed ut ille, qui decem & forte plures codices contulit, cum aliis sciat, me minime fictam & imaginariam lectionem edidisse, consulat minimæ formæ editionem, quæ* Lugd. Batavorum *ex officina Joh. Maire anno Christi*, cIↃ IↃ CLI. *cum* Snecani *notulis prodiit, & ultima sui commentarii verba, nimiam revera inscitiam atque audaciam redolentia, obelo confodiat. Verum quod potissimum hanc editionem nova accessione exornat, sunt Viri Clarissimi* Jacobi Gronovii Notæ *ad* Enchiridii Paraphrasin, *primo divulgatam à* Merico Casaubono, *plurimis in locis mutilam corruptissimamque, quæ nunc, lacunis omnibus, auxilio codicis* Florentini *repletis, perfrui liceat. Altera hujus* Paraphraseos *collatio à viro mihi amicissimo est oblata, sed temporis angustia & typothetarum operæ non sinebant, hanc editionem ulterius procrastinare. Interim, Tu humanissime Lector, hisce fruere, dum alia & quidem majoris momenti brevi temporis interjecto spatio in lucem sumus emissuri.*

EPI-

EPICTETI
VITA.

EPICTETUS, Stoïcæ ſectæ Philoſophus Hierapolitanus patria fuit, (eſt autem Hierapolis Cariæ urbs, non longe à Laodicea ſita,) conditione ſervus, ut in Noctibus Atticis etiam teſtatur Aulus Gellius. Servivit enim Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari, Vir ſanctiſſimæ & integerrimæ vitæ, alieniſſimus ab omni faſtu & arrogantia; quibus tamen vitiis omnes fere laborarunt philoſophi. Tantæ autem fuit apud omnes exiſtimationis & famæ, ut lucerna ejus fictilis tribus drachmarum millibus divendita olim fuiſſe feratur. Meminit hujus & Lucianus Græcus auctor, ſed cum laude, cum is tamen nulli philoſophorum ſatis æquus fuerit, utpote irriſor deorum & hominum: quo loco & lucernæ *Epicteti* mentionem facit: ſic enim habet in Dialogo περὶ

τὸν ἀπαίδευτον ϗ πολλὰ βιβλία ὠνέμενον, id est, *ad ineruditum , & multos coëmentem libros :* „Et nostra, *inquit*, ætate fuit quis, & adhuc „superest opinor, qui Stoici *Epicteti* fictilem lucernam ter mille drachmis emit. „Sperabat enim, opinor, & ille, si noctu ad „eam lucernam legeret continuo, & *Epicteti* sapientiam in somnis se adepturum, & „similem se fore admirandi illius senis. *Hactenus Luciani verba.* Summam totius Philosophiæ duobus his verbis contineri dicebat, Ἀνέχου ϗ ἀπέχου, id est *Sustine & abstine.* Domitiano autem imperante, vel offensus ejus tyrannide, vel coactus ob Senatusconsultum de pellendis urbe Philosophis, Roma Hierapolim commigravit. Commoratus iterum dicitur Romæ usque ad tempora Marci Antonini.

EPI-

EPICTETI
VITA
EX
SUIDA.

Ἐπίκτητος Ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας φιλόσοφος, δοῦλος δὲ Ἐπαφροδίτου τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νέρωνος· πηρωθεὶς δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος, ἐν Νικοπόλει τῆς νέας Ἠπείρου ᾤκησε· καὶ διατείνας μέχρι Μάρκου Ἀντωνίνου, ἔγραψε πολλά. ὅτι Θεοσέβιος ὁ φιλόσοφος, ἔλεγε πολλὰ ἀπὸ τῶν Ἐπικτήτου σχολῶν.

Epictetus, ex Hierapoli Phrygiæ urbe Philosophus. Servus autem Epaphroditi, unius de satellitibus Imperatoris Neronis. Ob defluxionem autem altero crure mutilatus, in novæ Epiri urbe Nicopoli habitavit. Et vita producta usque ad M. Antoninum, multa scripsit. Theosebius autem Philosophus multa ex Epicteti scholis desumpta dixit.

EX
MACROBII
SATURNAL.

Lib. primo cap. XI.

De *Epicteto* autem Philoſopho nobili, quod is quoque ſervus fuit, recentior eſt memoria, quam ut poſſit inter obliterata neſciri. Cujus etiam de ſe ſcripti duo verſus feruntur: ex quibus illud latenter intelligas, non omnimodo Dîs exoſos eſſe, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur; ſed eſſe arcanas cauſas, ad quas paucorum potuit pervenire curioſitas.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Habes, ut opinor, aſſertum, non eſſe faſtidio deſpiciendum ſervile nomen; cum & Jovem tetigerit cura de ſervo, & multos ex his fideles, providos, fortes, philoſophos etiam extitiſſe conſtiterit.

DE

DE EPICTETO STOICO PHILOSOPHO

Elogia quædam & Judicia.

ÆLIUS SPARTIANUS IN ADRIANO CÆS.

In ſumma familiaritate *Epictetum* & Heliodorum philoſophos, & (ne nominatim de omnibus dicam) Grammaticos, Rhetores, Muſicos, Geometras, pictores, Aſtrologos habuit: præ cæteris (ut multi aſſerunt) eminente Favorino.

MARCUS VERUS AURELIUS ANTONINUS IMPERATOR ET PHILOSOPHUS

libro I. τῶν εἰς ἑαυτὸν, ſive De rebus ſuis, tmemate VII, ubi de Junio Ruſtico.

Καὶ τὸ ἀκριβῶς ἀναγινώσκειν, καὶ μὴ ἀρκεῖσθαι περινοοῦντα ὁλοσχερῶς, μηδὲ τοῖς περιλαλοῦσι συγκατατίθεσθαι. καὶ τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτητείοις ὑπομνήμασιν, ὧν οἴκοθεν μετέδωκε: *Porro ut accurate legerem, nec comprehenſione ſummaria contentus eſſem; nec garrulis quibuſvis temere aſſentirer. huic denique debeo, quod* Epicteti *commentarios legerim, quorum is à domo ſua copiam mihi fecit.* Meminit etiam *Epicteti* idem Imperator libro IV. 41. item VII. 19. denique XI. 34. 36. & 37.

HERODES ATTICUS
APUD
AGELLIUM
libro 1. *cap.* 11.

Permitte philoſophorum ampliſſime, quoniam reſpondere nos tibi non quimus, quos idiotas & rudes vocas, recitari ex libro, quid de hujuſcemodi magniloquentia veſtra ſenſerit dixeritque EPICTETUS, STOICORUM VEL MAXIMUS, juſſitque proferri DISSERTATIONUM *Epicteti* digeſtarum ab ARRIANO ſecundum librum: in quo ille VENERANDUS SENEX juvenes, qui ſe Stoïcos appellabant, neque frugis neque operæ probæ, ſe in theorematis tantum nugalibus & puerilium iſagogarum commentationibus oblectantes, objurgatione juſta inceſſit. Lecta igitur ſunt ex libro, qui prolatus eſt, ea quæ addidit. Quibus verbis *Epictetus* ſevere ſimul ac feſtiviter ſejunxit atque diviſit à vero atque ſincero Stoïco, qui eſſet procul dubio ἀκώλυτος, ἀνεκβίαστος, ἀπαρεμπόδιστος, ἐλεύθερος, εὔπορος, εὐδαίμων, vulgus illud nebulonum hominum, qui ſe Stoïcos nuncuparent: atraque verborum & argutiarum fuligine ob oculos audientium jacta ſanctiſſimæ diſciplinæ nomen ementirentur.

AGELLIUS LIB. XVII. CAP. XIX.

Epictetus maximus Philoſophorum.

THE

THEMISTIUS ORATIONE XII,

Quæ inscribitur ὑπατικὸς *Consularis, ad Jovianum Imperatorem.*

Καὶ ποιεῖς οὐχ ἧττον ἔντιμον τὴν τῶν λόγων ἡγεμονίαν τῆς τῶν στρατοπέδων ἀρχῆς. οὕτω καὶ οἱ πατέρες τῆς σῆς βασιλείας τοὺς προηγόνους ταύτης τῆς τύχης προσῆγον, τὸν Ἄρειον ἐκεῖνον ὁ Σεβαστὸς, ὁ Τιβέριος τὸν Θρασύλον, Τραϊανὸς ὁ μέγας Δίωνα τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν, τὸν Ἐπίκτητον τὼ δύω Ἀντωνείνω. ἐῶ τοὺς ἄλλους: *Nec minore doctrinæ ac scientiæ, quam castrorum imperium, honore prosequeris. Sic autores imperii tui, hujus olim disciplinæ majoribus amplissima quæque deferebant, velut Ario illi Augustus, Tiberius Thrasylo, magnus Trajanus Dioni aurea lingua prædito,* Epicteto *Antonini duo. Omitto cæteros,*

AUGUSTINUS DE CIVITATE DEI
libro IX. *cap.* V.

Hanc misericordiam Cicero locutor egregius non dubitavit appellare virtutem, quam Stoïcos inter vitia numerare non pudet: qui tamen, ut docuit liber EPICTETI NOBILISSIMI STOICI, ex decretis Zenonis & Chrysippi, qui hujus sectæ primas partes habuerunt, hujusmodi passiones in animum sapientis admittunt, quem vitiis omnibus liberum esse volunt.

HENRICUS STEPHANUS

Præfatione in Diogenem Laërtium.

Nôrunt omnes, non quæ meliores, sed quæ doctiores nos reddant, ex hoc Diogenis opere petenda esse. Dixissem, sapientiores: nisi sapientem cum bono copulari ab ipso quoque Horatio meminissem, veluti quum scribit Epist. lib. 1. *Neve putes alium sapiente bonoque beatum.* Et Cicero ipse sapientes à bonis separari queritur, idque magnam perniciem afferre dicit. *Hæc est igitur illa pernicies* (inquit) *quod alios bonos, alios sapientes existimant.* Neque tamen quum dico ex his Diogenis libris petenda esse quæ nos doctiores, non quæ meliores reddant, hæc velim ita accipi, quasi nulla hic legerentur, quæ quod sit boni viri officium nos docerent (boni viri, *inquam*, non ad Christianam, sed ad philosophicam exigendo normam) sed quoniam alii sunt aliorum libri, è quibus ea melius à nobis disci queant, siquidem vel unus EPICTETI libellus (cujus vitam à Diogene nostro prætermissam esse miror) aptior nobis hujus rei doctor fuerit. Verum ut rari sunt aurei istius libelli lectores, sic certe rari sunt, qui meliores se quam doctiores esse malint.

JU-

JUSTUS LIPSIUS

MANUDUCTIONIS

AD

STOICAM PHILOSOPHIAM

Libro primo, Diſſert. XIX.

De Seneca habes: clarum aliud ſidus ſe oſtendit, *Epictetus:* ævo, non merito, poſterior: & Scriptorum pondere, ſi non numero, comparandus, vita præponendus. Ille vir totus à ſe & à Deo, nihil à Fortuna fuit. Origine vilis, & inter ſervos: corpore claudus ac debilis; mente nobiliſſimus, & inter omnis ævi lumina refulſit. Ipſe de ſe Epigrammation hoc ſcripſit;

> Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
> Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

> *Servus* Epictetus *ſum natus, corpore claudus,*
> *Irus pauperie, deliciæ ſuperûm.*

Ipſe, inquam, ſive de ipſo alius: ſed confeſſionem ingenuam vides, & generoſum in fine additum, de amicitia divina. *Natum Hierapoli, Phrygiæ opido,* tradunt: Romam traductum *ſerviſſe ſervitutem* (ſi id nomen

in

in hanc virtutem cadit) *Epaphrodito Neronis, qui fuit à custodia corporis illi Principi: claudum autem, è destillatione in illam partem corporis illapsa.* Hæc fere Suidas: Agellius etiam, qui virum admiratus est, *pulsum Româ edicto illo barbarico Domitiani, quo Philosophos omnes ab urbe relegavit: & in Epiri Nicopoli diem ultimum obiisse*. lib. xv. cap. xi. Ajunt ad *Marci Antonini Imperatoris* tempora durasse: quod ita Suidas prodidit, & Antoninum *Philosophum* accipimus. nam *Pius* ille Titi prænomen gessit. Hoc ideo observo, quia consideratione aliqua eget: & à Neronis morte, ad initia Marci Antonini, sunt anni admodum *nonaginta quatuor*. Quomodo ergo sub Nerone, nisi puer plane, vixerit? Et Epaphrodito tamen servîsse (sed fortasse post Neronem) ipse etiam indicat, & jocose ejus meminit I. Dissertationum, quas Arrianus digessit, cap. xix. De conditione aut ævo ejus, hactenus scio: vita emendatissima fuit, & plane ad scitum, quod in ore habebat, Ἀνέχου καὶ ἀπέχου: *Contine, & abstine.* Item hostis fucorum, qui Philosophos habitu & verbis præferrent, vita degenerarent: quos ille appellitare solitus, φιλοσόφους ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν: *Philosophos sine factis, dictorum tenus.* Agellius xvii. cap. xix. Unica anus in ministerio ei fuit, unica lucerna fictilis (hoc domesticum omne instrumen-

mentum) ad divinas illas lucubrationes: quæ lucerna à morte ejus *mille drachmis* veniit, in memoriam heroiſci illius & honorem. Scripta, ut tetigi, pauca exſtant: *Enchiridion* ſane egregium, & Stoïcæ moralis philoſophiæ velut anima: item *Diſſertationes*, quas obiter in via, domo, ſchola habuit, ab *Arriano* collectæ & digeſtæ. Neque omnes etiam exſtant: in Agellio & Stobæo reperies, quæ hic requiras. Sed, Deus bone, acrem & altum in iis ſpiritum! accenſum animum, & honeſti amore ardentem! Nihil in Græcis, aut fallor, tale exſtat: à duabus illis notis dico, Acrimonia & Ardore. Tironem aliquem & rudem Philoſophiæ vix afficiat aut tangat: proficientem aut provectum, incredibile eſt, quam excitet, & cum pungat ubique, tamen etiam delectet. Genus ſtili conciſum, fractum eſt, & quod indolem ſubitarii ſermonis habet: ſed docta interveniunt ſæpe, ſemper ſalutaria, & non eſt qui bonam Mentem magis aut trahat, aut formet. Ego ſenecionem illum nunquam lego, niſi cum interno animi motu: & quod Homero proprium, pluris facio, cum relego ſemper ut novum, & cum repetivi repetendum. Idem fac. gratiam monitori habebis; majorem illi Doctori.

ME-

MERICI CASAUBONI

N O T Æ

in hoc Dist.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος
Καὶ πενίην Ἶρος· καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Sive Epictetus *(ut olim credidit Aul. Gellius) sive alius est auctor, plane divina sententia est, quæ ex intima tum* Vet. *tum* Nov. Testament. *philosophia prompta videri possit: adeo certe supra vulgarem sensum & saporem, ut pauci sint Christiani, quorum fides ad istam sublimitatem pervenerit. Formula erat antiquis ethnicis usitatissima, si quis fortuna in tribuendis quæ avide inhiant homines indulgentiore frueretur; sed præcipue si cui in dubiæ aleæ conatibus & inceptis, sive per se laudabilibus, sive secus, res pro voto cederet; ut eum* φίλον *esse* τοῖς θεοῖς, *id est*, Diis charum & dilectum *prædicarent. Hoc tum ex aliis passim; tum ex Homero discamus eximie, cui tam solemne est ita loqui, ut ex ipso manasse videri possit. Hinc miratur extrema Odyssea Achilles, Agamemnonem Regem, quem* Διῒ φίλον ἔμμεναι *crediderant*, (φάμεν

apud

apud Hom. elegantissime:) acerba & cruenta morte periisse: & alibi Penelope maritum Ulyssem Deo exosum esse colligit, quia reditu in patriam longis erroribus prohiberetur. Ipse Ulysses, à subulco suo laute acceptus, vicissim optat illi, ut Διὶ φίλος *sit: bonorum scil. quæ vulgo nuncupantur, optat illi copiam: quod & ex Eumæi responsione satis liquet. Odyss.* ζ' *Nausicaa, Regis Phæacum filia, mortales ullos adeo fortes aut feroces usquam reperiri negat, qui terram Phæacum bello lacessere audeant,* μάλα γὰρ φίλοι ἀθανάτοισιν. *Hinc etiam illud Poëtæ Latini, de quodam in amore suo præter expectationem fœlici;* Solus es, quem Dii diligunt. *Sed insignia in hanc rem Ciceronis in Oratione pro* L. Flacco, *de* Judæis *verba:* Quam chara Diis immortalibus (*inquit*) gens esset, docuit quod est victa, quod elocata, quod serva. *Plane ut hodierni demagogi, concionatores & politici, quorum pietas isto maxime* (τῆς δημοσιείας) *tibicine nititur: per quos non stabit, opinor, quin ad* Mahumedanos *ocyus (quibus est commodum) transeant, qui longe plura & insigniora (ut jam non uni observatum) in hoc genere jactare possunt, quam (si miraculosa* Vet. Testam. *omittamus) quævis alia gens potest.*

Huic igitur vesanæ hominum opinioni, qua veræ pietati nihil perniciosius, ut contrairet Epictetus, *& suo exemplo ad saniora de nobis ipsis aliisve judicia præiret; generosam hanc de sua*

ſua fide profeſſionem edidit; Servum ſe natum, *(quæ viliſſima in terris conditio:)* corpore quoque *(cujus charitas omnibus maxima innata eſt:)* mutilatum fuiſſe, ſed & egenum *(ne quid malis deeſſet)* ad mendicitatem uſque: in hac tamen tam miſerabili, tam vili *(ſi hominum judicia ſpectentur)* conditione, tantum abeſſe ut à Diis neglectum ſe crederet, ut de amore ipſorum & charitate non dubitaret. *O virum! ô ſententiam dignam quæ cordibus omnium, qui ad veram beatitudinem & æternas ſedes adſpirant, inſcribatur; & memoriæ præſens ſemper obverſetur. Jam dixi, ſenſum verborum ex intima Sacri Volum. philoſophia promptum videri poſſe. Sed & verba non uno loco non diſſimilia; qualia Davidis iſta* ואני עני ואביון אדני יחשב־לי: Pſam. 40. verſ. ult. *quæ recentior interpres haud male:* Sum quidem pauper & egenus: Sed Deus cogitat de me: *quem recentior & accuratior Anglica verſio ſecuta eſt;* But I am poor and needy: yet the Lord thinketh upon me. *Belg.* Ik ben wel ellendig ende nooddruftig / maar de Heere denkt aan my.

Obſervavi non paucos in Diſtichi *hujus ſcopo longius aberrare. Flor. Chriſtianus (vir alias in iſtis incomparabilis) non adeo fœliciter hic;*

Servus Epictetus, Diis charus, pauper ut Irus:
Quin & parte aliqua corporis orbus eram.

Me-

Melius, sive is Politianus, *sive alius, qui servato verborum ordine, qui magnum hic habet momentum, vertit,*

> Servus *Epictetus*: mutilati corporis: Irus
> Pauper: at hæc inter charus eram superis.

Longissime illi à sensu abeunt, qui nescio quam jactationem in verbis ariolantur, modestiæ philosophi minus convenientem. Hactenus Casaubonus.

Illud, sive distichon, sive epigrammation, *Leonidæ* nomen præfert in Anthologiæ lib. III. cap. XXXIII. ubi legitur, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος. nec alia scriptura in expressis *Brodæi* & *Lubini*. Sed Agellius lib. II. cap. XVIII. & Macrobius, (quos sequuti *Vives* & *Lipsius*) ediderunt; σώματι πηρός. Hæc aperit Simplicius, ad Enchiridii cap. XIII. Καὶ τί νῦν ἄλλων δεόμεθα παραδειγμάτων; ὅτε αὐτὸς ὁ ταῦτα λέγων Ἐπίκτητος, καὶ δοῦλος ἦν, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὴς, καὶ χωλὸς ἐκ νέας ἡλικίας, καὶ πενίαν ἀκροτάτην ἐπετήδευσεν, ὡς τὸ ἐν Ῥώμῃ οἴκημα αὐτοῦ μηδέποτε κλεῖθρου δεηθῆναι, ἅτε μηδὲν ἔνδον ἔχον, εἰ μὴ τὴν στιβάδα καὶ τὴν ψίαθον, ἐφ' ὧν ἐκάθευδε, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ λέγων· Χώλανσις σκέλους ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ: *Atque adeo, quid alia exempla requirimus? cum is ipse qui hoc dicit* Epictetus, *& servus fuerit, & in-*

firmo corpore, & ab ineunte ætate claudus, & extremæ paupertatis ita studiosus, ut ejus domuncula Romæ nullis unquam claustris eguerit, ut in qua nihil esset præter lectulum & culcitram in quibus dormiret. Et is est qui dicit, Claudicationem pedi esse impedimento, non voluntati: nisi ipsa voluerit. Habes Stoïci sapientis claudicationem, paupertatem, domunculam: nunc de vita ejusdem quædam accipe. Idem Simplicius ad cap. XLVI. ait: Ὁ θαυμαστὸς οὗτος Ἐπίκτητος μόνος τὸν πολὺν χρόνον διατελέσας, ὀψέ ποτε γυναῖκα προσελάβετο παιδίου τροφὸν, ὅπερ ἐκτίθεσθαι μέλλον ὑπό τινος τῶν αὐτοῦ φίλων διὰ πενίαν, αὐτὸς λαβὼν ἀνεθρέψατο. Id est: *Admirandus hic* Epictetus *cum magnam ætatis partem solus exegisset, sero tandem mulierculam nutricem ascivit puero, quem ab amico quodam suo, propter inopiam exponendum ipse susceptum educavit.* Notabis, Macrobii verba, quæ paulo ante exhibuimus, ab his, *De* Epicteto *autem philosopho*, adusque epigramma, Δοῦλος, ex Agellii Noctibus αὐτολεξεὶ esse transscripta. Lucernam fictilem à morte ejus tribus drachmarum millibus vænisse, ex vero scriptum ab auctore vitæ. Cui concinit illud Italiæ miraculum Angelus Politianus, Epistola ad Laurentium Medicem. Neque aliter scribere potuere, cum iis sic præiret Lucianus, libello Πρὸς ἀπαίδευτον. Lege sodes illius verba: Καὶ τί σοι

τὸ

τ̃ Ὀρφέα, inquit, ἢ τ̃ Νέανθον λέγω, ὅπου ϗ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐγένετό τις, ϗ ἔτι ἐστὶν οἶμαι, ὃς τ̃ Ἐπικτήτου λύχνον τ̃ στωϊκοῦ, κεραμοῦν ὄντα, τρισχιλίων δραχμῶν ἐπρίατο. *Et quorsum tibi Orpheum & Neanthum propono? cum & nostra ætate quidam fuerit, & ut puto adhuc sit, qui* Epicteti *Stoici lychnum fictilem ter mille drachmis emit.* Sed vide, emptoris illius fatuum caput sale nigro quam festiviter defricet: Ἤλπιζε γὰρ οἶμαι κἀκεῖνος, inquit, εἰ τ̃ νυκτῶν ὑπ' ἐκείνῳ τῷ λύχνῳ ἀναγινώσκοι, αὐτίκα μάλα ϗ τὴν Ἐπικτήτου σοφίαν ὄναρ ἐπιστήσεσθαι, ϗ ὅμοιος ἔσεσθαι τῷ θαυμαστῷ ἐκείνῳ γέροντι: *Scilicet futurum sperans, ut si noctu ad istam lucernam legeret, illico* Epicteti *sapientia in somnis ad se veniret, similisque admirando illi seni evaderet.* Miror vero sagacem accuratissimumque Lipsium de mille drachmis sensisse, & scripsisse, ut ex antedictis claret. Nisi forte ἁμάρτημα sit μνημονικὸν, cujus generis plurima apud magnos viros, etiam veteres, præsertim Ecclesiæ Græcos Latinosque Patres observavi: aut pro τρισχιλίων legendum putaverit χιλίων. Sed princeps editio *Veneta*, quæ penes me est, aliæque ad hujus fere normam expressæ omnes, in τὸ τρισχιλίων conspirant. Cæterum de cœlibe *Epicteti* vita, post Simplicium rectissime scripsit idem Lipsius. Utriusque sensum è Luciani Demonacte sic firmabo, ut nemo nisi pertinax obloqui possit.

Ἐπεὶ δέ ποτε ὁ Ἐπίκτητος ἐπιτιμῶν ἅμα συνεβούλευεν αὐτῷ ἀγαγέσθαι γυναῖκα, καὶ παιδοποιήσασθαι, πρέπειν γὰρ καὶ τοῦτο φιλοσόφῳ ἀνδρὶ, ἕτερον ἀνθ' αὐτοῦ καταλιπεῖν τῇ φύσει, ἐλεγκτικώτατα πρὸς αὐτὸν ἀπεκείνατο, οὐκοῦν ὦ Ἐπίκτητε, δός μοι μίαν τῶν σαυτοῦ θυγατέρων. Hoc eſt: *Quum aliquando* Epictetus *ſimul objurgando ſuaderet ei* (Demonacti) *ut duceret uxorem, & liberis procreandis operam daret, cùm hoc etiam viro philoſopho conveniat, ut ſuo loco alterum naturæ relinquat, argutiſſime ei reſpondit. Da mihi igitur,* Epictete, *unam tuarum filiarum.* Erat hic Demonax inter principes ævi ſui Philoſophos; quem tota Græcia plurimis officiis exquiſitiſſimiſque honoribus proſequebatur. Sed de his alibi dicemus. *Blancardus.*

AN.

ANGELI POLITIANI
PRO
E P I C T E T O
S T O I C O.
Ad Bartholomæum Scalam *Epiſtola.*

TU quidem, mi *Scala*, non contentus & ſtrenui militis & fortiſſimi imperatoris officio defungi; etiam tyrunculos tuos (quæ tua in omni re diligentia eſt) ocio ſituque langueſcere non ſinis; Sed vel de tabernaculi umbraculis ad campi pulverem, ad ſudorem, ad palum vocas: quippe qui omnis militaris numeros ad te unum pertinere, jure intelligas. Putabam equidem factum à me ſatis, quod *Epictetum* eſſem de Græco interpretatus: tu me ad eum quoque tuendum quaſi tuba nunc claſſicoque excitas. Igitur quod Horatius inquit, Libenter hoc, & omne militabitur bellum in tuæ ſpem gratiæ. Arcem tu quidem ipſam vereque totius urbis caput oppugnas; qui primum *Epicteti* caput, quaſi totius circuli aut globi potius, quæ perfectiſſima figura ſit, punctum aboleas. Tria autem ſunt quæ objicis, ſed quæ vel maxime a præcipiendi ratione abhorreant: quod *obſcura*, quod *ſupra hominis vires*, quod *falſa præceperit*. *Obſcura*, ut cum negas explicatum ab eo, quænam tandem noſtra ſint opera. *Supra homines vires*, ut cum nos naturæ imperio gemere aſſeveras: id quod plus poſſe, pollereque affirmas, quam ullam hominis facultatem. *Falſa*, ut cum corpus contra *Epicteti* ſententiam in nobis eſſe con-

contendis, quoniam ex animo ut ais, constemus & corpore. Ea mihi nunc, quando id tibi placet, refellenda, dicendaque nonnulla; non quidem ut te doceam, id enim esset quod Græce dicitur *sus Minervam*, neque ut me legitimum *Epicteti* propugnatorem contra te putem; non enim vel ego tanto me dignor honore, vel *Epicteto* tam faveo quam te illi favere certo scio: sed ut impositam a te nobis personam, quantum in nobis sit, sustineamus. Proferam tamen in primis nonnulla in medium, & quasi semina jaciam, è quibus quemadmodum fabulæ terrigenas viros Thebis aut Colchis satu dentium enatos dicunt, ita omnes *Epicteti* nostri pugnacissimæ instructissimæque copiæ exoriantur. Sed ut Homerus irruenti in Græcorum castra Hectori Salaminium Ajacem, ita nos tibi Atheniensem Platonem objiciemus. Is igitur Plato in eo libro qui de hominis natura inscribitur, Socratem cum Alcibiade illo, cui pulchro cognomen fuerit, disputantem inducit: quo in libro nihil aliud esse hominem quem dicimus probat, nisi rationis participem animum. Nam ut cerdo, inquit, subula, ita homo ad agendum manu utitur. Hoc sumpto, & secundum assumit. Aliud autem est, inquit, quod re utitur quapiam, atque ea res qua utitur. Nam illa instrumentum est. Tum inducit, homo vero is est, qui suopte corpore quasi instrumento utitur. Corpore autem ipso quasi instrumento, vel in artificiis, vel in actionibus reliquis, nihil omnino aliud utitur, quam ratione particeps animus. Mox & aliud sibi ex his vindicat, quod corpore utatur, idem & corpori dominari. Tum dividit ad hunc modum. Necesse est hominem aut animum esse, aut corpus, aut utrumque simul. Si ve-

ro homo quidem corpori, sibi vero ipsi corpus non dominetur, minime ipsum corpus homo est. At neque utrumque simul. Si enim qui corpori dominetur homo est, corpusque ipsum minime dominatur, haud profecto utrumque simul est quod dominatur. Præter hæc, si suapte corpus natura immobile est, animus vero is qui moveat: hoc autem re ipsa in artibus videmus, artificem esse qui moveat instrumenta quæ moveantur, nihil est dubium, quin corpus instrumenti vicem adversus animum habeat. Ipse igitur homo est, quique hominis curæ studet, animum curet: qui vero aut pecuniam, aut ejusmodi alia curat, is non modo hominem non curat, sed ne hominis quidem instrumentum. Jam ergo vel Platonis auctoritate, quæ tanta quidem est, ut quasi illa Virgilii fama caput inter nubila condat; vel ferreis illis suis atque adamantinis rationibus, constare nimirum arbitror, non esse in nobis corpus. Ut jam mendacii crimine, si videtur, *Epictetum* absolvas. Sed pergamus. Triplex apud Platonem virtutum est gradus. Sunt enim supremæ omnium, quas vocant exemplares: quales in sapiente requirimus, in Deo statuimus. Quæ sequuntur, purgati animi dicuntur: quales in eo esse philosopho volumus, qui se ab omni corporis labe contagioneque avocarit. Unde & in Protagora Plato idem, cujus mihi dulcissimum in ore versatur nomen, emoriendum ei esse dicit, qui sit philosophus evasurus. Tertium est virtutum genus, quas purgatorias vocant: quales in continente esse statuimus, negamus in temperante. Has sibi virtutes is jure vindicet, qui rationis participem animum vere hominem esse sibi persuaserit, quique neque corpus animæ esse partem judicet, ne-

que ad hominem perficiendum concurrere ipsum arbitretur: sed eo quasi instrumento utendum, animum induxerit. Nam qui aut paria aut superiora corpori tribuat: eum non magis esse hominem putandum est, quem bruta illa quæ vocamus animantia: quæ natura (ut egregie Sallustius inquit) prona ac ventri obedientia finxit. Animi ergo (ut idem inquit) imperio, corporis servitio magis utimur: ut quo uno a belluis differamus, quoque uno substantia hominis constet, id nobis liberum servemus. Corpore autem ipso non quidem ut parte aliqua animo adjuncta, sed ut instrumento utamur. Hunc *Epictetus* hominem instituendum accepit. Neque enim vel ille sapiens his præceptis indigebat, qui se jampridem in libertatem vindicavit, quique metus omnis, & inexorabile fatum, subjecit pedibus, strepitumque Acherontis avari. Neque cum eo sibi negotium esse putat, qui a sua tantopere natura degneravit, ut sit in brutorum numerum referendus. Hunc si hominem accipias, jam, ut arbitror, quæ sint hominis opera non ignores. Qui autem dixerat conatum (quam & appetitionem dicere possis, cum Græcis sit horme) item appetitum, opinionem, ac declinationem in nobis esse, is procul dubio quum statim subjiciat, & quæcunque nostra opera sunt, ea nostra esse definit, quæ ex iis quæ sint in nobis deducantur. Utrum vero corporis animine sint, qui a nostris affectus seu perturbationes, pathe a Græcis vocentur, major profecto est quæstio, quam quæ hoc tempore explicanda sit. Pertinere tamen ad animum eos omnis affectus, nemo fere est quin fateatur. Sed ita pertinere, quemadmodum prospera adversaque valetudo ad corpus. Neque enim minus hi animo, quam illa cor-

corpori, vel prosint vel officiant. Quicquid igitur hi peccant affectus, quicquid agunt, nostrum est opus. Ut igitur in corpore temperamentum illud habitudinis, quam symmetriam vocant, bonam corpori valetudinem præstat, excessus vero defectusque auferunt; idem profecto & in affectibus accidit. effrænati enim illi & violenti miserum hominem, moderati vero & compositi felicem constituunt. Sed quum sit animus, id quod & Plato idem divine scribit, velut auriga quidam & rector; is si & stimulis parcat & loris fortius utatur, facile ad calcem secundo cursu perveniat: si vero aut lora nimis remittat, aut acrius quam par est stimulis citet, is ceu Phaëthon, aut Bellerophon aliquis præceps feratur necesse est. Hac igitur ratione, miseri felicésne evadamus, in nobis est. Quæ vero nostra sint opera, facile colligas, cum quæ ad nos pertineant ratiocineris. Quicquid ergo toto præcipit libro, in nobis est: stulte enim, quod non foret, præcepisset. Obscurus igitur aut perplexus noster *Epictetus*; quo neque planius quicquam, neque enucleatius, neque etiam lucidius ne optare quidem ausis? Ut in eum nedum tui isti lyncei oculi, sed vel hebetissimi quique inspicere possint. At sunt, inquis, ardua nimis, supraque hominis vires, quæ præcipit. Quidnam? id tandem, si filium, si uxorem amas, dic te hominem amare; mortuo enim non perturbaberis. Utrum ne igitur quod præcipit, an quod pollicetur, ut difficile factu reprehendis? Si quod præcipit, jam tu quæ in communi vita quotidie, quæ in foro, quæ in triviis jactentur, factu difficilia putes. Quis enim non aliquando quæ sint eventura cogitat! At Terentianus ille servulus, *O!* inquit, *Demea*, *istud est sapere, non quod*

ante pedes modo est, *videre*, *sed etiam illa*, *quæ futura sunt*, *prospicere*. Et ut scenæ immoremur, audi senem apud eundem: *Incertum est*, *quid agam*, *quia præter spem*, *atque incredibile hoc mihi obtigit*. *Ita sum irritatus*, *animum ut nequeam ad cogitandum instituere*. *Quamobrem omnes*, *cum secundæ res sunt maxume*, *tum maxume meditari secum oportet*, *quo pacto advorsam ærumnam ferant*. *Pericla*, *damna*, *exsilia peregre rediens semper cogitet*. *Aut filii peccatum*, *aut uxoris mortem*, *aut morbum filiæ*: *Communia esse hæc*, *fieri posse*: *ut ne quid animo sit novum*: *Quidquid præter spem eveniat*, *omne id deputare esse in lucro*. Quam vero & illud Virgilianum grave est: *Nescia mens hominum fati sortisque futuræ*, *& servare modum rebus sublata secundis*. Vides ut hæc non sunt obruta, ut passim exposita: vides quam uterque poëta hanc eventorum anticipationem ad cœlum tollat; quod ei contrarium sit, ad manes deprimat. Sed ne in re manifesta minime necessariis argumentis ambitiosius utar, pergam quo tendis: neque enim tam quod præceperit, reprehendi a te intelligo, quam quod ille deinde nimis magnifice polliceatur. Non videlicet perturbatum iri nos, si hæc præmeditata nobis fuerint, liberorum, aut uxoris morte. Huic tu præcepto naturæ augustum nomen, quod maximum, ut physici dicunt, ad omnis affectus momentum habeat, quasi Ajacis illum clypeum objectas. Naturæ enim, inquis, imperio gemimus: an vero hic noster lachrymas arcet, qui etiam præcipiat, ut vel in alienis luctibus, si opus sit, conferamus gemitus, pariterque fleamus; neque tamen sibi Juvenalis, cujus id dictum est, concedi a nobis postulet? Cogi nos in liberorum funere ad lachrymas, naturæ imperio.

perio. Naturæ autem nemo resistit: cui qui adversetur, is gigantum more, quod dicitur, cum diis bellum gerat. Multos enim legimus, in charissimorum sibi pignorum obitu, lachrymis fletuque abstinuisse: ut Atheniensem illum Solonem, ut Censorium Catonem, qui ambo sapientes & fuerint, & sint habiti. Non sunt quidem hæc factu facilia, non supra hominis tamen sunt vires. Si das in uno hoc, aut altero, dabis profecto & in multis; utarque eo demonstrationis genere, quam inductionem Dialecticei vocant, qua plurima apud Platonem philosophorum principem Socrates utitur. Ut necesse sit, cum quidem in uno, aut altero homine, actu id extitisse concesseris; idem in universa quoque specie; virtute saltem facultateque inesse non diffiteare. Vides igitur ut Stoico huic nostro sua ratio constet, vides ut dilucide, ut expresse loquatur; vel quod per universum librum, quæ sint nostra opera, disseminat: ex iis enim solis præcepta ducit; vel quod affectus illos animi enumerarit, a quibus quasi fontibus nostra omnia opera deducantur; tum quantopere ad ejus vestigandi sensum Platonis illa sagaciter comprehensa disputatio faciat. Vides ut non est in nobis corpus. Quanto vero dii boni, quo pugnatore, quibus se rationibus tuetur! ut si falsa loquutum pervicacius contenderimus, ipsam in nos Platonicam majestatem, omnemque Academiam concitemus. Tantum vero abest, ut magis ardua sint præcepta quam quæ natura hominis efficere possit, ut etiam indulgentissimus videatur *Epictetus* noster: qui nec ea quidem sibi præcipienda permiserit, quorum non modo virtus aut facultas, sed actus quoque exemplaque passim extiterint. Cætera quæ in Epistola tua sis machi-

chinatus, nullo negotio si hæc dederis demoliemur. Cur enim ut aridam succoque carentem divisionem illam vexes, qua ille paucissimis verbis scienter circumspecteque omnia quæ sunt suas in partes tribuit, non intelligo. Nam & quod tute non is inficias, nihil eorum quæ sunt eam divisionem effugiat; & secunda divisione minime indiget, cum utraque pars uniformis supersit: ut jam si dividere iterum tentes, comminuas potius aut dilaceres, quam distribuas. Non ergo aridum hoc est, sed vere corpus solidum & succi plenum: neque enim quicquam ei divisioni superest, neque deest: nulla inest nugacitas: verbis utitur propriis, comprenhensione aptissima, nihil ut excogitari circumspectius possit. At dixerit fortasse hic aliquis, cur autem non a principio *Epictetus* iste, ostendit, qualisnam is homo foret, quem instituendum acciperet. Ostendit ille id quidem, sed paucis. Quid enim non ille hoc ostenderit, vel qui corpus ipsum, aliaque id genus negarit esse in nobis? At id planius oportuit & pluribus. At non in abdito hoc erat, sed in promptuario ad manum volenti id sumere, ac præsto erat. Quid enim Platone ipso illustrius? Potuit tamen, inquis, Platonis illa argumenta in pauca conferre. Potuit, sed non tam decuit: præcepta enim hoc libello tradit, & quasi leges promulgat, non contentionibus pugnat: suus cuique professioni finitus est terminus; ultra si progrediare, ex jure manum consertum in judicium sis vocandus. Vides ut mathematici demonstrationum suarum principia non probent, sed earum patrocinium ei, quem primum philosophum dicimus, commendent. Ad eum enim illa pertinent, quæ universalia nuncupantur. Punctum, inquit Euclides, id est cujus pars nulla

nulla est: negato id, obmutescet mathematicus; sed adest periclitanti philosophus. Quid ille tandem? Quod rem, inquit, quampiam finit: ideo quod a se finitur, uno intervallo minus est. Extorserit id, jam perget. Tria corpus intervalla habet. Id a superficie clauditur: cui duo tamen adsint, longitudo, & latitudo. Profunditatem enim minime illa quidem nacta est: ea videlicet una a corpore deficit. Superficies autem, quæ duo intervalla habeat, linea terminatur, cui unum tantum intervallum adsit, quæ longitudo sit. Linea postremo a puncto finitur, quod etiam procul dubio carebit intervallo: quoniam id verissimum est, quod dictum sit, omnem terminum uno intervallo ab eo quod terminetur deficere. Ergo & *Epictetus* hunc ita libellum orditur, ut quod a Platone probatum sit, pro concesso accipiat, atque eo omnem præceptorum seriem intertexat. Igitur ut apud Homerum Ajacis se clypeo Teucer defendit: ita & Stoicus hic noster sub Platonis rationibus, quasi sub clypeo audacter pugnat. Non ergo limites, quibus se circumscripserat, transgredi decrevit: ne quod ajunt, extra chorum saltare cogeretur. Hæc quæ pro *Epicteto* dicerem, in præsentia succurrerunt; eaque plura nimium fuisse intelligo, quam epistolæ ratio postularet: non plura tamen, neque pluribus, ut arbitror, explicata quam oportuerit. Quæ si accipis, mi *Scala*, coëant jam in fœdera dextræ: sin respuis, age jam qualem oppugnatorem præbueris, talem & *Epicteto* propugnatorem præsta. Atqui eum quidem & fuisse magnum virum omnes tradunt, & mihi centies repetitus perpetuo placet. Verendum tamen est, ne meus mihi labor, tanquam scitus filiolus

sub-

ſubblandiatur: idque vel auctori ipſi apud me gratiam conciliet; tibi vero, quod me ad hanc veluti pugnam provocaris, gratiam habeo. Pertinet enim, id quod & Ariſtoteles ait, ad ingenii profectum contentioſa diſceptatio, ut jam divine Homerus pugnam ipſam, quæ homines reddat illuſtres, κυδιάνειραν vocet: nec minus egregie noſter ignobile ocium dixerit. Quare ut me ſæpe vel irrites, etiam atque etiam te rogo. Eſt enim, mi *Scala*, reluctandum his temporum turbinibus literarum & philoſophiæ ſtudiis; ut jam nos ipſos nobis, quantum liceat, aſſeramus. Tua vero opera, quam tu quidem liberaliſſime, ut ſoles, pollicere, non minus fidenter, cum uſus venerit, utar, atque ad hanc diem ſum uſus. Vale Kal. Sextilibus Mcccc Lxxix. Feſulis.

I N

IN EDITIONEM

EPICTETI

NOVISSIME PURGATAM

ET

NOTIS ILLUSTRATAM


A

VIRO DOCTISSIMO

J. CASPARO SCHRÖDERO

Scholæ DELPHENSIS Rectore
& Collegii Literarii, quod
ibidem est, Moderatore.

Stoïca si quis amet veterum præcepta Sophorum,
Et morum possit simplicitate capi;
Sinceréque probet vitæ dictata severæ;
Queis intrat mitis turbida corda quies:

Sua-

Suavis Epicteti *legat aurea ſcripta libelli:*

Quæ mentem ſatient, hæc monumenta dabunt.

Pellibus exiguis arctat normam ille decori,

Dum verum ex animi dexteritate docet.

Quam benè de libris ſtudiisque merentur & arte,

Qui tollunt docta ſphalmata fœda manu!

Hanc merito laudem SCHRÖDERUS *vindicat, ille*

Veſtræ, Delphenſes, *non levis urbis amor.*

Hunc pietas, hunc ſancta fides, atque ardor honeſti

Finxit, & ingenium Muſa benigna dedit.

Vindice SCHRÖDERO, *quo vix ſolertior alter,*

Diſcit cum Latio, Græcia pura loqui.

JOANNES VAN DAM.

ΕΠΙΚΤΗ-

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ
ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

EPICTETI
ENCHIRIDION.

ΚΕΦ. α'.

Τῶν [3] ὄντων τὰ μὲν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. [4] ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, [5] ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἑνὶ λόγῳ, [6] ὅσα ἡμέτερα ἔργα. [7] οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, [8] ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαί. καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα.

Cap. I.

Res quædam in potestate nostra sunt, quædam non sunt. In nostra potestate est opinio, appetitio, desiderium, aversatio; &, ut uno complectar verbo, quælibet nostræ actiones. Nostri arbitrii non sunt corpus, pecunia, gloria, imperia: ad summam, ea, quæ ipsi non agimus, omnia.

Tribuitur hoc Enchiridion Epicteto, quamvis ipse id non scripserit, sed Arrianus, qui & uberiorem in id commentarium edidit, quo disputationes Epicteti plenius prosequitur. Testatur id Simplicius in præfatione commentarii ad hunc libellum hisce verbis: Τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο τὸ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον ἐπιγεγραμμένον, καὶ τοῦτο αὐτὸς συνέταξεν ὁ Ἀρριανὸς, τὰ καιριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ κινητικώτατα τῶν ψυχῶν ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Ἐπικτήτου λόγων. Hoc est: *Idem Arrianus & hunc libellum, quod Enchiridion inscribitur composuit, delectis ex Epicteti disputationibus philosophiæ locis maxime idoneis ac necessariis, & animos vehementissimo permoventibus. Snecanus.*

2 Non solum pugio Græcis hoc nomine vocatur, sed etiam quidquid ad manum est, & in usum promptum & obvium, & instrumenta quælibet ac vasa ἐγχειρίδια, quæ parata & in manu semper gestanda. Hesychius. Ἐγχειρίδια, σκεύη καὶ ὄργανα σκευῶν, ἤγουν δό-

ρατα καὶ τὰ ἐν χειρί. Suidas, Ἐγχειρίδιον ξίφος, ὄργανον, τμητικὸν ὄργανον. Sed quare τμητικόν? Ita tamen & Hesychius: Ἐγχειρίδιον, ξιφίδιον μικρὸν, ἢ τμητικὸν ὄργανον. An quia Ἐγχειρίδιον gladiolus est & pugio, non potest usurpari nisi de instrumento τμητικῷ? Atqui Ἐγχειρίδιον crederem dici id omne quod ad manum, vel in manu est. Certe ea pars remi quæ manu retinetur Græcè Ἐγχειρίδιον vocatur. Pollux: τὸ δὲ κώπης τὸ μὲν ὃ λαμβάνονται οἱ ναῦται, ἐγχειρίδιον. In his titulus librorum Ἐγχειρίδιον vix aliud queat esse quam πινακίδιον ἐγχειρίδιον: Nam ἐγχειρίδιον hic est adjectivum, quod substantivi vice usurpatur, & subauditur aut βιβλίον aut πινακίδιον. Cum pro ensiculo accipitur Græce, subintelligitur ξίφος, & integrum est Ἐγχειρίδιον ξίφος. *Salmasius.*

Enchiridion inscribitur, quod pugionem significat, quia ut pugio militibus, ita hic libellus iis, qui recte vivere student, in promptu esse perpetuo debeat. Facit idem magnum patriæ nostræ lumen Erasmus, inscriptione istius libri, quo Christianum militem depingit. Est vero titulus hic ab Arriano; qui delectis ex Epicteti dissertationibus locis philosophiæ Ethicæ, maxime necessariis, & animos vehementissime permoventibus, hunc libellum ceu epitomen disputationum Epicteti in lucem emisit. *Sneccanus.*

3 Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν. *Res quædam in nostra potestate sunt.*] Cum sententiarum Epicteti bona pars pendeat ab intellectu distinctionis eorum, quæ sunt in nostra potestate, & quæ non; operæ pretium fuerit attendere quid intelligat author per hanc phrasin, *esse in potestate nostra*, aut *non esse*. Quod Simplicii verbis explicabitur. Sic itaque ille. In nostra potestate ea esse dicit, quæ nec ab alio habemus, nec ab ullo alio impediri possunt: cujusmodi sunt motus animorum, qui intrinsecus suopte judicio & arbitratu cientur. Voluntas enim extrinsecus moveri non potest, *id est objectis forinsecus advenientibus sic moveri, ut necessario promoveatur, nec libertate sua, qua illi insita est fruatur.* Quamvis enim id quod expetitur, extrinsecus sit: ipse tamen motus ad illud, intrinsecus est; velut, hoc illove modo sentire de rebus; ut, divitias aut mortem, aut aliud ejus generis, vel bonum vel malum, vel neutrum esse. Huic etiam phrasi enucleandæ est quod dicit Simplicius: Nec enim idem est *voluntarium*: & id quod *in nostra potestate* est: sed voluntarium est id quod præcipue expetitur: in nostra potestate vero, quod amplecti possumus, sive propter se, sive propter mali gravioris fugam. ὑπόληψις est id, quod de unaquaque re sentimus; ut, fugiendum esse flagitium, philosophiam mederi animis. *Opinionem* non male reddidit interpres. Possis & vertere *apprehensionem*. Eam Simplicius cap. 11. φαντασίας nomine venire censet. Ὁρμὴν Cicero alias *appetitionem*, alias *appetitum*, alias *motum animi* interpretatur Ἀφορμὴ hujus contrarium est, videlicet *aversatio*; nempe Stoica; qui peculiari quadam ratione hisce vocibus utuntur; non vero ea, quæ communiter in usu est; cujus exemplum est cap. 70. *Idem.*

4 Ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν ὑπόληψις. *In nostra potestate est opinio.*] Negat hoc Homerus, quum, Cicerone interprete, scribit:

Tales sunt hominum mentes, quali pater ipse
Iuppiter auctiferas lustrāvit lampade terras.

Homeri versus sic habent:

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Sed hunc scrupulum Simplicius eximit. *Wolfius.*

5 Ὁρμὴ, ὄρεξις.] Nolim ego de verbis istis cum quoquam acrius contendere, cum certum sit aliter Ciceronem, aliter Senecam, aliter

alios

alios veteres reddidisse. Wolfii tamen inconstantiam, aliisquoque notatam, in versione probare non possum. qui cum hic ὁρμὴν *appetitionem* (ex Cicerone) vertat: ὄρεξιν autem *desiderium*, (ex Seneca:) paulo post, (ut cap.6.) ὄρεξιν *appetitionem*, Latine sonare maluit. Sed. nec viris summis assentior, qui Senecam ὄρεξιν *appetitionem*; ὁρμὴν autem *impetum* semper reddere affirmant. Nos aliter observavimus: cum per ὄρεξιν intelligitur *appetitus* naturalis, qualis hominibus bestiisque communis est, ut est appetitus cibi, potus, &c. tum Senecam verbo *desiderium* uti: cum autem *appetitus* qui rationis imperio subjacet, tum *appetitionem* verbum potius usurpare. Nos quidem scrupulosi non sumus. Quæ tamen ab aliis adferuntur, quæque nos observavimus ipsi, diligenter expensis, ita statuimus: ὁρμὴν, *impetum*; ὄρεξιν *appetitionem*, tutissime reddi: quod semel monuisse sufficiat. *Casaubonus*.

6 Ὅσα ἡμέτερα ἔργα. *Quacunque nostra actiones.*] Ἔργον Ciceroni est, aliàs opus, aliàs res, aliàs opera, aliàs difficultas. Ego hic ἔργον intelligo, non munus officii, τὸ καθῆκον, in qua significatione sæpe capitur: sed ἐνέργειαν, actionem, id quod aut animis agitamus, aut ministerio corporis agimus, sive bonum, sive malum: ut cum agimus prudenter, juste, fortiter, temperare: contrave, libidinosè, effœminatè, injustè, temerè: cum philosophamur, irascimur, cupimus, deambulamus, lavamus, scribimus, legimus, & id genus alia, quæ homo suapte naturâ, suoque arbitratu facere potest aut non facere, nisi morbo aut externa vi impediatur. Quod cum sit, actiones illæ in potestate nostra esse desinunt, opinor. & opinio tantum, appetitio & desiderium, horumque contrario declinatio & aversatio, nobis relinquuntur. Cum autem morbi sint, qui animum etiam tentent, ut phrenitis, melancholia, veternus, apoplexia, epilepsia, vulnera capitis, cerebri læsiones, similesque pestes, etiam illa, nisi fallor, evanescunt, quæ sola in nostra potestate esse affirmat Epictetus. Sed loqui Stoicos de natura integra, & non impedita, probabile est, quæ tamen quamdiu talis permansura sit, constare nemini profecto potest. Consideret ergo quisque secum, veriùsne ista dicantur, an magnificentius? Animi tamen bona dotibus corporis, & fortunæ muneribus præstare, ac diuturniora esse, extra controversiam esse arbitror. Quicquid tamen egeris, nunquam id consequeris, ut a Fortunæ tyrannide sis immunis: hoc est, ut Deus ea tibi non auferre possit, quæ largitus est. Valeat ergo Thrasonica illa vox, & inter Stoicas hyperbolas numeretur, προκατείλημμαί σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσαν ἀφήρημαί σε τὴν παρείσδυσιν. hoc est, Anteverti tibi Fortuna, & quasi vallo firmissimo opposito, omnes tibi aditus, omnes cuniculos intercelusi. Prudentius ille, qui distichon illud per se insolens, picturæ hominis mortui adscripsit: cui, si in CHRISTO Servatore obdormierit, verè convenit:

> Ἐλπὶς καὶ τύχη μέγα χαίρετε· τὸν λιμέν' εὗρον.
> Οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν· παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ.

> *Inveni portum, Spes & fortuna valete:*
> *Nil mihi vobiscum: ludite nunc alios.*

Neque enim spe sua frustrabitur, neque timebit quicquam, mortuus in Domino. ab omnibus fortunæ injuriis & ludibriis immunis, atque in portu tutissimo securus & beatus conquiescit. *Wolfius*.

6 Ὅσα ἡμέτερα ἔργα. *Quacunque nostra actiones.*] Hic ἔργον idem notat quod ἐνέργεια, qua voce significatur omne id quod aut animis agitamus, aut ministerio corporis perficimus, sive bonum sive malum: ut cum agimus prudenter, juste, fortiter,

titer, temperanter: aut contra: item cum philosophamur, irascimur, cupimus, deambulamus, lavamus, scribimus, legimus, & id genus alia; quæ homo suapte natura, suoque arbitratu facere aut non facere potest, nisi morbo aut externa vi impediatur. Quod cum sit, actiones illæ, quatenus servitio corporis indigent, in potestate nostra esse desinunt. Vide principium capitis noni. Corpus, possessionem, & reliqua quæ sequuntur, in nostra potestate esse negat, non quia animus ad hæc quoque, & horum contraria, aliquid conferat; (nam & corpus & res familiaris animo procurante pulchrius gubernatur;) sed quod his rebus non solus animus dominetur, & ad ea consequenda multis aliis adjumentis egeat. Videndus Simplicius. *Snecanus.*

7 Οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαί. *In nostra potestate non sunt, corpus, possessio.*] Nemo negabit opinor, non esse nostri arbitrii, ut perpetuo valeat, nec ullo incommodo afficiatur corpus. Nam alioqui ægrotaret, mutilaretur, moreretur nemo. Etsi enim quidam apud Plinium sponsionem cum Fortuna fecisse legitur, si unquam ægrotasset: nihilominus tamen lapsu scalarum interiit. Masinissam & Cyrum, robustissimos reges, longa ætas exstinxit. Iam si divitiæ, gloria, imperia, cæteraque nobis in manu essent: quis egeret, male audiret, serviret? Quis cara uxore, liberis, amicis orbaretur? Hoc igitur extra controversiam est, non esse ista nostri juris. Illud vero cui persuaderi potest, cum nostra non sint, ne jacturam illorum molestissime feramus? Ne iis ereptis, vim & injuriam nobis esse factam opinemur? Tanta est inconstantia & perversitas. Occurritur autem Epicteto, Natura nobis esse insitum talium rerum amorem; nec posse fieri, quin iis amissis doleamus. At vicissim rogabit Epictetus: An non illud etiam natura ferat, ut sæpe illa amittamus? an repugnare in eo naturæ, sit viri boni & sapientis? Frustra præsertim, & ultro augere sibi molestias, quæ animi æquitate minuendæ erant? Opponimus scilicet philosophis non firmiores rationes, sed affectus nostros & pravam consuetudinem: pro quibus tanquam pro aris & focis, & monumentis majorum pugnamus: majoréne stultitia dicam, an calamitate? Quod si dies adimit hominibus ægritudinem: recta ratio cur non adimat? Cur exempla vulgi, quam virorum fortium & sapientum sequi malumus? At id quoque Natura fert, ut ipsa assuetudo molestiam leniat. Vnde poëta:

Χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβάσκει κακόν.

Malum viget jam, lenietur tempore.

Esto: sed cur non, ut servulo Comico, ita & nobis meditata omnia mala nostra sunt, ut ne quid animo sit novum? Nam & hoc docet Epictetus, & docuerunt olim multi, nec obtemperasse quenquam pœnituit. An non & divus Paulus monet, ita esse utendum mundo, quasi non utamur? Nec habitandi, sed commorandi locum hic nobis esse datum? Sed hæc alibi commodius. Illud non alienum fuerit, verba quæ obscuriora videntur, quæque subinde recurrunt in hoc Opusculo, declarare. ὑπόληψις est opinio, sententia, persuasio, judicium, id quod de quaque re sentimus: ut, mortem & morbum esse malum, divitias & voluptates expetendas esse, fugiendum esse flagitium & dedecus, philosophiam mederi animis. ὁρμὴν Cicero aliàs appetitionem, aliàs appetitum seu appetitionem animi, aliàs motum animi interpretatur. Politianus conatum vertit. ὄρεξιν appetitum. ἀφορμὴ hujus contrarium est, aversatio, cum animus abhorret à re aliqua. Hinc ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν, appetere, inclinare animo ad aliquid: ἀφορμᾶν, aversari, abhorrere. Peculiarem enim hæc verba usum habent apud Stoicos. Est & ὄρεξις appetitus: sed Cicero βούλη-

σιν

σιν, εὔλογον ὄρεξιν exponit, voluntatem quæ quid cum ratione desideret. Quare ὄρεξιν (nè vocabulorum numerus imminueretur) desiderium verti. ἔκκλισιν idem, declinationem à malis, declinationem laboris & periculi, dixit. Simplicius hunc ordinem tradit: Cum quid bonum aut malum judicemus, omnino commoveri declinationem aut appetitionem: subsequi vero ὁρμὴν, quam animi concitationem, approbantis aut improbantis, prosequentis aut aversantis aliquid, definit. αἵρεσις est optio vel appetitio, cum Cicero τὸ αἱρετὸν optabile & rem expetendam vertat. προαίρεσιν Simplicius ἄλλυ τινὸς αἵρεσιν esse dicit, cum alia aliis præferuntur. Quo uno verbo commodè queat exprimi,

Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.

Barbari prælectionem, alii delectum, alii propositum, alii institutum, alii voluntatem, alii consilium interpretantur. Nos, ut quimus, quando ut volumus, non licet. Omnino difficile est cum Græcis, præsertim Stoïcis, certare verborum copia & proprietate. Quare veniam ab æquis lectoribus impetratam velim, sicubi Epicteto & acerrimis eorum judiciis non satisfecerimus. Sæpe enim, eruditis scriptoribus facile est varia vocabula congerere: sed eadem distinguere, grammatico aut interpreti non perinde promptum Imo (si, quod sentio, dicendum est) ipsi auctores sæpe riderent & grammaticos & interpretes, qui earum rerum distinguendarum solicitâ curâ tenerentur, quas ipsi aut ostentandæ copiæ, aut rei inculcandæ gratiâ congessissent. *Wolfius.*

Hæc ab Epicteto pronunciata tam firmissimis absolutissimæ veritatis fundamentis innituntur, ut à nemine unquam refelli queant, Quocunque enim modo hominem, sive in statu naturæ ante institutionem Reip. sive sub imperio consideramus, illud pro æterna veritate erit habendum, *corpus, possessionem, gloriam & imperia in nostra potestate non esse.* Nam præterquam quod humano corpori perpetuis aëris incommodis exposito, cum vario morborum genere, qui ei vires quacunque ætate adimunt, tandemque vitalem spiritum extinguunt, sit pugnandum: tamen sub utroque statu nemo sibi, licet fortissimus, tam securum vitæ degendæ genus excogitare aut formare valet, ut ab infirmissimo quoque non possit aut vi aut dolo de medio tolli. Rex & subditus, dominus & servus, potentes & liberi hoc respectu in eodem statu constituti sunt. Quot Monarchæ, licet nocte dieque armatorum satellitium turbâ constipati, à subditis interfecti sunt? Adeo ut verum sit illud Juvenalis,

Ad Generum Cereris sine cæde & sanguine pauci
Descendunt reges, & sicca morte Tyranni.

Quot servi in dominorum corpora imperium exercuerunt? Et quot etiam parentibus, apud Romanos quondam in liberos vitæ ac necis potestate fruentibus, mortem filii intulêre? Quid dicam de possessionibus, quas, licet in statu naturæ omnibus communes, viribus pollentior ab infirmiori invidia aut malevolentia auferre potest? Numquid etiam constituta civitate, in qua leges aliena abripere prohibent, fures reperiuntur, qui inscio & invito domino possessiones auferunt? Si publici commodi causa publica fossa sit ducenda fodiendaque, an non præstat partem prædii, summa potestate eam exigente, propenso animo exhibere, quam cum Nabotho lapidibus obrui, atque ita corpus certæ ac minime dubiæ morti objicere? In omni enim Republica sive Christiana, sive alia sit, hæc regula valeat *Civem unumquemque suorum bonorum non tam absolutum esse dominum, ne Reipublica dominium in eadem bona*

 pos-

possit excludere. Cives quidem in bona sua proprium dominium habent, quod cæterorum civium jus excludit: Verum si summæ potestatis jus & imperium in eadem excluderetur, protegere cives non posset, neque ab hostibus externis, neque ab injuriis mutuis. Quocunque igitur modo hanc Epicteti sententiam verteris, semper remanebit illa veritas, corpus & possessiones in nostra potestate non esse.

Eodem prorsus modo se res habet cum *Gloria* & *imperio.* Vox illa δόξη heic non significat opinionem de aliqua re, quæ in nobis libera, nostraque potestate est: sed hoc vocabulo Epictetum indicare existimo gloriam sive honorem, qui consistit in cogitatione interna honorantis, nempe in opinione, quam de Potentia & Bonitate quisque habet illius, quem honorare affirmat: Ergo, quia hanc aliorum hominum opinionem, libera nostræ voluntaris inclinatione ad nos honorandos & colendos flectere non possumus, verum manebit illud Epicteti, gloriam & honorem in nostra potestate non esse. Et idem nobis quoque cum Epicteto de Imperio statuere licet. Hæc non possunt intelligi de statu ante institutionem Reip. nam in tali statu, unusquisque pari potestate gaudens, nullum reperitur imperium. Præterea in tali statu nemo potestatem habet imperium sive societatem civilem erigendi; quia oritur ex justa hominum unita multitudine; qui simul jus in omnia, quæ possident, in unum hominem sive cœtum conferunt, & ad propellendos hostes idonei sunt. Vnusquisque verò medium illud civitatem constituendi quidem in se habet, sed aliorum arbitrium ad eam rem inclinare, unicuique in potestate non est. Et quandoquidem in constituta Republica aliorum plerumque suffragiis & votis hunc vel illum ad supremam majestatem promoveri videmus, rectè quoque dicitur, illud in nostra potestate non esse; quia sors à Deo est. Quumque præterea in hoc negotio maxime facit, ex his vel illis parentibus originem duxisse, ut ad imperii fastigium evehatis, affirmandum est ab unoquoque, neminem id in sua potestate habere vel Leidensem, vel Amstelodamensem, vel Haerlemensem nasci. Beata igitur erit talis vitæ conditio & status in quo corpora nostra, à terrenis hisce sordibus purgata, nullis aëris injuriis, nullis morborum generibus, nec ipsi morti obnoxia, in secula seculorum cœlestem illam κλῆσιν possidebunt, ubi honorem & gloriam tribuent illi, cum quo tanquam reges & Monarchæ in mortem, diabolum & infernum imperium exercebunt.

8 Ηʹ κλῆσις] Wolfius hic *pecunia*: Politianus, *possessio.* quod magis generale est, & ut puto, præferendum. *Casaubonus.*

β΄.

Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια.

CAP. II.

Ac ea quidem quæ nobis parent, libera sunt natura sua, nec prohiberi ab ullo, nec impediri possunt. In quæ autem ipsi jus nullum habemus, ea sunt infirma, obnoxia servituti, obnoxia impedimentis, aliena.

1 Καὶ

1 Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν.] Verba hæc interpres transtulit; *ac ea quidem quæ nobis parent*, sensum potius secutus quam verba: quæ κατὰ πόδα sonant, *ea quæ in nobis sunt*. Quod nihil est aliud, quam, quæ in nostra potestate vel nostri arbitrii sunt. Hæc enim in unoquoque esse dicimus, quæ non ab alio habet, quæque ab alio impediri nequeunt. Id quod significat Epictetus, cum dicit, quæ ejus generis sunt, esse ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα, quibus opponuntur, quæ contra se habent: quæ aliena recte nominat, iis videlicet obnoxia, & ab illis pendentia, qui ea vel præbere vel prohibere possunt. Quæ vero in nostra potestate non sunt, nostra non sunt: sed partim corporis, quod pro instrumento vult haberi, ut patet cap. 24. partim pecuniæ aut gloriolæ; quæ etiam longius ab animo remotæ sunt, quam corpus *Snecanus.*

γ'.

[1] Μέμνησο οὖν, ὅτι, ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα, ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεοὺς, καὶ ἀνθρώπους· ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἐστὶν ἀλλότριον, [2] οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινὶ, [3] ἄκων πράξεις οὐδὲ ἓν, οὐδείς σε βλάψει, [4] ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις. [5] οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ.

CAP. III.

Proinde memento, si ea quæ natura serviunt, libera putaris, & aliena pro tuis habueris, fore, ut impediaris, lugeas, perturberis, Deos hominesque accuses. Sin id solum tuum existimaris, quod tuum est; aliena vero, ut sunt, aliena: te nemo coget unquam, nemo impediet, neminem accusabis, neminem criminaberis, nihil ages invitus, nemo te lædet, inimicum non habebis. Neque enim ullam calamitatem accipies.

1 Μέμνησο οὖν. *Proinde memento.*] Hoc caput nihil est nisi consectatium duorum præcedentium. Id quod nititur isto axiomate. *Contrariarum caussarum contraria sunt effecta. Snecanus.*

2. Οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε. *Te nemo coget unquam.*] Ad verbum, nemo tibi necessitatem imponet, aut te necessitate constringet ad aliquid faciendum, quò minus plenius libertate fruaris, sisque tuarum actionum dominus. *Idem.*

3 Ἄκων πράξεις. *Invitus ages.*] In quibusdam editionibus pessime pie

pro πράξεις legitur πράξαις, quod vitium, non nisi typothetarum festinationi, adscribi potest.

4 Ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις. *Inimicum non habebis.*] Quicunque enim inimicus erit tibi, si tu non in eum inimico eris animo, is in ea poterit nihil quæ tua tantum sunt: quæ hisce quatuor vocibus cap. 1. complectitur, videlicet ὑπόληψις, ὁρμῆς, ὄρεξις, ἔκκλισις. Siquid in reliqua valebit, ea extranea sunt & aliena: iis itaque te spolians, proprie te non læserit: *Sneeanus.*

5 Οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ. Politiani versio hæc non agnoscit. & videntur supervacanea, cum jam præcesserit οὐδείς σε βλάψει. Melius tamen, (ut ego censeo,) *Paraphrastes*, quæ hæc posteriora exhibet, expunctis illis. *Casaubonus.*

Οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ. *Neque enim ullam calamitatem accipies*] Ad verbum: Non enim noxium quid patieris. Id quod ex superioribus satis liquet, quomodo sit accipiendum. *Sneeanus.*

δ'.

[1] Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, [2] τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. [3] ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα θέλῃς, [4] καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, [5] τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ, [6] διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι· πάντως γε μὴν [7] ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνων εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται.

Cap. IV.

Cum igitur tantas res appetas, sic eas suscipiendas esse memento, ut sis non mediocriter incitatus; atque alia penitus relinquenda, alia in præsentia omittenda censeas. Quod si & illas desideraris, & magistratus etiam atque opes appetieris, & tuos florere volueris: fortasse ne hæc quidem assequeris, propter earum, quas ante diximus, cupiditatem: iis certe omnino excides, per quas solas felicitas & libertas comparatur.

1 Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρίως κεκινημένον, ἅπτεσθαι αὐτῶν. *In tantarum igitur appetitione rerum, sic eas suscipiendas esse memento, ut prorsus omni vaces animi perturbatione.*] Rectius Simplicii Commentarius: τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένοι ἅπτεσθαι αὐτῶν. Quum igitur tantas res appetas, sic eas suscipiendas esse memento, ut sis non mediocriter incitatus. Quam lectionem & Politianus est sequutus. De pluribus

lo;

ocutus est; ergo πλησιέστερον. Seriò suscipiendum monet philosophiæ studium. ergò ἔδει redundat, quod quatuor reliqui codices habent: a quibus deceptus, verteram: Vt prorsus omni vaces animi perturbatione. quæ sententria etsi cum ἀπαθείᾳ Stoïcorum convenit, philosophiæ tyroni tamen haud quaquam convenit, quem incredibili cupiditate sapientiæ inflammatum esse vult: adeo ut illud ex Euangelio desumptum ei dici possit:

Ἕν μαργαρίτην τίμιον,
Ἀπελθὼν ἅπαντα, λάμβανε.

Vnam margaritam pretiosam omnibus opibus tuis emito. *Wolfius.*

Monet hoc commate, serio suscipiendum esse philosophiæ studium, atque hoc fiat commode, quædam omitti sive relinqui prorsus suadet, quædam differri ad tempus. *Snecanus.*

2 Τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. *Alia in præsentia omittenda censeas.*] Malim, *differenda*; id enim significat verbum ὑπερτίθεσθαι. Differre vero eas res externas jubet, Simplicio interprete, quæ prudenter tractatæ bonis animi non officiunt: cujusmodi sunt, parare domum & servum, legitimæ nuptiæ, ingenuorum liberorum procreatio, justus magistratus, aliquando etiam rerum necessariarum curatio. Hæc omnia & id genus alia in præsentia esse differenda monet virtutis studiosos, idque merito: quod nullis omnino rebus eos distrahi oporteat, & à studio virtutis atque exercitatione abstrahi, qui eam perfecte consequi cupiant, *Snecanus.*

3 Ἐὰν δὲ καὶ ταῦθ' ἐθέλῃς. *Sin & has volueris.*] Scilicet, τὰ ἐκ φιλοσοφίας περιγινόμενα. Ea quæ Philosophia præstat. *Wolfius.*

4 Καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν. *Et imperare & esse dives.*] Politianus addit Domesticos dirigere. Legit fortasse, τοὺς οἰκείους εὐθύνειν, quod perpetam scriptum fuisse reor, pro εὐθηνεῖν, necessarios tuos florere. Volumus autem in primis nobis bene esse, mox etiam nostris & aliis. Discrimen τοῦ εὐθύνειν καὶ εὐθηνεῖν, vel pueris notum est. *Wolfius.*

Ἄρχειν καὶ πλουτεῖν.] Latina Wolfii auctiora sunt his verbis. *& tuos florere:* quæ ille, ut in notis docet, sola conjectura fretus, ex Politiani versione sumpsit. Conjicit autem Politianum in suis codicibus reperisse, καὶ οἰκείους εὐθηνεῖν: quæ cum neque Simplicius, neque *Paraphrastes* agnoscant, nos adulterina censemus. Si quid in Græcis desideratur, hoc potius, ex Simplicio, fuerit, καὶ τὰ οἰκεῖα εὐθύνειν: (quemadmodum & Politianum reperisse, ex ipsius versione, *& domesticos dirigere*, credibile est:) quod oppositum fuerit τῷ ἄρχειν, & τῷ πλουτεῖν. Sed minime opus est, & melius opinor, absint, cum in istis, ἐάν δὲ καὶ ταῦτα (propria bona scilicet) καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, (externa:) manifesta sit oppositio. *Casaubonus.*

5 Τυχὸν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ. *Fortassis nec hac ipsa assequeris.*] τῷ ἄρχειν τε καὶ τοῦ πλούτου. Nec magistratus nec opes assequeris. *Wolfius.*

6 Διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. *Eo quod priora quoque desideras.*] Ea scilicet, quæ philosophia confert, libertatem, tranquillitatem animi, securitatem. Significat animum in duas partes distractum, nec fortunæ muneribus, nec philosophiæ bonis potiri: quod altera cura impediat alteram, nec tantam esse patiatur, quanta sit opus. Sed hoc intelligatur de philosophiæ tyrocinio. Nam præcepta rebus gerendis prælucent, & illustrantur usu vitæ, & crebris virtutis actionibus, si probe intellecta & animis infixa fuerint. Philosophandum est igitur ab ineunte ætate, animo aliis curis libero, ut quæ cum cognita perceptaque fuerint, ad parandas & tuendas opes, ad magistratus adipiscendos & gerendos, ad omnes denique vitæ casus ferendos accommodentur. τὰ πρότερα, priora dicit: vel τὰ πρότερον σημαινόμενα ea quæ ante exposuit, quæque rectum judicium sequuntur: non autem τὰ πρὶν φιλοσοφῆσαι, ea quæ desideraris ante philosophiam, ut volupta-

tes, honores, divitias: vel τὰ σπουδαιότερα, præstantiora. Nam tranquillitas animi, verumque judicium, utique divitiis & honoribus præstant. *Idem.*

† Intricatiora sunt hæc, quia Stoïca brevitate, ut pleraque involuta. Monet Philosophiæ studiosum, ne una cum virtutis & honesti studio, externarum cupiditatem rerum, conjungat; fore enim, ut postremis his sit excludendus, vel propterea; quod animi bona simul consequi studuerit. qui enim hisce vere intentus est, externis rebus in totum, vacare non potest.

7 Ἐκείνων ἀποτεύξῃ. *Illis excides.*] τῶν προτέρων, prioribus & potioribus: Carebis animi tranquillitate, si avarus & ambitiosus fueris. *Idem.*

έ.

[1] Εὐθὺς οὖν, πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ, μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι, φαντασία [2] εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα ἐξέταζε τοῖς κανόσι τούτοις, οἷς ἔχεις. πρώτῳ δὲ τούτῳ, καὶ μάλιστα, πότερον περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν. ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. κἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τὸ, διότι οὐδὲν πρὸς σέ.

CAP. V.

Itaque viso cuivis aspero, statim sic, ut respondeas, operam dabis: visum id esse, nec plane id quod videatur. Post, in exquirendo, eas adhibito regulas, quas habes, eamque cum primis ac potissimum, Utrum id visum in rebus versetur nostræ potestati subjectis, an vero alienis. Quod si in alienis; in promtu sit, illud ad te nihil attinere.

1 Εὐθὺς οὖν πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ.] Nulla in verbis difficultas, in re, maxima, si ad cruciatus & tormenta corporis extendas: quorum acerbitatem sola opinione niti, & ad animum per se non pertinere, haud facilis persuasio est. Non defuêre tamen hac etiam ætate celebres medici, qui hoc ipsum (referente Thuano, quorum libros nos quoque vidimus) tuerentur: nec ulla ætate defuerunt exempla cujuscunque professionis & Sectarum, virorum tum mulierum, qui sola animi *obstinatione*, & quam vocant alii προλήψει muniti, dirissima quæque, quæ ab iratissimis excogitari poterant, summa constantia sine ulla doloris significatione, toleravêre. Martyrum prisci temporis, quamvis *obstinationem* & illis istius ævi ethnici iniquissime & imperitissime, ut alibi ostendimus, objicerent; alia longè ratio. Sed nos id nunc non agimus. *Casaubonus.*

Πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ. *Cuivis viso aspero.*] τὸ τραχείᾳ nonnulli codices non habent, & meo judicio rectius omittitur: etsi φάρμακον σοφὸν adhibet Simplicius. Sunt enim φαντασίαι non tantum τραχεῖαι, asperæ: sed etiam

etiam λεῖαι, hoc eſt, læves & blandæ. Sed quia verba hæc minùs exercitatis obſcura videntur, exemplo declaranda ſunt. φαντασίαν (quod viſum, aut viſionem Latini dicunt) appellat eas cogitationes, quæ ex rebus objectis oriuntur: ut ſi adoleſcenti ſtudioſo & pauperi formoſa & dives mulier deſpondeatur, phantaſia hæc ſtatim in eo excitatur, rem eſſe præclaram, paucis ſui loci atque ordinis talem offerri occaſionem: non igitur eſſe negligendam: ſpecies præclara eſt, incautumque facile decipit. Sed ſi idem paulo cordatior, ſecum reputet: Mulieres formoſas atque divites, laſcivas, ſuperbas, faſtidioſas, imperioſas eſſe: opes non ſine magna ſolicitudine conſervari: ſe deſpectui & deriſui fore affinibus, aut certe inviſum: ſi morem gerere velit uxori, aut læſurum valetudinem, aut alia graviora toleraturum: neglecturum eſſe ſtudia literarum: mulierculæ denique non tam amantis, quam prætextum libidinum ſuarum quærentis, fore mancipium: fortaſſis intelliget, id quod Epictetus dicit, dotatam & formoſam mulierem non ſummum eſſe bonum, ſed plane φαντασίαν & falſam ſpeciem, Heſiodeæ Pandoræ inſtar, pyxidem malis omnibus refertam, ſecum afferentem. Idem eſto judicium de phantaſiis imperii, honoris, aliarumque rerum, quæ ſæpius inani ſpecie blandiri, quam revera beare ſolent. Eadem fere ratio eſt rerum triſtium & adverſarum, ut putantur, quæ ſæpe in receſſu multum boni habent, quod prima fronte nequaquam pollicentur: ut paupertas ſobrios, modeſtos, induſtrios plerumque facit, opulentia luxurioſos, arrogantes, ignavos. *Wolfius.*

1 Πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ. *Cuivis viſo aſpero.*] Τὸ τραχείᾳ nonnulli codices non habent: & videtur omitti poſſe. Legit tamen Simplicius, & aſpera viſa interpretatur appetitiones & averſationes rerum externarum; ut quæ brutæ ſunt; & vecordes, quæque immoderatis & perturbatis commotionibus verè exaſperant vitam, atque ita illis aſperis viſis opponuntur φαντασίαι λεῖαι, id eſt, læves & blandæ. Vide Wolfium. Viſa autem appellat ſpecies ſive imagines rerum objectarum: de quibus paſſim per totum hoc ſcriptum. Ea porro modo res veras vereque utiles & jucundas repræſentant, modo inania ſimulacra, ceu ægri ſomnia, comminiſcuntur. Regulas judicandi viſa multas tradit Simplicius in commentario ad hunc locum; quas, qui volet, inſpiciat. Epictetus, fundamento à ſe primo capite toti tractatui præſtructo inſiſtens, ex eo unam tantum deducere ſatis habuit; quæ hic ſubjicitur. *Snecanus.*

2 Εἰ] Lege. ἐστί. *Wolfius.*

ϛ′.

[1] Μέμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲν [2] ἐπαγγελία, τὸ ἐπιτυχεῖν, οὗ ὀρέγῃ. ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίνεται. καὶ ὁ μὲν ὀρέξει ἀποτυγχάνων

CAP. VI.

Appetitionis eam eſſe pollicitationem memento, fore ut conſequatur id quod appetat: Averſationis, ne in id incidat quod averſetur. Is porro quem appetitio fruſtratur, infortunatus eſt: qui in id in-

σιν, ἀτυχής· ὁ δὲ ἐκκλίσει [3] περιπίπτων, δυστυχής. ἂν μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς [4] τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπὶ σοί, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνεις περιπεσεῖ. [5] νόσον δ᾽ ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις.

incidit quod aversatur, calamitosus. Itaque si ea solùm aversere, quæ eorum naturæ, quæ in tua potestate sunt repugnant; in eorum, quæ aversaris, nihil incides: At si morbum averseris, aut mortem, aut inopiam; calamitatem subibis.

1 **Μέμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία.** *Appetitionis eam esse pollicitationem memento.*] Observatione dignum putat Simplicius, quod Epictetus cap. quarto, & deinceps, crebro utatur verbo MEMENTO, quo rationis compotem animum compellat. Etenim is rationes rerum semper conjunctas habet, earumque quasi innatam veritatem circumfert: sed aliquando, velut deficiente acie, ob distractionem ejus facultatis, in oblivionem ruit; quæ ipsi malorum omnium causa est. Ideoque flagitat, ut illud MEMENTO crebro ei ad aures accinatur. *Snecanus.*

Ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία. *Appetitionis pollicitationem esse.*] Est prosopopœia quædam Cupiditatis cum homine colloquentis. Rudibus apertior esset oratio, si ita locutus esset: Cum aliquid appetis, fore speras, ut id consequaris, & voti compos fias, & reliqua. *Wolfius.*

2 Ἐπαγγελία] Cum Suidas ex vetere nescio quo ἐπαγγέλλειν pro αἰτεῖσθαι: & ἐπαγγέλλεσθαι ea notione (pro *poscere, cupere*;) ab omnibus agnoscatur: quis dubitet quin ἐπαγγελία hoc loco sit potius *postulatio*, quam *pollicitatio*? Certè, tantum abest, ut quæ cupiant homines, semper sibi polliceantur; ut non pauci præ desperatione animi & impotentia, ne vivere quidam sustineant. *Casaubonus.*

3 Παραπίπτων.] περιπίπτων legendum videtur, idem quod ἐμπίπτων. unde περίπτωσις, & περιπέτεια τύχης. *Wolfius.*

4 Τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπὶ σοί. *Quæ naturæ eorum, quæ in tua potestate sunt, adversantur.*] His adversantur utique, falsa opinio, pravus & corruptus appetitus, omnes animi perturbationes, quas in hominis esse potestate volunt Stoïci: non ita fortassis, ut non exsistant (Id enim Dei cujusdam potius quam hominis fuerit) sed ut rationi obediant. *Idem.*

5 Νόσον δ᾽ ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις. *At si morbum averseris, aut mortem, aut inopiam; calamitatem subibis.*] Ita optime habebat Wolfiana editio; in plerisque vulgatis, inter quas etiam Casauboniana, legitur pessimè: Νόσον δ᾽ ἂν ἐκκλίνῃς, θάνατον, ἢ πενίαν. δυστυχήσεις.

ζ.

Ἄρον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ [1] μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. ἄν τε γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινὸς, ἀτυχεῖν ἀνάγκη· [2] τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἂν, οὐδὲν οὐδέπω σοὶ πάρεστι. μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾷν καὶ ἀφορμᾷν χρῶ, κούφως μέν τοι [3] καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως.

CAP. VII.

Aversationem igitur ab iis rebus amovebis omnibus, quæ in nobis sitæ non sunt: atque in eas transferes quæ naturæ eorum, quæ nostri arbitrii sunt, repugnant. Appetitionem autem hoc tempore prorsus auferto, nam si ea, quæ nostri arbitrii non sunt, desideraris, frustrari necesse erit. Ea vero quæ nobis parent, quatenus recte possint expeti, nondum es assecutus. Sed eo tantum utitor motu animi, quo vel accedas ad eas res, vel ab iisdem recedas: verum leviter, & cum imminutione, & remisse.

1 Μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. *Transfer in ea quæ naturæ illorum repugnant, quæ in nostra potestate sunt*] Videntur & hæc rudioribus obscura quæ dilucidiora essent, si scripsisset: Aversare falsas opiniones, stultas & pravas cupiditates, turpitudinem & dedecus: Hæc enim ut fugere, ita etiam effugere poteris. *Wolfius.*

Epictetus Cap. LXXXII. illa docet esse signa proficientis in virtute. *Sneeanus.*

2 Τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν ὅσον ὀρέγεσθαι καλὸν ἂν, οὐδὲν οὐδέπω σοι πάρεστι. *Ea vero, quæ nobis parent quatenus recte possint experi, nondum es assecutus.*] Satis apparet, autori huic negocium esse cum tirone philosophiæ initiando, quem vult Academico more ἐπέχειν καὶ διασκέπτεσθαι, cohibere assensum & amplius deliberare: & in ea ἐποχῇ ἐλλείπειν μᾶλλον, ἢ πλεονάζειν: hoc est, potius citra resistere, quam ultra progredi, ut monet Isocrates. Quamobrem utitur Epictetus tribus hisce vocibus, κούφως, leviter, ἀνειμένως, remisse, μεθ' ὑπεξαιρέσεως, cum imminutione, eodem fere sensu. Est enim ὑπεξαίρεσις, cum paullum aliquid affectui subtrahitur. Significat vero, vitandum esse juvenile illud vitium, quo nimium in aliquam partem mortales inclinant. Hanc fuisse autoris mentem, sequentia docent. Sic itaque Simplicius. Propendere & abhorrere leviter & remisse jubet, καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, hoc est, sic ut nonnihil laxetur, & non

ad

ad ſummum extendatur appetitus & declinatio, propenſio & averſio. *Idem.*

3 Καὶ *μεθ' ὑπεξαιρέσεως.*] Politianus, cum ſupputatione: Naogeorgus, cum exceptione. Sed quia Simplicius interpretatur, *μετὰ τοῦ ἐνδιδόναι τὸ ὀλίγον, καὶ μὴ εἰς ἄκρον ἐπιτείνειν*, cedendo & laxando paululum, non ad ſummum intendendo: ego verti, cum imminutione. Etſi hæc tria, *κούφως* leviter, *ἀνειμένως* remiſſe, *μεθ' ὑπεξαιρέσεως* cum imminutione, ſynonyma fortaſſe ſunt. *ὑπεξαίρεσις* certè ſignificare id poteſt, cum paulatim aliquid affectui ſubtrahitur. Si quis autem intelligere mavult, cum exceptione vel conditione: ſenſus erit, ut opinor. Eâ conditione res vel appete vel averſare, ſi expetendæ fugiendæve ſint. Vult enim Epictetus, tyrones philoſophiæ interdum Academico more *ἐπέχειν καὶ διασκέπτεσθαι*, cohibere aſſenſum, & amplius deliberare: & in ea *ἐποχῇ, ἐλλείπειν μᾶλλον ἢ πλεονάζειν.* hoc eſt, potius citra reſiſtere, quam ultra progredi, ut monet Iſocrates. *Wolfius.*

Μεθ' ὑπεξαιρέσεως.] Wolfius, *cum diminutione.* Pridem autem eſt, cum non Wolfium quidem melioris vitæ compotem; (qui, quæ fuit inſignis ejus eruditio, pari modeſtiâ juncta, ſtatim emendaſſet & gratias monentibus egiſſet:) ſed Lugdunenſium *Notarum* auctores noſtris in Antoninum Notis publice monuimus, *exceptione*, (non *diminutione*) veram eſſe interpretationem. Nam quod aliquis Simplicii auctoritatem hic objiciat; philoſophum agnoſco inſignem, de Epicteto, & Epicteti Lectoribus optimè meritum, ſed qui tamen in nonnullis a philoſophia remotioribus pueriliter hallucinatur: ut in iſtis, *ἀνδριάντας περιλαμβάνειν* (num. 57.) pluribus oſtendemus: ubi iterum Notarum iſtarum Lugdunenſium par in errore teſtatiſſimo pertinacia. Seneca de Benef. 4. c. 34. *Sapiens ad omnia cum exceptione veniet: ſi nihil inciderit quod impediat: ideo omne illi ſuccedere dicimus, &c. Imprudentium iſta fiducia eſt, fortunam ſibi ſpondere, &c. Exceptio autem ſine qua nihil aggreditur, & hic illum tuetur.* Antoninus idem cum ſæpe inculcet, *ὑπεξαιρέσεως* verbo, ut in hac re ſolenni & uſitato, ſemper utitur. lib. 4. *ὁρμᾷ μὲν* (ſapiens, ſive recta ratio:) *πρὸς τὰ ἡγούμενα μεθ' ὑπεξαιρέσεως, τὸ δὲ ἀντεισαγόμενον*, &c. plenius & diſertius lib. ſeq. *Ὁρμῆς καὶ διαθέσεως οὐ γίνεται ἐμπόδιον διὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν καὶ τὴν περιτροπήν*, &c. idem lib. 6. *Καὶ μέμνησο ὅτι μεθ' ὑπεξαιρέσεως, ὅτε τῶν ἀδυνάτων οὐκ ὠρέγου.* Idem lib. 11. ex Epicteto *Τέχνην δὲ ἔφη περὶ τὸ συγκατίθεσθαι εὑρεῖν, καὶ ἐν τῷ περὶ τὰς ὁρμὰς τόπῳ ἵνα μεθ' ὑπεξαιρέσεως*, &c. Omitto quæ vir diligentiſſimus & doctiſſimus, Henr. Stephanus, ex aliis ſuper hac voce. *Cupiditatum diminutio*, & ſi quæ ſunt ejus generis, in Seneca aliiſve, alio pertinent, & hic prorſus *ἀπροσδιόνυσα*, ut ex inſpectis locis cuivis liquere poteſt. Politianus verterat, *cum ſupputatione*: quod Wolfius merito mutandum credidit. *Caſaubonus.*

ή.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν ὁποῖον

CAP. VIII.

Singulis in rebus, quæ vel delectant, vel uſui ſerviunt, vel diliguntur, memento conſiderare cujuſmodi ſint; exorſus à minu-

ὁποῖόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρξάμενος. [1] ἂν χύτραν στέργῃς, ὅτι χύτραν στέργεις. κατεαγείσης γὰρ αὐτῆς, οὐ ταραχθήσῃ. ἂν παιδίον σαυτοῦ καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ οὐ ταραχθήσῃ.

minutissimis. Si ollam diligis, te ollam diligere: nam ea confracta, non perturbaberis. Si filiolum, aut uxorem, hominem à te diligi: nam eo mortuo, non perturbaberis.

1 Ἂν χύτραν στέργῃς. *Si ollam diligis.*] Etsi Epictetus, ut contemptor divitiarum, vilium rerum exempla profert, ut balnei, ut lactucarum, & aliorum id genus: tamen Simplicius aptius, ut opinor, verbum habet, *ἂν χύτραν σείῃς, ὅτι χύτραν σείεις.* Si ollam tractas, aut agitas, te ollam tractare: hoc est, rem fragilem, & agitationis atque allisionis impatientem, ut & vitrum. Unde Mimographus: *Fortuna vitrea est: quæ cum splendet, frangitur.* Fortassis allusit ad dolium Diogenis. *Wolfius.*

Wolfius in Notis lectionem profert ex Simplicio, quam aptiorem censet, *ἂν χύτραν σείῃς, ὅτι χύτραν σείεις.* Fortasse in aliqua parte Simplicii obiter ista: proprio certè loco, id est, in hoc Epicteti capite, ut exhibet editio Salmasii, nihil tale reperio: imo, ni me fallunt oculi, planè contrarium, *ὅσον ἐπὶ τῆς χύτρας διὰ τὴν χρείαν ἀγαπωμένης*; quod quid est quam *στεργομένης*? non certè, *σειομένης.* *Paraphrastes* etiam, *ἂν ποτήριον στέργῃς, ἂν χύτραν.* In Arriano fortasse, aut aliquo vetere codice ita reperetat Wolfius, & fraudi fuit ei memoria (ut passim vel doctissimis) festinanti. Quare autem aptiorem, istam lectionem crediderit Wolfius, non dicit, sed est manifesta, si quis observet, ratio, ex ipso contextu petita. Statim enim initio, quæ chara cunque habent homines, trifariam diviserat *τὰ ψυχαγωγοῦντα, τὰ χρείας παρέχοντα, & τὰ στεργόμενα*; id est, quæ naturali quadam ratione, seu instinctu diliguntur: ut Simplicius pluribus exequitur. Atqui *χύτρα* & similia non possunt esse *τῶν στεργομένων* simpliciter & proprie, sed ad secundum genus pertinent. Quod cum videret Simplicius, (qui tamen nihil objicit) *ἐν χρείᾳ & διὰ τὴν χρείαν*, quo ad secundum genus ista pertinere intelligeremus, prudenter addidit. In tanto tamen veterum codicum consensu; confirmantibus etiam tum Simplicio, tum *Paraphraseos* (ut vidimus) auctore, nihil mutandum censeo: & quicquid hic est *ἀκυρολογίας*, ab ipso esse Arriano. Sed nec *τὸ σείειν* adeo hic aptum, ut mihi quidem videtur. Cum igitur hæc editio Lugdunensis, quam fideliter exhibere nos professi sumus, *τὸ σείειν*, nulla reddita ratione, nisi quod Wolfii notæ sub alieno nomine totidem verbis apponuntur, exhiberet; nos quod in omnibus aliis (etiam Salmasiana) nobis visis, invenimus, revocandum censuimus. *Casaubonus.*

Quomodo vero in hisce sublimior pateat sensus, apparet exemplo filii & uxoris, quo post utitur auctor. *Sneeanus,*

θ'.

Ὅταν ἅψασθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε σεαυτὸν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἐὰν λουσόμενος ἀπίῃς, πρόβαλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανείῳ· [1] τοὺς ἀπορραίνοντας, τοὺς [2] ἐκκρουομένους, τοὺς λοιδοροῦντας, τοὺς κλέπτοντας· καὶ οὕτως ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλέγῃς, ὅτι, εὐθὺς λούσασθαι θέλω, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου. οὕτω γὰρ, ἄν τι πρὸς τὸ λούσασθαι γένηται ἐμποδὼν, πρόχειρον ἔσται, [3] διότι οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ [4] προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. οὐ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

CAP. IX.

Opus aliquod aggresſurus, ipſi tibi ſubjicito, cujuſmodi ſit illud opus. Si lavatum abieris, ea tibi proponito quæ fiunt in balneo: alios perfundi, alios loco pelli, alios convicia facere, alios furari. Sic tutius rem aggredieris, ſi ipſe tibi dixeris: Et ſtatim lavabo, & meum inſtitutum naturæ congruens conſervabo. Eodemque modo in unoquoque negotio. Sic enim, ſi quid impedimento lavationi tuæ fuerit, in promtu erit: Equidem non hoc ſolum volui, ſed & inſtitutum meum, naturæ conſentaneum, tueri volui. Neque vero tuebor, ſi ea, quæ fiunt, ægre tulero.

1 Τοὺς ἀπορρέοντας. *Alios perfluentes.*] Id eſt, deſtillantes. Alii legunt, ἀπορραίνοντας, ſeſe perfundentes, eodem ſenſu. *Wolfius.*

2 Ἐγκρουομένους. *Loco pelli.*] Id eſt, ἐνοχλουμένους, quibus negotium faceſſitur. Alii ἐκκρουομένους, id eſt, ὠθουμένους; eos qui premuntur, aut loco pelluntur. *Wolfius.*

3 Διότι οὐ τοῦτο.] Lege: Διότι ἀλλ' οὐ τοῦτο. Idem.

4 Προαίρεσιν κατὰ φύσιν. *Inſtitutum naturæ congruens.*] Id capite trigeſimo poſtea, l. 4. appellat ἵστασιν quem locum vido. *Snecanus.*

ſ. Ta-

ί.

Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ [1] τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα· [2] οἷον θάνατος, οὐδὲν δεινόν, [3] ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο. ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτου, ὅτι δεινὸν ἐκεῖνο, τὸ δεινόν ἐστιν. ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα, [4] ἢ ταραττώμεθα, μηδέποτε ἄλλους αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτούς, τουτέστι τὰ ἑαυτῶν δόγματα. [5] ἀπαιδεύτου ἔργον, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς. ἠργμένου παιδεύεσθαι, [6] τὸ ἑαυτῷ. πεπαιδευμένου, [7] τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.

CAP. X.

Homines perturbantur, non rebus, sed iis quas de rebus habent opinionibus. Verbi causa: Mors non est malum; alioqui enim & Socrati ita visum esset: sed opinio de morte, quæ malum eam facit. Cum igitur impedimur, aut distrahimur: non alios culpemus, sed nosmet ipsos, hoc est, nostras opiniones. Alios accusare in calamitate sua, hominis est inerudtiti: se ipsum, ejus qui erudiri cœpit: nec se, nec alium, eruditi.

1 Τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. *Decreta de rebus.*] Et huic paradoxo medetur, ut potest, Simplicius. Consistere certe nullo modo potest, nisi aut graviora mala nos vitare, aut majora bona consequi putaverimus. Nam alioqui ista unica, misera illa quidem, & nescio quam efficax in casibus acerbissimis consolatio relinquitur, quæ apud Homerum exstat:

Ὣς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
Ζώειν ἀχνυμένους καὶ ἀτεχνία θυμὸν ἔχοντας.

Sic voluere dii, miseris mortalibus avum
Esset ut & mæstum, & dura illætabile cura. Wolfius.

2 Οἷον θάνατος.] Rectius Salmasiana, cum articulo, *οἷον ὁ θάνατος.*

Οἷον θάνατος' οὐδὲν δεινόν. *In morte nihil est mali.*] Si aut anima cum corpore extinguitur, aut in locum meliorem transfertur. Sed si pœnæ scelerum dandæ sunt, periculosæ plenum opus aleæ, ni veræ pietatis clypeo sis munitus. *Wolfius.*

3 Ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο.

Nam ita & Socrati visum fuisset.] Syllogismus talis est. Quæ natura terribilia sunt, omnibus terribilia sunt, omnibus terribilia videntur. Vt natura calida, frigida, pulcra, & alia id genus, omnibus talia videntur, iis præsertim quorum natura integrior est, & prudentia major. Mors non omnibus videtur terribilis; nam Socrati visa non fuit, qui, cum effugere posset, sustinuit tamen. Vide Simplicium. *Snecanus.*

4 Ἢ ταραττώμεθα, μηδέποτε.] Non facile divinare possum, unde Salmasius hanc lectionem hauserit, scilicet: ἢ ταραττώμεθα, ἢ λυπώμεθα, μηδέποτε, &c. nusquam sane ita legitur, & ipse hanc vocem λυπώμεθα non transtulit istius editionis præfectus.

5 Ἀπαιδεύτου ἐστίν. *Ineruditi est.*] Id est, ejus qui non consideret, quæ sui, quæ alieni juris sint, qui omnia suo arbitratu fieri postulet: id quod fieri neque potest, neque fortasse debet. *Wolfius.*

Ante vocem Ἀπαιδεύτου Simplicius conjunctionem collocandam existimat. Τοῦτο συνεχὲς τῷ πρὸ αὐτοῦ ἐστιν. καὶ εἴπερ εἶχε τὸν, γὰρ, σύνδεσμον, ὡς λέγειν. ἀπαιδεύτου γάρ ἐστιν ἔργον τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν. Hoc est: *Cohæret hoc cum superiore; sique conjunctione addita legeretur: Nam eruditi munus est, &c.*

6 Τὸ ἑαυτῷ. *Seipsum.*] Agnoscit enim culpam suam, simulque in id intentus est, ne denuo ad eundem lapidem impingat: hoc est, ne alienarum rerum jus sibi arroget. Nam in eo quod præcedit, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς, voces, (ἄλλοις & αὐτὸς) suam habent ἔμφασιν. Dilucidius c. 31. l. 5. id ipsum effert: Per alium te non magis in calamitate esse posse, quam in vitio: hoc est, eum solum esse calamitosum, qui male sentiat & vivat: non eum, qui negligatur, aut male tractetur ab aliis. *Wolfius.*

7 Τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.] Salmasiana habet: Τὸ μήτε ἄλλῳ, μήτε ἑαυτῷ. Melius tamen nostra, & aliæ editiones.

ιά.

[1] Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ προτερήματι. εἰ ὁ ἵππος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν ἄν, ὅτι, καλός εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν. σὺ δ' ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι, ἵππον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἵππῳ ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. τί οὖν ἐστι σόν; [2] χρῆσις φαντασιῶν. ὥσθ' ὅταν ἐν χρήσει φαντασιῶν κατὰ φύσιν σχῇς, τηνικαῦτα ἐπαρθήσῃ. [3] τότε γὰρ ἐπὶ σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαρθήσῃ.

CAP. XI.

Nulla aliena præstantia efferaris animo. Si equus semet jactans diceret, sum pulcher; ferendum esset. Tu vero cum insolenter gloriaris; te pulchrum equum habere: scito, equo te bono superbire. Quid igitur est tuum? Usus visorum. Quapropter cum in usu visorum ita moratus fueris, quemadmodum natura postulat, tum effereris. Tum enim aliquo tuo bono lætaberis.

1 Ἐπὶ

1 Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ προτερήματι. *Nulla aliena præstantia efferaris animo.*] Quid verbo ἐπαρθῇς indicet, operæ est cognoscere. Quippe non significat, per arrogantiam efferri; ut in malam sæpe partem ea voce utimur. (alioqui non suaderet, ut nostris & veris bonis efferremur.] Non igitur simpliciter ἐπαίρεσθαι prohibet, sed alienis bonis. Videatur Simplicius. *Snecanus.*

2 Χρῆσις τῶν φαντασιῶν. *Usus visorum.*] Obscuriora videntur hæc minus assueris. Sed perinde est ac si diceret: in omnibus rebus non appetitum aut popularem opinionem, sed rationis judicium sequendum. Visis enim recte uti, quid est aliud, quam, de rebus omnibus recte judicare, & rationi parere, non affectui? *Wolfius.*

3 Ultima hujus sectionis verba Salmasius hoc modo edidit: τῷ τε γὰρ ἐπὶ σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. An bene? Iudicet lector.

ιβʹ.

1 Καθάπερ ἐν λιμένι, τοῦ πλοίου καθορμισθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργόν ἐστι, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξασθαι, ἢ βολβάριον· 2 τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι, 3 μήτοιγε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ. καὶ τότε πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι, ἵνα μὴ δεδεμένος ἐμβληθῇς, ὡς τὰ πρόβατα. οὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν διδῶται ἀντὶ βολβίου καὶ κοχλιδίου γυναικάριον καὶ παιδίον, οὐδὲν κωλύσει· ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, 4 τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀφεὶς ἐκεῖνα πάντα, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος

CAP. XII.

Quemadmodum in navigatione, subducto navigio, si aquatum exieris, obiter fortassis etiam cochleolam colliges, aut bulbum: animo autem in navigium intento esse oportet, ac continenter solicito, ne gubernator vocet: ac tum illa omnia relinquere, ut ne vinctus, tanquam oves in navim conjiciaris. Ita etiam in vita, si tibi vice cochleæ aut bulbi, detur uxorcula & puer: nihil impediet. At si gubernator vocarit, curres ad navim, relictis illis omnibus; neque respicies. Quod si senex es, cave unquam à nave recedas longius;

φόμβῳ. ἐὰν δὲ γέρων ᾖς, μηδὲ ἀπαλλαγῇς ποτὲ τοῦ πλοίου μακρὰν, ⁵ μήποτε καλοῦντος ἐλλίπῃς.

ne quando vocatus, deficias.

1 Καθάπερ ἐν λιμένι.] Melius in aliis, ut Plantiniana: Καθάπερ ἐν πλῷ: quod & Wolfius in versione expressit. *Paraphrastes*, ἐν πλοίῳ, non male: sed illud tamen magis probo. *Casaubonus.*

Καθάπερ ἐν λιμένι τοῦ πλοίου καθορμισθέντος.] Rectius hæc verba transtulit Salmasianæ editionis præfectus, nempe: *Quemadmodum in navigando, in portum subducto navigio.*

2 Τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον. *Animo in navigium intento*] Aliter legitur, τάττεσθαι δέ σε, ordinare vel componere te. Sed prius est ἐμφατικώτερον: significat enim illam animi propensionem sive extensionem, qua in rem aliquam quasi rapimur, aut extendimur. Navem sive philosophiam, sive vitæ institutum vocat: gubernatorem vero Deum: cui vocanti qui non pareat, aut pro mancipio tractetur, aut plane deseratur. *Snecanus.*

3 Μήποτε γε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ.] Ita complures excusi codices. Salmasius legit: μήποτε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ. Si mei arbitrii res foret, legerem: μήποτε σε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, quod Wolfius pro varia lectione suæ editioni adjunxit.

4 Τρέχε.] Ita unanimiter omnes, Salmasiana vero pessime habet τρέχειν.

† Minime damnandum, videtur τὸ τρέχειν, quod Salmasiana prætulit, si cogites infinitivum esse loco imperativi positum; cujusmodi ἐναλλαγὴ Græcis perquam est familiaris. Hesiod. ἔ. καὶ ἡ. 427. φέρειν δὲ γύην, ὅτ' ἂν εὕρῃς, κατ' ὄρος διζήμενος, *ferto autem burim, cum inveneris, in monte quærens.* Et infra cap. XXXIX. μὴ μαντεύεσθαι *noli consulere vatem.* Est præterea, quod τὸ τρέχειν melius respondeat τῷ ἀφεῖναι πάντα, quod præcessit.

5 Μήποτε καλοῦντος ἐλλίπῃς. *Ne forte eo vocante deficias.*] Politianus attexit Inque id vinctus conjiciaris. Qui enim volens non sequitur, necessitate hoc patietur. Quæ appendix nec in excusis codicibus habetur, & est supervacanea. Loquitur enim non de externa vi, sed de imbecillitate virium: quæ quo major sit ingravescente ætate, eo paucioribus rebus animum esse occupandum: quod & iis vacare, & parere philosophiæ sit difficillimum. Homo cœlebs (si cætera paria sint) & in vita paucioribus esse contentus, & æquiore animo discedere è vita potest. Maritum & patrem, tam viventem quam morientem, magis solicitant uxor, liberi, familia, quam ipsius salus. In hanc sententiam scribit Cicero, tranquillitatem animi atque securitatem eo faciliorem esse philosophis, quo minus pateant multa in eorum vita, quæ fortuna feriat, & quo minus multis rebus egeant: & quia, si quid adversi eveniat, tam graviter cadere non possint. Navem, sive philosophiam, sive vitæ institutum intelligo: gubernatorem vero, Deum: cui qui vocanti non pareat, aut pro mancipio tractetur, aut plane deseratur. *Wolfius.*

Politianus addit in versione: *inque id vinctus conjiciaris. Qui volens non sequitur, necessitate id patietur:* quæ ex meliore aliquo codice ab ipso prompta esse, utut aliter censeat & disputet Wolfius, fidem facit *Paraphrasis* nostra. Totidem enim & illis verbis: καὶ δεδεμένος βληθῇς· ὁ γὰρ ἑκὼν μὴ ἑπόμενος ἀνάγκῃ τοῦτο πείσεται. *Casaubonus.*

ιγ. Μὴ

ιγ'.

[1] Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα, ὡς γίνεται, καὶ εὖ ποιήσεις. [2] νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. [3] χώλανσις, σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ· καὶ τοῦτο [4] ἐφ' ἑκάστου τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε· εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ [5] ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, [6] σοῦ δὲ οὔ.

CAP. XIII.

Ne postules, ea quæ fiunt, arbitratu tuo fieri. Sed si sapis, ita fieri quæque velis, ut fiunt. Morbus est corporis impedimentum; instituti non item, nisi ipse velis. Claudicatio, pedis est impedimentum; instituti non item. Quod si singulis in rebus, quæ incidunt, consideraris; invenies eas alterius cujuspiam rei, non tui, esse impedimentum.

1 *Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι, ὡς θέλεις, ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα. ὡς γίνεται, καὶ εὖ ποιήσεις.*] Argentinensis codex paulo aliter, *ἀλλὰ θέλειν, ὡς τὰ γινόμενα γίνεται.* ut sit, *ζήτει θέλειν*, id stude ut velis: quasi dicat, Voluntatem tuam facilius mutabis, quam naturam rerum. *καὶ εὖ ποιήσεις*, verti, Si sapis. quod si displicet, repone, & recte facies. Est enim idem quod *καλῶς ποιεῖν*, approbandi formula hoc loco. *εὖ ποιῶ σε*, bene de te mereor: & *εὖ πράττω*, facile agito, bene mecum agitur: non sunt hujus loci. *Wolfius.*

Salmasiana & aliæ hunc locum hoc modo habent: *Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις. Α'λλὰ θέλε τὰ γινόμενα, ὡς γίνεται, καὶ εὐροήσεις.* Hæc ita vertuntur: *Ne postules ea quæ fiunt, ita fieri ut tu vis: sed ut fiunt, ita velis ea fieri: Sic omnia secunda tibi accident.*

Virum doctum suum judicium mire destituit, cum pulcherrimam & acutissimam sententiam aliena verborum istorum *καὶ εὖ ποιήσεις* (*si sapis*) versione, non parum hebetavit simul & obscuravit. Politianus ante illum non male, & *prosperens.* Confirmat *Paraphrasis*, *καὶ ἀλύπως διάξεις.* Imo totam hanc sententiam felicius & argutius, pro argumento, Politianus: *Ne velis quæ fiunt, fieri ut vis: sed velis quæ fiunt, ut fiunt, & prosperens.* Multi veteres, quà Græci, quà Latini, verbis & ipsi rotundissimis, hunc sensum expressere; quorum sententiæ nobis alibi collectæ. Origeni (*contra Celsum*) haud absimili concinnitate verborum, Hominis *τελειότης, αἱρεῖσθαι ἃ βούλεται, καὶ γίνεσθαι ἐν οἷς βούλεται.* Εὖ *ποιεῖν* igitur hic, quod aliis *εὖ πράττειν*. In editione quam sequimur, invenimus *εὐροήσεις*· ut & Salmasiana: ex qua, ni fallor, huc derivatum. Aliter omnes aliæ, quas vidimus, veteres & recentiores. Sed nec in

Plantiniana, quæ varias lectiones exhibet, reperitur. Quare nobis merito suspectum est: & vereor ne ex Simplicio petitum sit, potius quam ex scripto codice. Nec tamen inde sequitur, ita reperisse Simplicium in *Enchiridio*, sed ad vitandam ambiguitatem, quæ Wolfium in errorem induxit, consulto, quod in Enchiridio repererat, τῷ εὐροεῖν, expressisse. Non laudo; cum sic pereat acumen non contemnendum, quod in ambiguo verborum sensu latet. Quo allusit & Aristoteles his verbis, ἀδύνατον τῷ μὴ τὰ καλὰ πράττοντι, καλῶς πράττειν. Hic quoque igitur faciendum duximus, ut vulgatam lectionem revocaremus: quamvis in Simplicio iterum in cap. 78. τὸ εὐροήσεις. *Casaubonus.*

2 Νόσ☉, σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· προαιρέσεως δὲ ὔ.] Multa Stoïcorum *paradoxa*, quæ prima facie ridicula. commodam tamen interpretationem admittunt: qualia, *Stultos omnes insanire. sapientes, solos esse divites: liberos:* addunt & *formosos*, (si velint:) & id genus alia. Sed quod hic asserit Epictetus, & alii passim Stoïci, morbos corporis ad animum mentemve nihil pertinere, nec per illos obstare, quin sapiens sua felicitate, id est, plena solidaque mentis sanitate fruatur: id ab omni ratione, & communi usu tam remotum mihi videtur, ut non tam in eorum genere quæ *paradoxa* (seu ut Cicero vertit, *admirabilia:*) vocantur ponendum; quam fatuum & ridiculum videatur. Aut dicant & probent suos illos sapientes febribus & deliriis nunquam tentari solitos: aut si à rabido cane morderentur, diris tamen affectibus animi non obnoxios fuisse, quibus alios passim corripi videmus. Quid quod vir summus Aristoteles, & rerum naturæ sine exemplo (quicquid obstrepant nonnulli:) scientissimus; viros in quocunque genere præstantissimos, domi forisque laudatissimos; poëtas, oratores, politicos, milites, (quorum exempla adfert, Herculem, Lysandrum, Ajacem, Bellerophontem, Empedoclem, &c.) *atrabiliarios* plerosque fuisse dicat & furori, seu mentis alienationi, præter alios in quibus nihil non vulgare, obnoxios? Hic igitur excusent Stoïcos, qui possunt: ego nullum colorem video. *Idem.*

* Quod magnus Casaubonus hic Stoïcos exagitet, & fatuam ac ridiculam pronunciet hanc illorum sententiam, mihi quidem minus recte facere videtur. Dicit Philosophus νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ ὔ. Quo nihil aliud innuit, quam sapientem, tunc etiam, cum corporis morbis premitur, tamen esse sui juris & liberum. cum per impedimenta corporis voluntas ejus sufflaminari haud possit dici, quippe qui stabile hoc suæ προαιρέσεως scitum observet, *ubi nec possis; ibi nec velis.*

Egregiam hujus ænigmatis sive parabolæ, seu mavis allegoriæ, explicationem qui desiderat, adeat Simplicium. *Snecanus.*

3 Χώλανσις σκέλυς ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δ' ὔ. *Claudicatio pedis est impedimentum, non instituti.*] At dices, instituto conficiendi itineris (præsertim si jumentum aut vehiculum desit) obstat claudicatio. Respondebit Epictetus: Si præceptis meis parueris, non institues iter, quod conficere non possis. Sic quo plura & majora fuerint impedimenta corporis, eo magis appetitum contrahes, paucioraque suscipies. At istud ipsum, inquis, est instituti impedimentum, eoque molestissimum. Negat Epictetus esse impedimentum, nihil temere & frustra appetere: sed id philosophi proprium esse munus affirmat. Illud certè vel stultus intelligit, præstare appetitum rationi obedientem præbere, quam irritis cupiditatibus æstuare. At est factu difficile. Sic Deo visum, cui, nisi ultro feceris, parebis invitus. Illud tamen Epictetus (ut ea quæ sequuntur, docent) non vetat, quo minus commodis tuis,

tuis, quatenus & natura postulet, & honeste possis, consulas. *Wolfius.*

4 Ἐφ' ἑκάστῳ.] Ita omnes editiones, excepta Salmasiana, quæ habet: ἐφ' ἑκάστων.

5 Ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σὸν δὲ οὔ. *Id alterius cujuspiam rei, non tui esse impedimentum.*] Si concederet, pedem esse partem corporis (neque vero negat) corpus vero hominis partem esse (quod negare videtur) impedito pede, corpus: corpore impedito, homo ipse, ex parte saltem, impediretur. Quod si corpus instrumentum est hominis (qua de re plura ex Simplicio afferemus) negari certe non poterit, quin mutilato instrumento, imperfectior & incommodior futura sit actio. Male pugnabis gladio, cui vel capulus vel mucro defuerit. Sed hæc differantur.

† Cogitandum per τὸ σὸν, sive σοῦ, nequaquam *corpus* intelligi, ceu partem hominis; quod hic in notis intendit Casaubonus; sed τὴν προαίρεσιν, sive appetitum hominis rationi obedientem, & ob id nullis impedimentis obnoxium.

6 Σοῦ δὲ οὔ.] Ita variis editis codicibus reperitur. Ast in Salmasiana & aliis: σὸν δὲ οὔ.

ιδ'.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν προσπιπτόντων, μέμνησο ἐπιστρέφων ἐπὶ σεαυτὸν ζητεῖν. τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. ἐὰν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλήν, εὑρήσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν. [1] ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις καρτερίαν· ἂν λοιδορία, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ οὕτως ἐθιζόμενόν σε, [2] οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

CAP. XIV.

Quicquid inciderit, in eo memento, ad te conversus, inquirere, qua facultate sis ad usum ejus instructus. Si quem formosum, formosamve videris; ad eam rem temperantiæ facultas in promptu erit. Si labor objectus fuerit, tolerantiam reperies: Si convicium, patientiam invenies. Quod si te ita consuefeceris, visis non obtemperabis.

1 Ἐὰν πόνος προσφέρηται. *Si labor objectus fuerit.*] Maluissem *dolor.* cum jam olim Ciceroni observatum fuerit, Græcos πόνον pro *dolore* usurpare: & ita passim apud Poëtas, aliosque. Quod autem Græcis objicit alicubi Cicero, carere eos voce quæ *dolorem*, ut à *labore* distinguitur, exprimat; quanquam multa opponit Iul. Scaliger, in 10. *De Hist. animalium*: non tamen sine ratione est, cum sæpissime in libris Græcorum communi appellatione confundantur, *Casaubonus.*

2 Οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι. *Visis non obtemperabis.*] Hoc est, neque voluptati, neque dolori succumbes; sed pravas cupiditates

atque affectiones, sapientiæ virtutumque præsidio superabis. *Wolfius.*

Οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.] Wol. *visis non obtemperabis.* Idem cap. 22. *μὴ σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ne te visum illud moveat.* Cap. 24. *μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία. ne te visum illud moveat*: & ita passim (frequens in Epicteto vox:) his aut similibus verbis, quæ vim Græci non satis exprimunt. Est enim in verbo *συναρπάζεσθαι τῆς ὀξύτητος* (*velocitatis*) ut Arrianus lib. 2. 18. exprimit: vel *τοῦ αἰφνιδίου* (*subiti & repentini*:) ut Simplicius alicubi, significatio. Multum autem in eo situm est, ut intelligamus *φαντασίας* (sive oblatas rerum species:) ut quæque se res oculis aut auribus offert: non ante munitos animos invadentes & occupantes, sola celeritate prævalere. Est autem prudentis & cauti, subita semper suspecta habere; cum vera sapientia temporis & deliberationis sit filia. Præterea, veræ libertatis amans animus, omnem vim tam quæ animo, quam quæ corpori infertur, non potest non abhorrere; & quocunque modo *rapi*, servile putare: *Dromo, Dromo, sublimem hunc intro rape*, *quantum potes. Rape, inquam.* Plane ita phantasiæ, si quis se illis præbeat, & rectam rationem, tanquam Ajacis clypeum, non opponat. Huc facit & Aristotelis observatio, *tarditatem*, generositatis & *μεγαλοψυχίας* indicem statuentis. Hæc eo pluribus, ne Wolfium sine causa reprehendere, aut de verbis, re cassis, litem illi temere movere voluisse videremur. Præstat igitur *corripi* verbo, cum Politiano; *vel transversum agi*, cum aliis: vel alio quocunque verbo, quod aliquam velocitatis cum vi conjunctæ significationem habeat, exprimere. *Casaubonus.*

† Recte Casaubonus verbo *συναρπάζειν* majorem, quam ei Wolfius dederit, vim hic tribuendam esse monet. At quæ plenior emphasis, quam in verbo *auferendi*, quo Cicero utitur ad Famil. epist. VII. l. 11. *ne te auferant aliorum consilia.* Cui quidem verbo, cum illud in rebus, quæ specie fallant, adhibitum reperias, haud scio an usquam commodior sedes dari possit.

Ad verbum, non corripient te visa, quæ *εἴδωλα* vocant Græci communiter. *Snecanus.*

Salmasius legit, *οὐχ ἁρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.*

ιέ.

Μηδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι, ἀπώλεσα αὐτὸ, ἀλλ', ὅτι, ἀπέδωκα. [1] τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; οὐκ οὖν καὶ τοῦτο ἀπεδόθη; ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλει, [2] διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ἀπῄτησε; μέχρι δ'

Cap. XV.

Nunquam te quicquam perdidisse dicito, sed reddidisse. Filiolus obiit? redditus est. Prædium est ereptum? an non id quoque est redditum? At improbus est qui eripuit. Quid id tua refert, per quem, is qui dederat, ab te repetierit? Sed quamdiu concesse-

δ' ἂν διδῷ, ὡς ἀλλοτρίου αὐτοῦ ἐπιμελοῦ, ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παριόντες.

cesserit, tanquam alienum id curato, ut cauponam viator.

1 *Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη.*] Ita constanter in omnibus excusis legitur. Ast Salmasiana editio hoc loco cunctis auctior est; habet enim: *Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη· ἡ γυνὴ ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. Τὸ χωρίον*, &c. Sed miror, Salmasianæ editionis præfectum, cum multis in locis a Wolfiana versione abeat, illam verborum appendicem in Latinum non transtulisse.

2 *Διὰ τίνος σε ὁ δοῦς ἀπῄτησε;*] In omnibus ferme ita habes: Sed Salmasiana, *διὰ τί σε ὁ δοῦς*, &c. Hanc lectionem quoque Wolfius agnoscit.

ιϛ'.

Εἰ προκόψαι θέλεις, ἄφες τοὺς τοιούτους διαλογισμούς. ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐχ ἕξω διατροφάς. ἐὰν μὴ κολάσω τὸν παῖδα, πονηρὸς ἔσται. [1] κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμενον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταρασσόμενον· κρεῖττον δὲ, τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σὲ κακοδαίμονα.

CAP. XVI.

Si quid proficere studes, istiusmodi cogitationes missas facito; Si mea neglexero, non erit unde vivam: Nisi puerum castigâro, malus erit. Præstat enim perire fame, timoris ac molestiæ expertem; quam copiis omnium rerum circumfluentem, animo vivere perturbato. Et puerum malum esse præstat; quam te infelicem.

1 *Κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμενον. Præstat enim emori fame, ubi doloris & timoris expers evaseris.*] Quæri non injuria possit, tantane constantia cadat in fragilitatem humanam, ut Saguntina (quod ajunt) fame non afficiatur? Deinde quod de puero dicit, nisi ita intelligatur, ut tum demum ejus cura abjiciatur, cum neque verbis neque verberibus quicquam profeceris: videbitur plena inhumanitatis oratio, & Timone *μισανθρώπῳ* quam homine philosopho dignior, qui & ipse aliquid studii atque operæ ad consociationem civilem afferre debet. Equidem existimo *ὑπερβολὰς* esse, nimiæ sollicitudinis reprimendæ causa usurpatas. Quod si cavillari libeat, hypotheticam esse dices propositionem, *ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμενον*, ubi & dolorem & metum propulsaris: tum enim nec fame dolebis, nec mortem metues: sed quando

id fiet? Pauciffima certe in omnibus hiftoriis exftant exempla: & quæ exftant, ut Socratis, Anaxarchi, Diogenis, Demonactis, Lælii, Catonis, & aliorum, dubitari poteft an fint Græcorum ingeniis ornata vehementius, & fupra veri fidem amplificata. *Wolfius.*

ιζʹ.

Ἄρξαι τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν μικρῶν. ἐκχεῖται τὸ ἐλάδιον; κλέπτεται οἰνάριον; ἐπίλεγε, ὅτι, τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία. προῖκα δὲ οὐδὲν περιγίνεται. ὅταν δὲ καλῇς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι δύναται [1] μὴ ὑπακοῦσαι· καὶ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις, [2] καὶ οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ, [3] τό σε μὴ ταραχθῆναι.

Cap. XVII.

A parvis igitur aufpicare. Oleum effunditur? villum furripitur? Subjice tibi: Tanti vænit tranquillitas, tanti conftantia; gratis autem nihil acquiritur. Cum vero puerum vocas, fieri poffe cogita, ut præfto non fit: &, ut fit, nihil agat ex animi tui fententia: neque vero ei tam bene fit, ut tuarum perturbationum habeat ille poteftatem.

1 Μὴ ὑπακοῦσαι.] Wol. *non præfto effe:* Politianus, *non audire.* Fortaffe, *μὴ ὑπακ*, pro *παρακοῦσαι*, id eft, *non intellexiffe. Cafaubonus.*

2 Καὶ οὐχ' οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς. *Neque vero ei tam bene fit.*] Videtur potius ἔστω *vel* εἴη legendum ut fit fententia, contemni potius puerum oportere, quam ejus five contumacia five infcitia commoveri. Abfit, inquit, ut tu commovearis, cum ftultus & improbus puer, five ex infcitia, five de induftria, peccaverit. *Wolfius.*

In aliis editionibus legitur: Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς. Et pro ἐστὶν αὐτῷ, Cafaubonus habet ἔστω αὐτῷ. Et bene monet Wolfius ita effe legendum.

3 Τό σε μὴ ταραχθῆναι.] Cafauboniana editio habet: τό σε ταραχθῆναι.

ιηʹ.

[1] Εἰ προκόψαι θέλεις, [2] ὑπόμεινον, [3] ἕνεκα τῶν ἐκτὸς [4] ἄνους δόξαι, καὶ ἠλίθιος

Cap. XVIII.

Si quid proficere vis, ne recufa, quo minus ob res externas amens & fa-

tuus

ἠλίθιος. [5] μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι. [6] κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τις, ἀπίστει σεαυτῷ. Ἴσθι γὰρ, [7] ὅτι οὐ ῥᾴδιον, καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σεαυτοῦ κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτός. ἀλλὰ [8] τὸν ἑτέρου ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι, πᾶσα ἀνάγκη.

tuus habearis: Ne quid scire videri velis. Quod si quis aliis esse videaris: ipse tibi diffidito. Scito enim, facile non esse institutum tuum in eo statu, qui sit naturæ consentaneus, conservare, & res externas amplecti: sed aliter non posse fieri, quin is, alterum qui curet, alterum negligat.

1 Εἰ προκόψαι θέλεις. *Si proficere vis.*] Scilicet, in philosophia & animi cultura. Eam enim προκοπὴν seu profectum intelligit, qua tranquillitas animi & libertas augeatur. *Wolfius.*

2 Ὑπόμεινον ἕνεκα τῶν ἐκτὸς ἄνους δόξαι. *Ne recusa propter externa videri amens.*] Qui enim voluptates, opes, honores minus curat, præsertim si illa consequi liceat, vulgo stultus habetur. *Idem.*

3 Ἕνεκα τῶν ἐκτὸς.] Scrib. τῶν ἐκτὸς, ut in Salmasii editione. Paraph. παρὰ τοῖς ἐκτὸς, non male. Qui dicantur in N. T. sed & Ethnicorum libris, οἱ ἐκτὸς, Christianus lector non (opinor) docendus. Optimus sic quoque sensus. Sed obstat huic lectioni, quod hoc iterum capite, τὰ ἐκτὸς, ubi iterum Paraphr. τοῖς ἐκτὸς ἀρέσκειν. Sed eodem res redit. Externas enim res ament necesse est, qui vulgo hominibus placere aut probare se student. Hinc est, quod avari, & cumulandis per fas & nefas opibus intenti, soli sapientes apud vulgus audiunt. *Casaubonus.*

4 Ἄνους δόξαι.] Salmasius legit cum aliis, ἀνόητος δόξαι.

5 Μηδὲν βούλου.] Salmasius vero & Wolfius legunt: Μηδὲν βούλει.

6 Κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τις.] In quibusdam codicibus reperitur: Κἂν δόξῃς τινὸς εἶναί τισι. Sed tum deesse videtur ἄξιος, *dignus aliquo:* Sed non opus est, si, ut cæteri codices habent, pro τινὸς, τὶς legatur. *Wolfius.*

7 Ὅτι οὐ ῥᾴδιον.] Male in Salmasiana: ὡς οὐ ῥᾴδιον.

* Cave damnes Salmasianam. Quid enim usitatum magis, quam τὸ ὡς pro ὅτι adhiberi. vid. Devarium de part. Gr. Ling. in hac voce,

8 Τὸν ἑτέρου.] Ita omnes editiones præter Salmasianam, quæ habet: τοῦ ἑτέρου.

ιθ'.

[1] Ἂν θέλῃς τὰ τέκνα σου, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους σου [2] πάντοτε ζῆν, ἠλίθιος εἶ· τὰ

γὰρ

CAP. XIX.

Si in id studes, ut liberi tui, uxor, amici, perpetuo vivant & floreant, stultus es. Nam quæ in

tua

γὰρ μὴ ἐπὶ σοὶ, 3 θέλεις ἐπὶ σοὶ εἶναι· καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶναι. οὕτω κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ. 4 θέλεις γὰρ τὴν κακίαν, μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ᾽ ἄλλό τι. ἂν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύνασαι. 5 τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι.

tua potestate non sunt, ea in potestate tua esse vis, & aliena esse tua. Sic etiam, si puerum peccare non vis, stultus es. Id enim postulas, ut vitium non sit vitium, sed quiddam aliud. At si eo quod appetis, frustrari non vis: hoc quidem potes. Ergo quod potes, in usum voca.

1 Ἂν θέλῃς.] Salmasiana, ἐὰν θέλῃς. Et ita quoque infra, ἐὰν δὲ θέλῃς, quæ lectio aliis præferenda videtur.

2 Πάντοτε ζῇν.] Wol. *perpetuo vivant & floreant*: ex aliquo, ut conjicio ego, Manuscripto, quamvis in nullo editorum mihi repertum. Sed nec Simplicius in suo Codice reperis se videtur; ita tamen & *Paraphrasis: πάντοτε ζῆν καὶ εὖ πράττειν. Casaubonus.*

3 Θέλεις.] Quidam codices male: Εἰ θέλεις. *Idem.*

4 Θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν. *Id enim postulas, ut vitium non sit vitium.*) Innuit opinor, pueros & omnes mortales natura esse vitiosos: nec vitia propulsari, nisi per philosophiam, cujus non satis capax sit tenera & rudis ætas: quæ ut castiganda sit, non tamen sit abjicienda.

5 Τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι.] In editionibus quas ego cunque vidi, Wolfiana, ut & in Salmasiana, & Plantinianis, omissa est horum verborum versio Latina. Quæ hic addita est; an Wolfii sit, an alterius, nescio. Non est tamen quod Græca suspecta Lector habeat, cum in omnibus editis, mihi visis, exemplaribus reperiantur. *Casaubonus.*

κ'.

CAP. XX.

1 Κύριος ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τῶν ὑπ᾽ ἐκείνου θελομένων, ἢ μὴ θελομένων, ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ περιποιῆσαι ἢ ἀφελέσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω

Cujusque dominus is est, qui ea quæ ipse vult, aut non vult, potestatem habet vel conservandi, vel eripiendi. Quisquis igitur liber esse volet, neque cupiat quicquam, neque aversetur co-

λέγω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ' ἄλλοις. εἰ δὲ μή, δουλεύειν ἀνάγκη.

eorum quæ penes alios sunt. Sin minus, servire necesse erit.

1 Κύριος ἑκάστου ἐστὶν ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου. *Cujusque dominus est is, qui cupiditatum ejus.*] Quam multos ergo Fortuna dominos nobis imposuit? Quanto plures ipsi nobis imponimus, insatiabili caducarum rerum cupiditate? *Wolfius.*

κά.

Μέμνησο, ὅτι [1] ὡς ἐν συμποσίῳ, δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφερόμενον γέγονέ τι κατὰ σέ; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε, μέχρις ἂν γένηται κατὰ σέ. οὕτω πρὸς τέκνα, οὕτω πρὸς γυναῖκα, οὕτω πρὸς ἀρχὰς, οὕτω πρὸς πλοῦτον. καὶ ἔσῃ ποτὲ [2] ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ [3] παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλ' ὑπερίδῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι, ἀξίως [4] θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο.

CAP. XXI.

Memento, sic in vita esse versandum, tanquam in convivio. Si quid circumferendo ad te pervenerit: porrecta manu partem modeste capito. Præterit? Ne detine. Nondum adest? Ne longe appetitum extendito: sed expecta, dum ad te perlatum fuerit. Sic erga liberos, sic erga conjugem, sic erga magistratus, sic erga divitias si affectus fueris, aliquando dignus eris convivio Deorum. At vero si oblata etiam non acceperis, sed despexeris, non conviva Deorum modo, sed & imperii, consors eris. Sic enim cum facerent Diogenes, Heraclitus, & similes, merito divini ut erant, ita & dicebantur.

γὰρ μὴ ἐπί σοι, [3] θέλεις ἐπί σοι εἶναι· καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶναι. οὕτω κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ. [4] θέλεις γὰρ τὴν κακίαν, μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλό τι· ἂν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύνασαι. [5] τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι.

tua potestate non sunt, ea in potestate tua esse vis, & aliena esse tua. Sic etiam, si puerum peccare non vis, stultus es. Id enim postulas, ut vitium non sit vitium, sed quiddam aliud. At si eo quod appetis, frustrari non vis: hoc quidem potes. Ergo quod potes, in usum voca.

1 Ἂν θέλῃς.] Salmasiana, ἐὰν θέλῃς. Et ita quoque infra, ἐὰν δὲ θέλῃς, quæ lectio aliis præferenda videtur.

2 Πάντοτε ζῆν.] Wol. *perpetuo vivant & floreant*: ex aliquo, ut conjicio ego, Manuscripto, quamvis in nullo editorum mihi repertum. Sed nec Simplicius in suo Codice reperis se videtur; ita tamen & *Paraphrasis*: *πάντοτε ζῆν καὶ εὖ πράττειν*. *Casaubonus*.

3 Θέλεις.] Quidam codices male: Εἰ θέλεις. *Idem*.

4 *Θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν. Id enim postulas, ut vitium non sit vitium.*) Innuit opinor, pueros & omnes mortales natura esse vitiosos: nec vitia propulsari, nisi per philosophiam, cujus non satis capax sit tenera & rudis ætas: quæ ut castiganda sit, non tamen sit abjicienda.

5 *Τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι.*] In editionibus quas ego cunque vidi Wolfiana, ut & in Salmasiana, & Plantinianis, omissa est horum verborum versio Latina. Quæ hic addita est; an Wolfii sit, an alterius, nescio. Non est tamen quod Græca suspecta Lector habeat, cum in omnibus editis, mihi visis, exemplaribus reperiantur. *Casaubonus*.

κ'.

[1] Κύριος ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου θελομένων, ἢ μὴ θελομένων, ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ περιποιῆσαι ἢ ἀφελέσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θε-

λέτω

CAP. XX.

Cujusque dominus is est, qui ea quæ ipse vult, aut non vult, potestatem habet vel conservandi, vel eripiendi. Quisquis igitur liber esse volet, neque cupiat quicquam, neque aversetur

co-

λέτω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ' ἄλλοις. εἰ δὲ μή, δουλεύειν ἀνάγκη.

eorum quæ penes alios sunt. Sin minus, servire necesse erit.

1 Κύριος ἑκάστου ἐστὶν ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου. *Cujusque dominus est is, qui cupiditatum ejus.*] Quam multos ergo Fortuna dominos nobis imposuit? Quanto plures ipsi nobis imponimus, insatiabili caducarum rerum cupiditate? *Wolfius.*

κά.

Μέμνησο, ὅτι [1] ὡς ἐν συμποσίῳ, δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφερόμενον γέγονέ τι κατὰ σέ; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλε πόρρω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε, μέχρις ἂν γένηται κατὰ σέ. οὕτω πρὸς τέκνα, οὕτω πρὸς γυναῖκα, οὕτω πρὸς ἀρχάς, οὕτω πρὸς πλοῦτον. καὶ ἔσῃ ποτὲ [2] ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ [3] παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλ' ὑπερίδῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι, ἀξίως [4] θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο.

CAP. XXI.

Memento, sic in vita esse versandum, tanquam in convivio. Si quid circumferendo ad te pervenerit: porrecta manu partem modeste capito. Præterit? Ne detine. Nondum adest? Ne longe appetitum extendito: sed expecta, dum ad te perlatum fuerit. Sic erga liberos, sic erga conjugem, sic erga magistratus, sic erga divitias si affectus fueris, aliquando dignus eris convivio Deorum. At vero si oblata etiam non acceperis, sed despexeris, non conviva Deorum modo, sed & imperii, consors eris. Sic enim cum facerent Diogenes, Heraclitus, & similes, merito divini ut erant, ita & dicebantur.

1 Ὡ

1 Ὡς ἐν Συμποσίῳ.] Addit *Paraphar.* οὕτως ἐν βίῳ, quod sententia requirit, & cujus defectus Politianum à vero sensu abduxit, ut verteret, *Memento oportere te in convivio versari:* Wol. autem ex ingenio, an vetere aliquo manuscripto libro suppleverit, incertum mihi. Mox pro κάτεχε: *Paraphrasis*, κατάτρεχε: Sed nihil opus. *Casaubonus.*

2 Ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. *Diis dignus compotor.*] Significat, Externarum rerum despicientiam divinum esse quiddam, & reddere Deo similem. *Wolfius.*

3 Παραθέντων σοι. *Ubi tibi apposuerint.*] Simplicius, παρατεθέντων, appositis: Sed & alterum ἐλλειπτικῶς ferri potest, si intelligas, τῶν μαγείρων τὰ σιτία, si coqui vel ministri fercula tibi apposuerint. *Idem.*

4 Θεῖοί τε ἦσαν καὶ ἐλέγοντο. *Divini ut erant, ita & dicebantur.*] Insolenter utique & imperite. Quam enim infinito intervallo vel præstantissimus homo ab extrema umbra divinitatis abest; *Idem.*

Ὑπερβολικῶς dicitur. *Snecanus.*

κβ'.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ [1] ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ἀπολωλεκότος τὰ ἑαυτοῦ, πρόσεχε, μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ, τοῖς ἐκτός. ἀλλ' εὐθὺς διαιρεῖν παρὰ σεαυτῷ, [2] καὶ λέγειν ἔστω πρόχειρον, ὅτι, τοῦτον θλίβει, οὐ τὸ συμβεβηκὸς, [3] (ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει) ἀλλὰ τὸ δόγμα [4] τὸ περὶ τούτων. [5] μέχει μέντοι λόγου, μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, κἂν οὕτω τύχῃ, συνεπιστενάξαι. πρόσεχε μέντοι, μὴ καὶ ἔσωθεν [6] συνεπιστενάξῃς.

CAP. XXII.

Cum ejulantem quempiam videris in luctu, sive peregre profecto filio, sive rebus amissis: cave ne te visum illud moveat, ut existimes versari eum in malis ob externa: sed statim ipse tecum distinguito, sitque in promptu ut dicas: Istum affligit non casus ille (alium enim non affligit) sed concepta de eo opinio. Ac ratione quidem tua ejus perturbationi subservire, ne dubita; atque adeo, si res ita tulerit, congemiscere. Cavebis autem, ne intrinsecus etiam congemiscas.

1 Ἐν πένθει.] Id est, *mortuo filio*: aut alio quoquam de chariffimis: ut sunt, uxor, patentes, liberi. Ita enim vox πένθος proprie hic accipienda est: quod neque Polirianus neque Wolfius videntur advertisse. Simplicius optime: Ὅταν ἴδῃς, φησὶ, κλαίοντα ἴδῃς ἢ ὡς ἀποθανόντος αὐτῷ τέκνου, ἢ ὡς ἀποδημοῦντος, ἢ ὡς ἀπολωλεκότος τὰ αὐτοῦ. Nec multo aliter Duviarius, vir doctissimus, non eodem quamvis ordine: *Si vous voyez quelqu'un en dueil qui pleure, ou pour ce que son fils s'en est allé voyager, ou bien est mort, &c.* Sed planior & dilucidior Epicteti oratio fuisset (qualem si reperissent viri docti, aliter haud dubie quam fecerunt, vertissent:) si ex *Paraphraste* rescribamus, ἐπὶ πένθει; non ἐν πένθει. *Casaubonus.*

2 Καὶ λέγειν ἴσω πρόφειρον] Pessime in Salmasiana legitur: καὶ ἴσω πρόχειρον, absque verbo λέγειν.

3 Ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει.] ὅτι ἄλλον οὐχ ἅπτεται. Alium non angit: quia non tangit. Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus. Tu si hic sis, aliter sentias. Alterius vulnera & cædem spectare sine dolore corporis possumus, sed ipsi non sine acerbissimo doloris sensu vulneramur & cædimur. Byzantinum incendium, pestis, terræmotus, seditio, bellum, te Romæ degentem non angit, quia non tangit. At vero,

Et tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Sed hæc eorum querela est scilicet quibus persuaderi non potest, corpus, opes, uxores, liberos, non esse ipsorum, sed juris alieni. Secus Hiob, qui opibus & liberis amissis laudavit Deum, qui ea quæ dedisset, abstulisset. *Wolfius.*

4 Τὸ περὶ τούτων.] Ita Wolfius & Casaubonus: sed Salmasius habet: τὸ περὶ τούτου.

5 Μέχρι μέντοι λόγου, μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ. *Verbotenus illi te accommodare ne dubita.*] Sententia est. Ne dubites illius affectui & verbis & suspiriis subservire, ac dolorem præ te ferre. Remittit hic aliquid Epictetus de Stoïca severitate καὶ ἀπαθείᾳ, vel potius ἀσυμπαθείᾳ, qua vehementer offenduntur ii, qui in malis sibi esse videntur, nec simulationem improbat. *Idem.*

† Omnino hic *oratione* legendum in versione; non *ratione*. Vult enim, externum sermonem accommodandum esse ad dolentis affectum. Quod & Casauboni data modo explicatio intendit.

6 Συνεπιστενάξῃς.] Reperies in Salmasiana, στενάξῃς.

κγ'.

Μέμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, [1] οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχὺ, βραχέος· ἂν μακρὸν, μακροῦ. Ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ. ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν

CAP. XXIII.

Actorem esse fabulæ talis, qualis magistro probata fuerit, te memento: si brevis, brevis; si longa, longæ. Si mendicum agere te voluerit; fac eam quoque personam ingeniose repræsentes. Ita si claudum, si principem, si plebejum. Hoc

ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ' ἐστι τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλου.

Hoc enim tuum est, datam personam bene effingere: eam autem eligere, alterius.

1 Οἷος ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος. *Qualem voluerit magister.*] Hoc est, ὁ ποιητὴς, εἴτε κωμῳδοποιὸς, εἴτε τραγικὸς, poëta, sive Comicus, sive Tragicus. Sic in vita Sophoclis, ἐδίδαξε δὲ δράματα ρκγ'. Edidit fabulas centum & viginti tres. Quod ad rem ipsam attinet, idem Epigramma Græcum docet:

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον. ἢ μάθε παίζειν,
Τὴν σπουδὴν μεταθεὶς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

Vita quid est? jocus & ludus. Vel ludere disce,
Curis sepositis: vel cruciare miser.

Nazianzenus idem fere significat, sed majore gravitate & pietate, his versibus, dignis qui memoriæ mandentur:

Θυμὲ βλέψον ἄνω, χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.
Μηδέ σε νικήσῃ πρὸς κακότητα δέμας.
Τυτθὸς μὲν βίος οὗτος. ὁ δ' ὄλβιος, ὡς ἐν ὀνείρῳ
Τέρπεται· ἀλλοίῃ δ' ἄλλος ἔκυρσε τύχῃ.
Μούνης δὲ ζωῆς καθαρῆς βίος ἔμπεδος αἰεὶ,
Καὶ πολὺς, ὃν ζώειν ἐστὶν ῥείοτερον.

Mens age suspice, terrenas age despice sordes,
Corporis à vitiis neu subigare cave:
Quam brevis est hac vita? beatos somnia ludunt.
Sors vaga sic alios; sic aliosque rotat.
Vita diu durat: nullo peritura sub ævo,
Sancta: labor fructu non caret ille suo

[1] κδ'.

[2] Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον [3] κεκράγῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία. ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, [4] καὶ λέγε, ὅτι, τούτων ἐμοὶ οὐδὲν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ἢ τῷ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί· ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν

CAP. XXIV.

Si corvus inauspicatum crocitarit, ne te visum illud moveat, sed ipse tecum divide statim, & dic: Nihil istorum mihi portenditur: sed aut corpusculo meo, aut reculæ meæ, aut existimationi, aut liberis, aut uxori: mihi autem fausta omnia portenduntur, si ego voluero. Quicquid enim

ἐὰν ἐγὼ θέλω. ὅ, τι γὰρ ἂν τούτων ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν, [5] ὠφεληθῆναι [6] ἀπ' αὐτοῦ.

enim istorum acciderit, ex eo penes me est, fructum ut capiam.

1 Censet Simplicius caput vigesimum quartum ante vigesimum tertium esse collocandum. Ita se habent ejus verba: *Τοῦτο οἶμαι τὸ κεφάλαιον τὴν προσήκουσαν ἔσχεν ἂν τάξιν, εἰ πρὸ τοῦ προσεχῶς εἰρημένου ἐτέτακτο μετὰ τὸ πρὸ ἐκείνου, οὗ ἀρχὴ, ὅταν κλαίοντα ἴδῃς ἐν πένθει.*] Hoc est: *Caput hoc, mea quidem opinione, si præpositum superiori fuisset, suum locum tenuisset, post id quod præcedit, cujus initium est: Cum epulantem quempiam videris in luctu.* Qui hujus rei rationem desiderat, legat Simplicii commentarium ad cap. XXIV. ubi diserte eam asserit.

2 *Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον κεκράγῃ. Si corvus inauspicatum crocitarit.*] Auguriorum & auspiciorum loco aut Astrologiam habemus: quæ si ex annuis revolutionibus & siderum progressionibus incommoda & pericula minitabitur, Epicteti consilio, & piis precibus adjunctis, utamur. *Wolfius.*

3 *Κεκράγῃ.*] Sola Salmasiana, *κράξῃ.*

4 *Καὶ λέγε, ὅτι, τούτων ἐμοὶ οὐδὲν ἐπισημαίνεται. Et dic: Nihil istorum mihi portenditur.*] Hic aperte in hortos Platonis digreditur, qui animam tantum volebat esse hominem. *Snecanus.*

5 *Ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ. Fructum ex eo ut capiam.*] Quia,

Omnis commoditas sua fert incommoda secum:

& contra. Extrema vero mala, & omni consolatione majora, ut ferenda sint, Arrianus docet. *Wolfius.*

6 *Ἀπ' αὐτοῦ.*] Salmasius & alii *ὑπ' αὐτοῦ.*

κέ.

[1] Ἀνίκητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν οὐκ ἔστιν ἐπὶ σοὶ νικῆσαι.

CAP. XXV.

Invictus esse potes, si in nullum certamen descendas, quod vincere, tui arbitrii non est.

1 *Ἀνίκητος εἶναι δύνασαι: Invictus esse potes.*] Hoc dictum pendet e divisione rerum, initio facta. Vincuntur, qui res alienas expetunt: hoc est, eas, quæ ad corpus pertinent, & in manu fortunæ sunt. Vincunt qui pravas opiniones & cupiditates oppugnant, modo legitime certent. *Wolfius.*

κϛ'.

Ὅταν ἴδῃς τινὰ προτιμώμενον, ἢ μεγαλοδυναμοῦντα, ἢ ἄλλως

CAP. XXVI.

Si quem eximiis honoribus affectum, aut ampla potestate præditum, aut

 alio-

ἄλλως εὐδοκιμοῦντα, μακαρίσῃς, [1] ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. [2] ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς ᾖ, οὔτε ὁ φθόνος, οὔτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει· σὺ δὲ αὐτὸς οὐ στρατηγὸς, οὐ πρύτανις, ἢ ὕπατος εἶναι θελήσεις, ἀλλ' ἐλεύθερος. μία δὲ ὁδὸς [3] πρὸς ταῦτα, καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

alioqui florentem, videris; vide, ne quando beatum illum prædices, visorum impetum secutus. Nam si in rebus nostræ potestati subjectis vis tranquillitatis constiterit, nec invidia nec æmulatio locum habebit; tuque ipse non imperator, non senator, non consul esse voles, sed liber. Ad eam autem rem via unica est; eorum, quæ in potestate nostra non sunt, contemptio.

1 Priores omnes quas vidi edit. Veneta, antiquior; Plantiniana, recentior: alia; συνεπαρθεὶς exhibent: Salmasiana, (ex codice, an conjectura incertum:) ut hic συναρπασθεὶς; quod quidem quia quasi solemne in hoc argumento verbum Epicteto, (proximo quoque capite repetitum;) aliisque; & confirmat etiam *Paraphrasis*, verius esse crediderim. *Casaubonus.*

2 Ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς ᾖ. *Nam si in rebus nostræ potestati subjectis, vis tranquillitatis constiterit.*] ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς, idem quod αὐτὴ ἡ ἀπάθεια. quam (Ciceronem secuti) vel indolentiam (etsi ea potius ἀναλγησία est) vel vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita sit, vel vacuitatem ab angoribus & perturbationibus, appellemus licet. Sententia est, etsi verbis obscurioribus more Stoïco prolata: Eum qui bona omnia à seipso petat, animo esse tranquillo. qui tranquillo animo sit, eum nec invidere, nec æmulari. Cum enim ἀπάθεια perturbationes omnes excludat: invidiam utique & æmulationem etiam excludere. Sin hi affectus in aliquo dominentur: ex eo plane colligi, procul eum ab animi tranquillitate abesse, nec philosophiæ præceptis obtemperare. Sed cum apud Arrianum hujus quoque libelli, Simplicio si credimus, auctorem, nunquam τὴν οὐσίαν τοῦ ἀπαθοῦς me legisse meminerim: rectius id arbitror, quod ibi crebro habetur, ἡ οὐσία τἀγαθοῦ. *Wolfius.*

Ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς ᾖ.] Satis miror doctissimum Wolfium, non hujus tantum *Enchiridii*, sed Arriani, & Simplicii interpretem, non vidisse corruptum hunc esse locum, & pro τοῦ ἀπαθοῦς (cui non est hic locus) τοῦ ἀγαθοῦ scribendum esse. Poterat, ut rem ipsam omittamus, sufficere Simplicii authoritas, cujus hic verba: εἰ γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, &c. *Paraphrastes* etiam: Ἐάν τε γὰρ διὰ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ, &c. Sed ut etiam contentiosis (sunt enim quibus etiam certissima, si qua possunt, eludere, dulcis labor:) fiat satis: apponemus aliquot Arriani, *sermonum* Epicteti collectoris, loca, quæ

quod

quod volumus, evincant. l. 1. c. 20. Οὐσία δ' ἀγαθοῦ, χρῆσις οἵα δεῖ φαντασιῶν. Ibid. cap. 29. Οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ; προαίρεσις ποιά. & iterum eodem cap. de Socrate; Ποῦ οὖν ἡ οὐσία αὐτῷ τοῦ ἀγαθοῦ; lib. II. caput octavum totum ejus argumenti; cujus inscriptio: τίς οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ; & in ipso capite non semel, οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ. lib. III. cap. 23. (alias 24.) τὴν δ' οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ, &c. lib. II. cap. 10. Ἡ δ' οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, &c. Denique capite extremo, verbis ultimis: ταύτην οὐσίαν ἔχω τοῦ ἀγαθοῦ. τὰ δ' ἄλλα. &c. Poteram & Simplicii locos apponere: sed vereor, ne nimia sedulitas lectoribus ingrata & fastidiosa sit. Quis autem dixerit, οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς, nondum observavi. Quid quod Gallici interpretes, primus & secundus vel ita in suis codicibus reperierunt, vel ex ingenio, rebus ipsis eo ducentibus, ita correxerunt? *Car si la substance du bien est es choses qui sont en nous*: ita primus, verbum verbo reddens: quod doctissimus & politissimus Duviarius, *Car si le vray bien ne consiste qu'es choses qui sont en nostre puissance*: multo melius, & elegantius. Sed & Wolf. in *Notis* (quod his scriptis, postea animadversum est à nobis:) veram scripturam tandem subodoratus est. *Casaubonus.*

Certe Wolphiana editio, Coloniæ anno MDXCV. excusa, & Cantabrigiæ anno MDCLV. ad prælum revocata, hunc locum ita exhibet, ἡ οὐσία τοῦ [ἀγαθοῦ] ἀπαθοῦς ᾖ. Animadvertebat enim tunc temporis vir doctus hunc locum in mendo cubare, uti ex textu & notis observare licet.

3 Πρὸς ταῦτα.] Lege, πρὸς τοῦτο.

κζ'.

Μέμνησο, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν, ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. ὅταν οὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σή σε ὑπόληψις ἠρέθισε. τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ, [1] ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι· ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνου καὶ διατριβῆς τύχῃς, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ.

CAP. XXVII.

Memento, non eum qui convicietur aut verberet, auctorem esse contumeliæ: sed opinionem de eis, tanquam contumeliosis, conceptam. Cum igitur te quispiam irritarit, opinione tua te irritatum esse scito. Quapropter imprimis operam dato, ne visa tibi assensum extorqueant. Nam si semel tempus & moram impetraris: facilius ipse tibi imperabis.

1 Ὑπὸ τ. φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι.] Ita Wolfiana, Salmasiana, Casauboniana & item aliæ editiones exhibent, excepta sola Plantiniana, in qua legitur: ὑπὸ τῇ φαντασίᾳ μὴ συναρπασθῆναι.

κη'.

Θάνατος, καὶ φυγὴ, καὶ πάντα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν· μάλιστα δὲ πάντων ὁ θάνατος. καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμηθήσῃ, [1] οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός.

CAP. XXVIII.

Mors & exilium, & omnia, quæ in malis habentur, ob oculos tibi quotidie verſentur: omnium verò maxime mors. Sic nihil unquam humile cogitabis, nec impenſe cupies quicquam.

1 Οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός. *Neque quicquam vehementer appetes.*] Syracides, cogitationem mortis & divini judicii à peccando deterrere affirmat. Quod ſi facit: multo magis æquo animo res adverſas ferre, ſecundaſque contemnere docet, ob brevem ſcilicet earum & dolorem & fructum. Sic Cicero: Omnis (inquit) voluptas pro nihilo putanda eſt, quod cum præterierit, perinde ſit, ac ſi nulla fuiſſet. Sed in magnis corporis cruciatibus & angoribus animi, una hora toto anno videtur longior, & unus dies multis ſæculis. *Wolfius.*

κθ'.

[2] Φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων, ὅτι ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ, πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; [2] σὺ δὲ ὀφρὺν μὲν μὴ σχῇς. τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος [3] εἰς ταύτην τὴν τάξιν. μέμνησο δὲ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμ-

CAP. XXIX.

Sapientiæ ſtudium ſuſcipere cupis? Statim te para, quaſi futurum ſit, ut deridearis: ut multi te ſubſannent: ut dicant, te ſubito philoſophum extitiſſe: ut rogent, unde ſupercilium iſtud? Tu autem ſupercilium ne habeto: ea vero quæ optima tibi videbuntur, ſic teneto, quaſi à Deo ſis in ea ſtatione collocatus. Cæterum memento, te, ſi in eodem ſtatu permanſeris, iis tandem admirationi fore,

ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σε πρότερον, οὗτοί σε ὕστερον [4] θαυμάσουσιν. ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα.

re, qui te prius deriserunt. Sin eis succubueris, dupliciter fore deridendum.

1 Φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς;] Salmasiana, ut sæpenumero, ita etiam nunc à vulgata lectione recedit, εἰ φιλοσοφίαν ἐπιθυμεῖς.

2 Σὺ δὲ ὀφρῦν μὲν μὴ σχῇς. *Tu autem supercilium ne habeto.*] Vultum cogitabundum, tristem severitatem, ac fastum, per supercilium intellige. Hunc autem fuisse philosophorum habitum, è Menandri dicterio apparet: εὑρετικὴν (inquit) εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες: Meditationi aptam esse ajunt solitudinem, ii qui supercilia erigunt. *Wolfius.*

3 Εἰς ταύτην τὴν τάξιν.] Wolfius bene contendit etiam posse legi, Εἰς ταύτην την χώραν, quod forte in MS. invenit. Nam eandem profecto significationem habent τάξις & χώρα. Thucydides lib. IV. inquit: Κατὰ χώραν μένουσι ἐπὶ τῇ Πύλῳ. Id est: *Circa Pylum stationem habent.* Plantinianæ editioni præfectus hunc locum asterisco notavit, atque ad oram libri quoque χώραν posuit.

4 Θαυμάσουσιν.] Salmasiana in præsenti θαυμάζονται.

λʹ.

[1] Ἐάν ποτέ σοι γένηται ἔξω στραφῆναι, [2] πρὸς τὸ βουληθῆναι ἀρέσαι τινί, [3] ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὴν ἔνστασιν. ἀρκοῦ οὖν ἐν παντὶ τῷ εἶναι φιλόσοφος. [4] εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει, τῷ εἶναι σεαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ.

CAP. XXX.

Si quando acciderit, ut foras promineas, & alicui placere cupias; te de statione tua dejectum esse scito. Quare in omnibus rebus illud tibi satis sit, te esse philosophum. Sin alicui etiam videri philosophus cupis; tibi videre, idque tibi satis esto.

1 Ἐάν ποτέ σοι γένηται ἔξω στραφῆναι. *Si quando tibi acciderit foras verti.*] Gloriolæ cupiditatem & ostentationis studium, qui affectus tardissime in bonis & doctis etiam viris senescit, vetat. Vult, philosophum sese intra conscientiæ suæ limites, tanquam cochleam intra testam continere, eamque amplissimum virtuti suæ theatrum proponere, statuere ac judicare. *Wolfius.*

2 Πρὸς τὸ βουληθῆναι.] Contemni non potest τὸ βούλεσθαι quod in Salmasiana conspicitur.

3 Την ἔνστασιν ἀπώλεσας. *Te de statione tua dejectum esse.*] ἔνστασις

apud Dialecticos quid sit, notum est. Hic, à pugilibus translatio sumpta est, qui de gradu dejecti, vincuntur. Licet ἔνστασιν, institutum vertere, id scilicet, in quo homo animo, voluntate ac studio sic insistit, ut pugil aut miles in suo gradu, non cessurus adversario. ἔνστασις philosophi est, alte spectantem, & ad illam sedem & æternam domum contuentem, neque sermonibus vulgi date sese, nec in præmiis humanis spem ponere rerum suarum. Suis illum illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus, ut ait Cicero. In hanc sententiam D. quoque Basilius præclare monet: οὐκ εἶναι ὃ μᾶλλον φευκτέον εἴη τῷ σωφρονοῦντι, τοῦ πρὸς δόξαν ζῆν, καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα περισκοπεῖν, καὶ μὴ τὸν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τοῦ βίου· ὥστε κἂν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀντιλέγειν, κἂν ἀδοξεῖν καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ δέῃ, μηδὲν αἱρεῖσθαι τῶν ὀρθῶς ἐγνωσμένων παρακινεῖν. Hoc est: Nihil æque cavendum esse cordato viro, atque illud, ne vitæ suæ rationem ad popularem opinionem accommodet, & quid vulgus sentiat, circumspectet. Rectam enim rationem vitæ ducem esse statuendam: & ita sequendam, ut etsi omnibus mortalibus refragandum, si existimatio, si vita in discrimen adducenda sit pro honestatis defensione; tamen de recta sententia nullo modo depellatur. Verum hic vigilandum, ne falsis opinionibus decepti, & rei cujusque natura non satis expensa, pro constantibus rigidi, pertinaces, præfracti evadamus, & in nugis tragœdias agamus, & nobis & aliis graves ac molesti. *Wol.*

Wolf. *de statione tua dejectus es*; non male: sed nec alii, *de gradu*: ut Not. Lugduno-Batav. auctor; (id est, H. Wolf. ex quo transcripta fere sunt omnia, quæ sunt ibi:) cujus à pugilibus militibusve ducendis observationem confirmat Antonini verbum, λιποτάκται in simili per omnia sententia, lib. II. 8. ἀμφότεροι γὰρ ἐπίσης λιποτάκται. Nulla tamen huic loco convenientior (ut ego judico) interpretatio, quam *vitæ institutum*: quod & Diogenis Laert. in Menedemo locus, valde suadere videtur: ubi asserit Diogenes iste, Epicurismum non ἔνστασιν tantum τοῦ βίου fuisse, sed & αἵρεσιν: id est, sectam, non solo vitæ instituto ab aliis diversam; sed propriis quoque dogmatibus & opinionibus constantem. Male ibi (ni fallor) interpretes: alii, *vitæ instituendæ exordium*: alii, *constantiam vitæ. Casaubonus.*

Salmasius & Casaubonus alio ordine hæc ediderunt verba, scilicet hoc modo: Ἴσθι ὅτι τὴν ἔνστασιν ἀπώλεσας. ita quoque in aliis editionibus observavimus.

Quid Dialectici vocent ἔνστασιν, quæ Latine instantia dicitur, notum est. Vide infra cap. LXXI. ubi declarat, quid hic loci per ἔνστασιν, designet auctor. Quod hic ἔνστασιν supra cap. IX. videtur προαίρεσιν appellare. *Suecanus.*

4 Εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλῃ, τοῦ εἶναι σεαυτῷ φαίνου. *Sin etiam videri vis, quia es, ipsi tibi videre.*] Politianus τοῦ εἶναι omisit: nec est sane necessarium, ni quis interpretari velit. Quia es, vel, essendo (si dicere liceat) tibi ipse videre philosophus. *Wolfius.*

Videri possit aliquid acutius hic latere, quasi id velit Epictetus: Si hoc non sufficit tibi, te esse philosophum, nisi talis etiam videaris; operam da, ut vera ac solida tanti boni acquisitione & fruitione, ipsum te tibi probes, ac qualis es, talem te sentias: & ita facile consequeris, ut aliis quoque videaris. Sed cum neque Simplicius, neque *Paraphrastes* agnoscant illud τοῦ εἶναι; vereor ne id magis argumentum, quam genuinum sit. Quod hic autem ἱκανὸς ἔσῃ: Simplicius & *Paraphrastes* ἱκανόν ἐστι vel ἔσται. *Casaubonus.*

λά. Οὐ-

λά.

Οὗτοί σε οἱ διαλογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν, [1] ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. εἰ γὰρ ἀτιμία ἐστὶ κακόν, [2] οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. Μή τι οὖν τὸ σὸν ἔργον ἐστὶν, [3] τὸ ἀρχῆς τυχεῖν, ἢ παραληφθῆναι ἐφ' ἑστίασιν; οὐδαμῶς. πῶς οὖν ἔτι τοῦτ' ἔστιν ἀτιμία; πῶς δὲ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἐπί σοι, ἐν οἷς ἔξεστί σοι εἶναι πλείστου ἀξίῳ; ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται. Τί λέγεις, τὸ ἀβοήθητοι; οὐχ ἕξουσι παρὰ σοῦ ἀργύριον, οὐδὲ πολίτας Ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις; τίς οὖν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα; τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; κτῆσαι οὖν, φασὶν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. εἰ δύναμαι κτήσασθαι, τηρῶν ἐμαυτὸν αἰ-

CAP. XXXI.

Istæ cogitationes ne te crucient, fore ut sine honore vivas, & nullo sis loco. Nam si honore carere malum est: nihilo magis per alium in malo esse potes, quam in vitio. Numquid igitur tui muneris est, imperio potiri? aut ad convivium adhiberi? Nequaquam. Quei igitur ea jam erit ignominia? quei nullo usquam loco eris? quem in iis solis aliquem esse oportet, quæ penes te sunt, in quibus vel summo loco esse potes? At nihil opis amicis feres. Quo pacto istud accipis? non argentum abs te habituri sunt? nec eos in Romanam civitatem asscribes? Et quis tibi dixit, ea penes nos esse, & non aliena munera? Quis vero id alteri præstet, quo ipse careat? Parato ergo, ajunt, ut & nos habeamus. Si parare queo, conservata verecundia, & fide, & animi magnitudine, vos-

αἰδήμονα, καὶ πιστὸν, καὶ μεγαλόφρονα, [4] δεικνύετε τὴν ὁδὸν, καὶ κτήσομαι. εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε τἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσησθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄνισοί ἐστε, καὶ ἀγνώμονες. τί δὲ καὶ βούλεσθε μᾶλλον, [5] ἀργύριον, ἢ [6] φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα; [7] εἰς τοῦτο οὖν μοι συλλαμβάνετε, καὶ μὴ δι' ὧν ἀποβαλῶ αὐτὸ, ταῦτά με πράττειν ἀξιοῦτε· [8] ἀλλ' ἡ πατρὶς, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, φησὶν, ἀβοήθητος. [9] πάλιν, ποίαν ταύτην βοήθειαν; στοὰς οὐχ ἕξει διὰ σέ; οὔτε βαλανεῖα; [10] καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα, οὐδ' ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα. ἱκανὸν δὲ, ἐὰν ἕκαστος ἐκπληρώσῃ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. εἰ δὲ ἄλλον τινὰ αὐτῇ κατεσκεύαζες πολίτην πιστὸν καὶ αἰδήμονα, [11] οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφέλες; ναί. οὐκοῦν οὐδὲ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς

ἂν

que ejus rei viam ostenderitis; parabo. Sin id postulatis, ut bona ego mea perdam, quo vos ea, quæ in bonis non sunt, acquiratis: videte ipsi quam iniqui sitis, & temerarii. Utrum vero præoptatis? pecuniamne, an amicum verecundum & sincerum? Ad hoc igitur adjumento mihi estε; non autem postulate, ut ea faciam, per quæ illa sim amissurus. At enim patriæ per me nihil affertur adjumenti. Cujusmodi quæso adjumentum? Porticus per te non habitura est? non balnea? Istuc vero quid est? neque enim calceos habet per fabrum ferrarium, neque arma per sutorem. Satis autem fuerit, suo quemque fungi munere. At si quem alium ei civem instrueres integrum & verecundum; nihilne eam juvares? imo vero. Proinde ne tu quidem patriæ fueris inutilis. Quem ergo locum; inquis, habebo in urbe? Quem po-

teris,

ἂν εἴης αὐτῇ. τίνα οὖν, φησί, χώραν ἕξω ἐν τῇ πόλει; ἣν ἂν δύνῃ, φυλάττων ἅμα τὸν πιστὸν καὶ αἰδήμονα. εἰ δ' ἐκείνην ὠφελεῖν βουλόμενος, ἀποβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιο, ἀναιδὴς καὶ ἄπιστος ἀποτελεσθείς;

teris, integritate & verecundia conservata. Sin illi profuturus, hæc abjeceris: quis ei tui fuerit usus, qui impudens & perfidus evaseris?

1 Ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι.] Sic omnes constanter exhibent editiones, excepta una Salmasiana, in qua legitur, ἄτιμος ἔσομαι. Quanquam aliquando τὸ βιῶν & εἶναι sint synonyma, miror tamen Salmasianæ editioni præfectum, nullam hujus mutationis rationem allegare.

2 Οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον. *Non potes in malo esse propter alium.*] Pendet hæc sententia ex dogmate Stoico: Solum honestum esse bonum, solum vitium esse malum. Contemptus & neglectus mei, si ego officio fungor, non meum vitium, ergo neque meum malum est: sed eorum & vitium & malum, qui ex perverso judicio & voluntate prava me immerentem contemnunt, negligunt, male tractant, afficiunt. *Wolfius.*

3 Τὸ ἀρχῆς τυχεῖν.] Wolfius præter hanc lectionem, aliam in editione sua annotavit. Τὸ ἐξ ἀρχῆς τυχεῖν.

4 Δεικνύετε τὴν ὁδόν. *Viam ostendite.*] Significat non nisi malis artibus parari opes & dignitates: eaque de causa viro bono illas aspernandas esse. neque enim de iis loquitur, qui se honore indignos præbent, ipsique in casu sunt ut contemnantur. *Wolfius.*

5 Ἀργύριον, ἢ φίλον πιστόν. *Pecuniam an amicum fidelem.*] Hoc tempore pecuniam plerique malunt. neque enim pauperis amici ullum esse usum censent. Sic dotatæ puellæ pudicis & bene educatis præferuntur, si quæ forte sunt tales, talesque permanent. Quare procis ignoscendum fortassis est, qui tam incerta pudicitiæ & probitatis alea, divitum uxorum quam pauperum intemperiem ferre ac tolerare malunt. *Idem.*

6 Ἢ φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα.] Inverso ordine Salmasius: ἢ φίλον αἰδήμονα καὶ πιστόν. Inferius paulo habes: Πολίτην πιστὸν καὶ αἰδήμονα. Quem ordinem etiam Salmasius ibidem servat.

7 Εἰς τοῦτο οὖν μοι συλλαμβάνετε.] Salmasiana (sed quæ potius Heinsiana est dicenda) habet: εἰς τοῦτο οὖν μοι μᾶλλον συλλαμβάνετε. Hanc lectionem etiam Wolfius videtur agnoscere: & in Plantiniana ad oram libri, μᾶλλον, pro varia lectione collocatum est.

8 Ἀλλ' ἡ πατρὶς, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, φησὶν ἀβοήθητος.] Ita Salmasiana, Casauboniana & aliæ editiones: Ast Plantiniana & Wolfiana habent: Ἀλλ' ἡ πατρὶς, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, φησὶν, ἀβοήθητος ἔσται.

9 Πάλιν, ποίαν ταύτην βοήθειαν.] H. Wolf. *cujusmodi quaso adjumentum:* omisso πάλιν: cujus ea vis est hoc loco, ut ad præcedentia respiciat, & lectores rejiciat; ista scil. Τί λέγεις, τὸ ἀβοήθητοι; *Quid vocas inutiles & inofficiosos?* Melius igitur hic Politianus; *Rursus quod tu hoc ais adjumentum?* Sed nec omisit

Paraphrasis, ubi cum præcedat, τί λέγεις τὸ βοηθῆσαι: sequitur hic; ποίαν πάλιν ταύτην τιμὴν λέγουσιν. *Casaubonus.*

10 Καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν σκυτέα οὐδὲ ὅπλα διὰ τὸν χαλκέα. *Neque enim calceos habet per sutorem, neque arma per fabrum.* Sic in omnibus editionibus legitur. Naogeorgus sensum secutus, vertit: Nonne habet calceos per sutorem? Nonne & arma per fabrum, quasi legisset: οὐχὶ γὰρ, quod mihi sane haud displicet. Verum è Simplicio apparet inversum esse verborum ordinem, & sic legendum. οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα, οὐδὲ ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα. Neque enim calceos habet à fabro ærario, neque arma a sutore. Sensus est. Non magis à philosopho porticus & balnea, & civitatem Romanam postulandam, quam arma à sutore, aut à fabro ferrario calceos: cum philosophi munus sit, cives ad virtutem instituere: ut sutoris, conficere calceos: & fabri, arma. *Wolfius.*

11 Οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφελῆς. *Nihilne ei prodesses.*] Malim, ut Simplicius, ὠφέλεις, vel potius ὠφελῇς. *Idem.*

Salmasiana editio habet. οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφέλεις. Fortasse ex Simplicio desumptum.

λβ'.

[1] Προετιμήθη σου τὶς ἐν ἑστιάσει, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι εἰς συμβουλίαν; [2] εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτά ἐστι, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος. εἰ δὲ κακὰ, μὴ ἄχθου, ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες· μέμνησο δὲ, ὅτι οὐ δύνασαι, μὴ ταὐτὰ ποιῶν πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἐκείνων τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι· πῶς γὰρ ἴσον ἔχειν δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων, τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινοῦντι; ἄδικος οὖν

ἔσῃ

CAP. XXXII.

Est tibi prælatus aliquis in convivio, aut salutatione, aut dandi consilii officio? Si quidem ista bona sunt, gratulari debes illi, cui ea contigerunt. Sin mala; ne doleas, te in ea non incidisse; sed memento, cum ea non agas quibus illa parantur, quæ in nostra potestate non sunt, fieri non posse, ut eadem tibi tribuantur. Nam quei valebit tantum is qui fores non frequentat, atque is qui frequentat? qui non assectatur, atque is, qui assectatur? qui non laudat, atque is, qui laudat? Injustus igitur eris, & inexplebilis, si non

nu-

ἔσῃ καὶ ἄπληστος, εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα αὐτὰ βουλήσῃ λαμβάνειν. ἀλλὰ πόσου πιπράσκονται θρίδακες; ὀβολοῦ, ἂν οὕτω τύχῃ. ἂν οὖν τις προϊέμενος τὸν ὀβολὸν, λάβῃ θρίδακας, σὺ δὲ μὴ προϊέμενος, μὴ λάβῃς, μὴ οἴου ἔλαττον ἔχειν τοῦ λαβόντος. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θρίδακας, οὕτω σὺ τὸν ὀβολὸν, ὃν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀνταῦθα. οὐ προσεκλήθης ἐφ' ἑστίασίν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι πόσου πωλεῖ τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου δ' αὐτὸ πωλεῖ. θεραπείας πωλεῖ. δὸς οὖν τὸ διαφέρον, εἴ σοι λυσιτελεῖ τὸ πωλούμενον. 4 εἰ δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, καὶ ταῦτα λαμβάνειν, ἄπληστος εἶ, καὶ ἀβέλτερος. οὐδὲν οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δείπνου; ἔχεις μὲν οὖν, τὸ μὴ ἐπαινέσαι τοῦτον, ὃν οὐκ ἤθελες· 5 τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου.

numerato eo pretio, quo illa væneunt, gratis ea consequi te postules. Age quanti væneunt lactucæ? Ponamus, obolo. Si quis igitur, obolo numerato, lactucas acceperit; tu autem, pretio non numerato, non acceperis; ne te deteriore conditione esse putes eo, qui accepit. Ut enim lactucas habet ille, sic tu obolum non dedisti. Ad eundem quoque modum & hic se res habet. Non invitatus es ad convivium alicujus? Nec dedisti quanti vænit convivium. Vendit autem id convivator laudatione, vendit obsequio. Dato igitur pretium, quanti venit, si e re tua est. Quod nec illa vis præstare, & hæc accipere: avarus es, & væcors. Nihil igitur cœnæ vice habes? Imo habes: non laudasti quem noluisti: non tolerasti ejus insolentiam in ingressu.

1 Προκληθέντι ἐκ τῆς ἑστιάσεως, &c.] Hæc & quæ sequuntur Salmasius & alii absque interrogationis nota ediderunt. Wolfius tamen & alii contra. Sed planior est sensus, si interrogationis signum abjicias.

2 Εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτα. *Si quidem bona ista sunt.*] Plerique complexionem istam invertunt, ἀντιστρέψαντες. Quia bona sunt, ea sibi negata esse dolent: quia mala, ea evenisse aliis gaudent. *Wolfius.*

3 Εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα. *Si non numeratis his.*] Id est, ἀναλώσας ἢ καταβαλών. unde οἱ ἐλευθέριοι προετικοὶ χρημάτων dicuntur apud Aristotelem. *Idem.*

4 Εἰ δὲ κἀκεῖνα &c.] Longe aliis verbis hic locus in Salmasiana concipitur: Εἰ δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, κἀκεῖνα λαμβάνειν, ἄπληστος καὶ ἀβέλτερος ἔσῃ.

Τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου. *Vel quod non sustinueris vel toleraris eum in atrio.*] Videntur fastus divitum & ambitiosæ salutationes intelligi, homini simplici & literato molestissimæ; item τὸ φοιτᾶν, παραπέμπειν, ἐπαινεῖν, salutationes, deductiones, laudationes. Fortassis autem delicati divites in medio incedentes, parasitis suis utrinque inniti soliti fuerunt. Nam & hunc sensum verbum ἀνασχέσθαι omnino admittit. *Idem.*

Τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου.] Wolf. *non tolerasti ejus insolentiam in ingressu*: quasi id voluerit Epictetus, qui ad cœnam vocati fuerant, non sine molestia, ex mora longiore, vel viliore aliquo obsequio, venientes eos admissos fuisse: quod quam probabile cuiquam videri possit, nescio; Epictetum certe aliud his verbis hic velle, certo mihi constat. Dixerat prius, ut lactucas obolo; ita cœnam, venire ἐπαίνου, καὶ θεραπείας. Ut igitur, qui lactucas non emit, caret ille quidem lactucis; sed earum loco, obolum salvum habet; ita qui non vocatus est, cœnæ quidem expers fuit; sed cœnæ loco, eo potitur, quod à necessitate laudandi, quem laudandum non putabat; & molestæ θεραπείας onere levatus sit. Hæc autem θεράπεια ita pluribus verbis hic exprimitur: τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ, &c. quibus in verbis si quid est ambiguum: intellecto quid θεράπεια sit, tollitur. Est autem θεραπεύειν τὰς αὐλὰς alicujus, plane idem quod ἰέναι ἐπὶ τὰς θύρας, & φοιτᾶν ἐπὶ θύραις: id est, observantiæ testandæ causa alicujus fores frequentare, & (ut loquitur Aul. Gellius) ibi sedentes, operiri dominum ædium, ut docet ὁ μακ. Is. Casaubonus, in notis ad Diog. Laertium. Id autem præcipue mane fiebat, *salutationis* (de qua tam multa Martialis: aliique) tempore. Sed nihil vetat quin latius extendamus, ad quodvis diei tempus. Et fortasse mos obtinebat, ut qui vocati fuerant, (qui minorum gentium convivæ; clientes, aliique:) in vestibulo ædium operirentur: & eo spectarit Iuvenalis:

Vestibulis abeunt veteres lassique clientes,
Votaque deponunt quamvis longissima cœnæ.

Simplicius tamen, θεράπεια δὲ τούτων ἐστι, τὸ φοιτᾶν ἐπὶ θύρας, τὸ παραπέμπειν ἐν ἀγορᾷ (quod exspectationis in vestibulo consectarium:) τὸ ἐπαινεῖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα: & Arrianus pariter: lib. III. 23. θέλεις μὴ τὸν δεῖνα θεραπεύειν; ἐπὶ θύρας αὐτοῦ πορεύεσθαι: ubi plura in eandem sententiam. Verba igitur ista quod attinet ἀνασχέσθαι αὐτοῦ: non inepta sententia fuerit, si ex usu communi, *ipsum* (αὐτὸς hic fortasse κατ' ἐξοχὴν Attice, pro *dominus*:) *tolerare* vertamus: est enim tolerantiæ non mediocris (mihi quidem certe) aliquem diu præstolari. Totius tamen videtur, ut simpliciter, *ipsum expectare*. Cæterum, τὸ ἐπαινεῖν, cum *limine* & *cœna* quam apposite copuletur hic, testatur & illud Poetæ Satyrici:

Sed

Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? vide sis ne majorum tibi forte
Limina frigescant. Casaubonus.

Innuuntur hic corrupti istius sæculi mores, quos Satyra dignos credidere Iuvenalis & Persius. *Snecanus.*

λγ'.

[1] Τὸ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἔστιν, [2] ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους· οἷον, [3] ὅταν τὸ γείτονος παιδάριον [4] κατεάξῃ τὸ ποτήριον, πρόχειρόν ἐστιν εὐθὺς λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων ἐστί. ἴσθι οὖν, ὅτι, ὅταν καὶ τὸ σὸν κατεαγῇ, τοιοῦτον εἶναί σε δεῖ, ὁποῖον, [5] ὅτε καὶ τὸ ἄλλου κατεάγη. οὕτω μετάθες καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; οὐδεὶς ἐστιν, ὃς οὐκ ἂν εἴποι, ὅτι ἀνθρώπινον. ἀλλ' ὅταν τὸ αὐτοῦ τινὸς ἀποθάνῃ, εὐθὺς, [6] Οἴμοι, τάλας ἐγώ. ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὸ ἀκούσαντες.

CAP. XXXIII.

Naturæ propositum ex iis rebus, de quibus nulla inter nos controversia est, cognosci potest. Exempli gratia: Si vicini puer poculum aut quid aliud confregerit, in promtu illud statim est: Ita fieri solere. Scito igitur, si & tuum confractum fuerit, eundem esse te oportere, qui fueris cum frangeretur alienum. Sic transfer ista ad majora. Filius alterius obiit, aut uxor? nemo est quin dicat, humanum id esse. Sin ipsi alicui id acciderit; statim, Hei mihi, inquit, ô me miserum! Meminisse autem oportebat, ut affecti simus, cum tale quippiam de aliis audiverimus.

1 Τὸ βούλημα τῆς φύσεως. *Naturæ propositum.*] Possis vertere, *instinctum*, sive *consilium*, qua voce, interprete Simplicio, intelligit communes hominum de rerum natura notiones, in quibus non aliud, sed idem sentimus omnes: veluti, Bonum esse utile: & utile bonum: bis duo esse quatuor. Hæ igitur notiones, & id genus aliæ recta ratione in nobis constitutæ, longoque tempore exploratæ, veræ sunt & cum

rerum

rerum natura congruentes. *Snecanus.*

2 Ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους.] Wol. *de quibus nulla inter nos controversia est.* Sententiam mire pervertit istud πρὸς ἀλλήλους: quo omisso, planissimus emergit sensus, & aliorum dictis congruentissimus. Vel dicat mihi aliquis, si proprium poculum frangatur; vel propria moriatur uxor, cur tum magis sit controversiæ aut contentioni locus; quam cum vicini poculum frangitur aut ejusdem moritur uxor? Simplicius multa comminiscitur, ut aliquid dicat: sed incasso, si quid ego judico, labore. Qui non intelligebant istum usum verbi διαφέρεσθαι ἁπλῶς positi; voces istas addiderunt, & locum, alias haud obscurum, corruperunt. Vetus hoc incrustamentum esse, patet ex Simplicio, qui ita in suis codicibus reperit. Fidelior, fortasse (& antiquior) *Paraphrasis* nostra non agnoscit. Est autem διαφέρεσθαι sic simpliciter enunciatum quod vulgo dicimus, *to have an interest.* & μὴ διαφέρεσθαι, quod Latini dicerent, *indifferenter habere.* Est autem hic usus vocis, Antonino, ut alios omittamus, valde familiaris. Locos aliquot adducemus, ne quis Simplicii authoritate fretus, à vera lectione sit alienior. lib. 6. initio: μὴ διαφέρου, πότερον ῥιγῶν ἢ θαλπόμενον τὸ πρέπον ποιεῖς. Eodem loco: τῷ μὲν σωματίῳ πάντα ἀδιάφορα. οὐδὲ γὰρ δύναται διαφέρεσθαι. quanquam hic τὸ διαφερ. proprie sit, *discriminis intelligentiam habere*: ex qua intelligentia, voluntatis oritur in utramve partem propensio. Idem alibi paulo aliter, sed in eandem tamen sententiam: cum præpositione, scil. & substantivo, non *personæ* sed *rei*, ut cum dicit; διαφέρεσθαι πρὸς τὰ μέσα· & διαφέρεσθαι πρὸς τὰ μὴ ἐφ' ἡμῖν. id est, *de rebus mediis & ad nos nihil pertinentibus, sollicitos esse.* Sed & postremus Arriani liber in his verbis definit: τὰ δ' ἄλλα γινέσθω ὡς βούλεται. οὐ διαφέρομαι. *mea non refert*, ut ibi Wolfius. Ait igitur hic Epictetus: vicini poculum, uxor, liberi, nihil ad me. Hinc si quid illis contingit, rectum in promptu judicium. Idem si nostris contingat, &c. *Casaubonus.*

Ὅταν τοῦ γείτονος παιδάριον.] Malim, ἢ ἄλλου παιδάριον. vel, κατεάξῃ τὸ ποτήριον, ἢ ἄλλο τι. Si vicini, vel alterius: aut, fregerit poculum, vel quid aliud. *Wolfius.*

4 Κατεάξῃ τὸ ποτήριον.] Ita Wolfius & alii: Salmasius vero, κατάξῃ scripsit; & inferius καταγῇ, ubi Wolfius & alii scripsere κατεαγῇ. Præterea Salmasiana hoc loco auctior est, nam post ποτήριον additur ἢ ἄλλό τι. Quod etiam in versione conspicitur.

5 Ὅτε καὶ τὸ τοῦ ἄλλου. *Cum alterius.*] ἀλλὰ τὸ μὲν οἰκεῖον πιέζει, ἀλλότριον δ' οὐ μέλει. Sua quemque premunt, aliena non curantur. Naturæ humanæ sive pravitas sive imbecillitas non fert, quicquid Epictetus de naturæ voluntate dicat, quicquid sacræ literæ de imperio Dei prædicent, ut alieni boni aut mali æque excitatus in nobis sensus sit, atque nostri proprii. Illud quidem natura nos docet, cum omnes eadem conditione simus: neque communem fortunam (ut ait Cicero) recusandam, nempe peculiarem optandam, & modice ferenda esse omnia: nisi indignando atque afflictando nos conduplicare mala atque exasperare libeat. *Wolfius.*

6 Οἴμοι τάλας ἐγώ.] Salmasiana hoc loco auctior est, in qua hunc in modum legitur: Οἴ μοι τάλας ἐγὼ, βοᾷ. Utrum ex conjectura, an vero ex MS. mihi non constat: hoc certe scio, in aliis editionibus non inveniri.

λδ'. Ὥσπερ

λδ'.

[1] Ὥσπερ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν οὐ τίθεται, [2] οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται. [3] εἰ μὲν τὸ σῶμά σου ἐπέτρεπέ τις τῷ ἀπαντήσαντι, ἠγανάκτεις ἄν· ὅτι δὲ σὺ τὴν γνώμην τὴν σεαυτοῦ ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα, ἐὰν λοιδορήσηταί σοι, ταραχθῇ ἐκείνη καὶ συγχυθῇ, οὐκ αἰσχύνῃ; [4] τούτου ἕνεκα ἐφ' [5] ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτό. [6] εἰ δὲ μή, τὴν μὲν πρώτην προθύμως ἥξεις, μηδὲν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος· ὕστερον δέ, [7] ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν, αἰσχυνθήσῃ.

CAP. XXXIV.

Quemadmodum aberrandi causa meta non ponitur: sic nec mali natura in mundo existit. Quod si corpus quidem tuum aliquis obvio cuipiam permitteret, indignareris: Tu vero, qui animum tuum cuilibet permittas, ut, si convicia tibi dixerit, perturbetur & mœreat, non erubescis? Quamobrem, cujusque rei antecessionibus & consecutionibus consideratis, sic eam aggredere. Alioqui primum alacriter eam suscipies: eorum nullo, quæ consequuntur, expenso: post autem, turpitudine aliqua exorta, verecundaberis.

1 *Ὥσπερ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν.*] Planior & plenior sententia, si addantur verba Greg. Nysseni, ex Epistola à b. m. parente, cum *animadversionibus* edita: *ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀπότευγμα φύσεως ἐστὶν, οὐκ ἰδίωμα· ὡς καὶ ἡ νόσος*, &c. *Casaubonus.*

De natura mali fuse hic differit Simplicius in commentariis, quem adeat cui hæc indagare curæ fuerit. Wolfius *ἀπὸ κοινοῦ* repetit voces *πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν οὐ τίθεται.* hoc sensu: quemadmodum aberrandi causa meta non ponitur, sic neque mali natura existit in mundo aberrandi causa. Iudicet lector. *Snecanus.*

2 *Οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν τῷ κόσμῳ γίγνεται. Sic neque mali natura in mundo exsistit.*] Obscurus & dubius locus, de quo plura ex Simplicio adducemus, qui hæc verba sic accipit, ut quicquam esse mali in mundo, aut si fit, à Deo esse, negare videatur. Ego simpliciter *ἀπὸ κοινοῦ* repetiissem, sic neque mali natura

naturâ exsistit in mundo aberrandi causa: hoc. est, necesse est homines in mala incidere. Proinde præparandus, ad ea prudenter & fortiter ferenda, est animus. Naogeorgus (quem honoris causâ nomino) cum Simplicio consentit, nosque nostrapte culpa & malos & in malis esse affirmat. Accipiunt illi ἐν τῷ κόσμῳ, quasi esset ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. & bonum scopo, malum aberrationi a scopo comparant Rectè omnino: τἀγαθοῦ γὰρ πάντα ἐφίεται. Bonum enim ab omnibus appetitur: & Deus optimus mala non facit: & mala fortassè non sunt quæ nos in malis numeramus. Sed an hoc senserit Epictetus, ipse viderit. Prorsus enim hic ex ejus verbis elici sensus non potest. *Wolfius.*

3 Εἰ μὲν τὸ σῶμά σε ἐπέτρεπέ τις τῷ ἀπαντήσαντι. *Si quis corpus tuum obvio cuique permisisset.*] A minori ad majus argumentatur, hoc modo: Cum iis irascereris, qui corporis tui violandi cuivis potestatem darent (cujusmodi est proscriptorum conditio) quanto magis tibi irasci debes, qui cuivis animi tui lædendi potestatem dare soleas: cum tui arbitrii sit, lædi prorsus à nemine? *Idem.*

Salmasiana & aliæ editiones habent ὑπαντήσαντι, pro ἀπαντήσαντι.

4 Τούτου ἕνεκα, ἐφ' ἑκάστου ἔργου.] Si quis dubitat etiam post Wolfium & aliorum doctissimorum virorum labores, aliquid posterorum, quod Epicteto prodesset, diligentiæ relictum esse, vel hinc discat. Multa enim hoc capite, vel loco, peccata. Nam primum ista, τούτου ἕνεκα: hic palam importuna, ad præcedentia pertinent: ἐν αἰσχύνῃ τούτου ἕνεκα; quod & ipsa res clamat apertissime, & tum Arriani, tum Simplicii (in Enchiridii caput 36.) confirmat authoritas; & hic debuit hoc caput desinere. Quæ autem sequuntur ab istis: ἑκάστου ἔργου: ad caput 37. τὰ καθήκοντα, &c. unico capite (non, ut hic pluribus) includi debuerunt. Sed nec ista (quod postremum) sunt hic genuina, ab ipso *Enchiridii* conditore: sed post Simplicii & *Paraphraseos* ætatem, ex Arriano totidem (uno aut altero demptis) verbis temere huc translata. Non opus argumentis, cùm sola inspectio fidem facere cuivis non cæco queat. Hæc cum certissima sint, nobis tamen religio fuit, (in tam pusillo, tam pretioso præsertim libro) tantum nobis sumere, ut quæ tam longi temporis præscriptione pro genuinis adoptata lectaque sunt, ea loco pelleremus; præterea quæ, quamvis nullo, non magis quam cætera ab Arriano collecta, consilio hic inserta: Parente tamen Epicteto nata sint, & alioqui dignissima quæ non uno legantur loco. Non pigebit igitur etiam in hæc quæ non intempestiva videbuntur notavisse. *Casaubonus.*

5 Ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα. *Rei cujusque antecessiones considera.*] Vult nos (ut monet Homerus) νοεῖν ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω, nec ea quæ ante pedes modo sunt videre, sed etiam illa quæ futura sunt prospicere. Cujusmodi sit: Si quis docere adolescentiam instituat, & id tantum consideret, quam pium, quam tranquillum & utile Reipublicæ munus sit, non abhorrebit ab eo vitæ genere. Sed priusquam id munus susceperit, antecessisse oportet magno studio partam eruditionem, & aptam ingeniis rudibus docendi rationem: oportet paucis esse contentum, non recusare molestias & labores, non moveri labore irrito, contemnere ingratos & superbos. Sine tali præparatione ad docendum qui accesserit, ubi negligentiam magistratus: incuriam parentum, hypodidascalorum inscitiam & pigritiam, discipulorum stuporem & cessationem, plurimorum obtrectationes, & eorum, à quibus adjuvandus erat, adversationes expertus fuerit, si se frustra fatigando nihil nisi odium quærere intellexerit, quod optima quæque ingenia immatura ætate aliò transferantur, caudicibus & stipitibus tantum relictis; & pudebit & pœnitebit temeri-

meritatis, qui quid ipse vellet & posset, tantum considerarit: non iis etiam cogitatis impedimentis, quæ aliorum stultitia & improbitate possent objici. *Wolfius.*

6 Εἰ δὲ μὴ, τὴν πρώτην προθύμως ἐφήξεις.] Ita quidem habet editio, quam secuti sumus; ast in aliis omnibus vocem ἐφήξεις non invenimus, In Wolfiana legitur: Εἰ δὲ μὴ, τὴν μὲν πρώτην προθύμως ἥξεις: & simili quoque modo in Salmaliana. Sed in Wolfiana pro varia lectione collocatum est, προθύμως ἄρξεις, ἅτε μηδὲν τῶν, &c.

† Τὴν μὲν πρώτην· ellipsis, pro κατὰ τὴν πρώτην ὁδὸν, *primo pedatu*, ut Plautus. innuit hoc, si τὰ καθηγούμενα *antecessiones*, solum, prius consideraverit, alacriter suscepturum negotium.

7 Ἀπαραίνετων τινῶν αἰσχρῶν. *Turpibus aliquibus exortis.*] Turpis est plerumque & ridiculus temeritatis exitus, ut & ipsa turpis est per sese. Possit fortassis pro αἰσχρῶν legi δυσχερῶν, molestiis subortis. etsi verbum αἰσχυνθήσῃ τῷ αἰσχρῶν bene convenit. Salvo tamen aliorum judicio. *Wolfius.*

λέ.

[1] Θέλεις ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγὼ, νὴ τοὺς θεούς· κομψὸν γάρ ἐστιν. ἀλλὰ σκόπει καὶ τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα. καὶ [2] οὕτως ἅπτου τοῦ ἔργου. Δεῖ σ' εὐτακτεῖν, [3] ἀναγκοτροφεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, [4] γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ἐν ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, [5] μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν. Ἁπλῶς, [6] ὡς ἰατρῷ παραδεδωκέναι σεαυτὸν [7] τῷ ἐπιστάτῃ. [8] Εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι. Ἔστι δὲ ὅτε [9] χεῖρα βλαβεῖν, σφυρὸν στρέψαι, [10] πολλὴν ἀφὴν

CAP. XXXV.

Vis Olympia vincere? Et ego medius fidius: præclarum enim habetur. Sed considera, quid antecedere, quid sequi soleat: atque ita rem gerendam suscipito. Oportebit te conservare ordinem, vesci ingratiis, abstinere bellariis, exerceri necessario, & certo tempore, in æstu, in frigore: non frigidam bibere, non vinum, ut fieri solet. Ad summam, tanquam medico, sic lanistæ te tradas oportet: Deinde in certamen descendere: aliquando manum lædere; talum distorquere: multum pulveris deglutire: interdum flagris

ἀφῶν καταπιεῖν· [11] ἔσθ' ὅτε μαστιγωθῆναι, [12] καὶ μετὰ τούτων πάντων νικηθῆναι. [13] Ταῦτα πάντα ἐπισκεψάμενος, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν. εἰ δὲ μὴ, ὡς τὰ παιδία ἀναστραφήσῃ. ἃ νῦν μὲν παλαιστὰς παίζει, [14] νῦν δὲ αὐλητὰς, νῦν δὲ μονομάχους, [15] εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ· οὕτω καὶ σύ. νῦν μὲν ἀθλητὴς, νῦν δὲ μονομάχος, [16] εἶτα ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος· ὅλῃ δὲ τῇ ψυχῇ οὐδέν· ἀλλ' ὡς πίθηκος, [17] πᾶσαν θέαν, ἐὰν ἴδῃς, μιμῇ, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου σοι ἀρέσκει. οὐ γὰρ μετὰ σκέψεως ἦλθες ἐπὶ τὸ ἔργον, οὐδὲ [18] περιοδεύσας· ἀλλ' εἰκῆ, καὶ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν. οὕτω θεασάμενοί τινες φιλόσοφον, καὶ ἀκούσαντες οὕτω τινὸς λέγοντος, [19] ὡς εὖ Σωκράτης λέγει; [20] καίτοι τίς οὕτω δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος; θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν.

gris cædi: & vinci post hæc omnia. His omnibus consideratis, pugilum certamen suscipe, si lubet adhuc. Sin minus, ut pueri resilies: qui nunc pugiles ludunt, nunc tibicines, nunc gladiatores: jam tuba canunt, jam tragœdias repræsentant. Tu quoque sic, nunc pugil, mox gladiator, postea orator, demum philosophus: toto autem animo nihil: sed ut simius, quicquid spectaveris, imitabere, atque aliud ex alio adamabis. Nec enim suscepta cogitatione quicquam es aggressus, aut explorasti prius: sed temere appetitus levitatem secutus. Sic aliqui, philosopho spectato, & audito aliquo dicente sic: Quam recte dicit Socrates! vel sic: Quis ita differere potest ut ille? ipsi etiam philosophari volunt.

1 Θέλεις ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγώ, νὴ τοὺς Θεούς.] Animadverte quæso, quantum à vulgata lectione recedat Salmasiana editio: Μέλει σοι ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγώ, τὸν Θεόν. Vulgata lectio mihi videtur præferenda, quia Epictetus cap. XXXVIII. patrios ritus circa religionem, & pluralitatem Deorum diligenter inculcat.

2 Καὶ οὕτως ἅπτου τοῦ ἔργου.] Ita omnes, quas vidi habent editiones, Salmasiana excepta, ubi legitur: Καὶ οὕτως ἅπτου τοῦ ἔργου. Illud etiam Wolfius suæ editioni adposuit.

3 Ἀναγκοτροφεῖν. *Vescendum vel invito.*] Plinius libro decimooctavo: Athletarum (inquit) capacitas, jumentorum similis. Et Galenus in exhortatione ad artes discendas, οἱ ἀθλητικοὶ (inquit) τροφὰς προσφέρονται σὺν ἀνάγκῃ πολλάκις, ἄχρι μέσων νυκτῶν ἐκτείνοντες τὴν ἐδωδήν. Pugiles sæpe coacti edunt, cœna in medias usque noctes producta. *Wolfius.*

Ἀναγκοτροφεῖν.] Vidi editionem hujus *Enchiridii*, quæ hunc titulum præfert: *Epicteti Enchiridium*, &c. *cum versione Latina accuratius & fidelius examinata*: Paris. 1653. In hanc apud amicum repertam, cum oculos fortasse conjecissem, Deus bone! quam miratus sum, in loco tam illustri, tanta doctorum celebritate, homines tanta confidentia reperiri, ut ignorantiæ suæ conscientia à vanissimis & ineptissimis pollicitationibus & inceptis eos non deterreat. Hoc certe in ista editione, evolutis aliquot paginis observavi, Wolfii quidem versionem ut plurimum exhiberi: sed eam locis haud paucis, ex ignorantia tum rerum, tum verborum, turpissime depravatam. Ex uno loco de cæteris (neque enim tanti sunt ista, ut diutius immoremur:) judicet Lector. Cum priores versiones infelicissime, præter rem: (quis enim *necessariis vesci*, inter ea, ad quæ patientia & æquanimitate opus est, recenseat?) & notissimum vocis ipsius usum (Aristoteles vel unus suffecerit, qui Politicorum lib. θ'. cap. δ'. ἀναγκοφαγίαν, τὴν βίαιον τροφὴν interpretatur:) *necessariis vesci* nisi forte hoc ipsum ab infrunitis correctoribus, cum *necessario vesci* autographa exhiberent 1) reddidissent: rejecta Wolfii versione, qui *edere ingratiis* optime expresserat; insulsissimum illud *necessariis vesci* revocarunt; & *studiose*, (ut ipsi profitentur; sed miseræ, quæ talibus magistris utitur) juventuti obtruserunt. Athletarum ἀναγκοφαγία adeo res lippis & tonsoribus, ex Galeno aliisque, nunc nota, ut pigeat ab aliis congesta, hic transcribere. Legantur saltem, qui de rebus *athleticis* & *agonisticis* scripsere. *Casaubonus.*

4 Γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην.] Id est, ἀκοντας καὶ ἀναγκαίως, invitos & necessario: sicut dicimus πρὸς βίαν, de iis quæ coacti facimus. *Wolfius.*

5 Μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν. *Non vinum, ut contigit.*] Non suo arbitratu, sed præfinito, & ex præscripto. *Idem.*

6 Ὡς ἰατρῷ παραδεδωκέναι σεαυτὸν ἐπιστάτῃ.] Hinc Hippocrates τοὺς ἀθλητὰς & τοὺς τῶν νόσων ἕνεκα γυμναζομένους τε καὶ ταλαιπωρέοντας in *Prorrhet.* secundo jungit, ob instituti similitudinem. Quam severi autem disciplinæ exactores essent hi ἐπιστάται, ex isto quoque maxime Magistri tractatu discamus: quo id etiam pertinebat, (ad terrorem exercentium se scil.) quod eo solertiæ pervenisse se vulgo jactabant, ut si tironum aliquis in potu cibove, vel alio quovis genere præter imperatum & præscriptum, quamvis absente magistro, quid admisisset; id ipsi certis se indiciis, observato modo præsenti corporis habitu, deprehendere posse dicerent. Hoc Hippocrates quatenus verum, id est, arti & rationi consonum: quatenus autem nulla naturæ ratione fultum, ac proinde nugatorium curiose & prudenter examinat. Ὑπὸ σμικρῶν γὰρ

κόνιος βλάπτεσθαι τὰ ὑποτεταγμένα. mendo insignissimo, (quod tot interpretes non animadvertisse, non possum non mirari:) pro βάλλεσθαι τὰ ὑπονοήματα· νοῦς βάλλεσθαι· vel εἰς νοῦν βάλλεσθαι, pro *animo percipere: animadvertere*: nota locutio. Ait igitur, nullum tale signum dari, quo mens feriatur seu afficiatur, neque bonum, neque malum; quo signo niti talis conjectura, vel divinatio possit. *Casaubonus.*

7 Τῷ ἐπιστάτῃ.] Magistro, lanistæ: quem παιδοτρίβην alias appellant, ab exercendis pueris, & γυμναστάρχην. *Wolfius.*

8 Εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι.] Aliter Arriani codices exhibent: Εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύσσεσθαι ἐστιν. ὅτε χεῖρα ἐμβαλεῖν. ὀφρῦν (Wolfii versio & notæ ὀσφῦν) στρέψαι· πολλὴν ἁφὴν καταπ. &c. Mihi vix dubitandum videtur, quin istud παρέρχεσθαι, quod hic habemus, (loco, nemo non videt, alieno:) ab illis sit, qui τὸ παρορύσσεσθαι quo pertineret hic, non intelligebant (ut hodie passim videmus in omni studiorum genere) quia pravum putabant τὸ παρέρχεσθαι ejus loco substituerunt. Favet huic conjecturæ quod hodieque quidam codices ἐν τῷ ἀγῶνι. non, εἰς τὸν ἀγῶνα, exhibent; ut ex *variis* Plantin. edit. *lectionibus* discimus. Ne nunc quidem fortasse post non parvam super hoc verbo doctiss. inter viros controversiam, cujusvis quæ vera notio sit hoc loco, dicere. Nos tamen nullo studio adducti, non affectibus (in aliis, ut res ferebat, liberrime dissentire, nulla religione prohibiti:) indulgentes; sed judicio solo impulsi, iis ut verissimis acquiescimus, quæ à ven. m. parente in *Lectionibus Theocritis* tradita sunt. *Casaubonus.*

9 Χεῖρα βαλεῖν.] Argentinensis codex habet βλαβεῖν. sed βλαβῆναι rectius legi videtur, quam ἀποβαλεῖν, aut λαβεῖν. Quod si χεῖρα βαλεῖν pro injicere manus adversario. & χεῖρα λαβεῖν prehendere intelligas (est enim quinquercionum, & impellere & attrahere adversarium) ut sententia per se absurda non sit: huic tamen loco non conveniet, in quo de infelici luctæ eventu agitur. *Wolfius.*

Χεῖρα βλαβεῖν.] Pleræque editiones βαλεῖν. Wolfius conjicit, βλαβῆναι. Sed verior fortasse ex Arriano lectio, ἐκβαλεῖν. ut quidem legit ibi ὁ μακαρίτης, loco supra citato. *Casaubonus.*

10 Πολλὴν ἁφὴν καταπιεῖν *Multam haphen deglutire.*] Hoc quid sit, declarat Ovidius libro nono Metamorphoseon:

Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis,
Inque vicem fulva tactu flavescit arena.

ἁφὴ tactus, παρὰ τὸ ἅπτεσθαι a tangendo, hic arenam seu pulverem significat, pulvis enim a pugnantibus jactari solet, qui Græce ἁφὴ dicitur Budæo ad L. athletas. ff. de iis qui notantur infamia. Hinc Proverb. citra pulverem. *Wolfius.*

11 Ἔσθ' ὅτε μαστιγωθῆναι. *Interdum flagris cædi.*] Salmasianæ editionis lectionem cæteris præferrem: Ἔστι δὲ ὅτε καὶ μαστιγωθῆναι. Quia paulo ante scriptum reperimus: Ἔστι δὲ ὅτε χεῖρα βλαβεῖν. Non respicit hoc loco Epictetus festum Σκιερίαν, quod olim in honorem Bacchi celebrabatur in urbe quadam Arcadiæ, Alea dicta, ubi fœminæ ese insigniter ex jussu oraculi Delphici flagellabant, de quo apud Pausan. l. VIII. legimus: Sed respicit procul dubio hic nobilissimum illud Græciæ festum, quod singulis annis apud Lacedæmonios celebrabatur. Meminit inter alios hujus festi, Διαμαστιγώσεως dicti, Plutarchus in Laconicis Institutis, cum inquit. Οἱ παῖδες, παρ' αὐτοῖς ξαινόμενοι μάστιξι δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος, μέχρι θανάτου πολλάκις διακαρτεροῦσιν, ἱλαροὶ καὶ γαῦροι, ἁμιλλώμενοι περὶ νίκης πρὸς ἀλλήλους, ὅστις αὐτῶν ἐπιπολύ τε καὶ μᾶλλον καρ-

καρτερήσῃ τυπτόμενος. καὶ ὁ περιγενόμενος, ἐν τοῖς μάλιστα ἐπίδοξός ἐστι· καλεῖται δὲ ἡ ἅμιλλα Διαμαστίγωσις· γίνεται δὲ καθ' ἕκαστον ἔτος. Hoc est: *Pueri per integrum diem flagellis casi, sæpenumerò ad mortem usque apud Dianæ Orthiæ aram, læti alacresque tolerant, atque inter se de victoria certant, in eo posita, quis diutius magisque perferat verbera. victoremque summa consequitur gloria. Certamen illud Flagellatio dicitur, & quotannis habetur.* Et Cicero Tusc. II. *Sparta vero pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut multus è visceribus sanguis exeat, nonnunquam etiam, ut cum ibi essem audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, sed ne ingemuit quidem.* Iterum Tusc. V. *Pueri Spartiatæ non ingemiscunt, verberum dolore laniati.* Lege quoque Lucianum de Gymn. Tertullianum ad Martyres cap. IV. Pausaniam lib. III. atque alios. Reperiuntur etiamnum hodie inter Romanæ fidei Monachos, qui annua flagellatione expiantes delicta sua, *Disciplinantes* appellantur.

12 Καὶ μετὰ ταῦτα πάντα νικηθῆναι.] Wolphiana & Plantiniana pro varia lectione exhibent · καὶ μετὰ τῶν πάντων, νικηθῆναι.

13 Ταῦτα πάντα ἐπισκεψάμενος.] Ita legitur in omnibus editis. Sola Salmasiana vocem πάντα expungit, forte quia jam præcesserat, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα νικηθῆναι.

14 Νῦν δὲ αὐλητάς.] Quanta cura & diligentia Salmasianæ editioni præfectus Enchiridii textum ex vetetibus libris recensuerit, vel hinc manifeste liquet, quod hæc verba plane prætermiserit, quæ tamen in versione leguntur.

15 Εἶτα σαλπίζει.] Salmasiana sola: νῦν δὲ σαλπίζει.

16 Εἶτα ῥήτωρ.] Et hoc loco Salmasiana recedit à vulgatis legendo, νῦν δὲ ῥήτωρ.

17 Πᾶσαν θέαν ἐὰν ἴδῃς.] Ita etiam Salmasius: Sed præter hanc lectionem Wolfius quoque habet: Πᾶσαν θέαν ἣν ἐὰν ἴδῃς.

18 Περιαδεύσας.] Ita confidenter emendavi pro περιοδεύσας, quod in Salmasiana aliisque editionibus conspicitur. Lectionem veram, quam reposuimus, in Wolphiana & Plantiniana editione pro varia lectione margini adscriptam repetiet lector.

19 Ὡς εὖ Σωκράτης.] Arrian. Εὐφράτης: quod Wolfius merito præfert. *Casaubonus.*

Salmasius, & omnes quas vidi editiones habent: Ὡς εὖ Σωκράτης. Wolfius vult legi: Ὡς καλῶς Εὐφράτης.

20 Καί τοι τίς οὕτω δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος.] Sic quidem in plurimis excusum reperies, sed in Salmasiana. Καὶ τίς δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος. Horum verborum versionem sequimur. Aliam exhibent Plantiniana & Wolph. *Quam recte dicit Socrates? Enimvero quis ita disserere potest ut ille?*

λϛ'.

1 Ἄνθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι, ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα. εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαστάσαι· πένταθλος εἶναι βούλει, ἢ παλαιστής;

CAP. XXXVI.

Homo, primum considera, cujusmodi sit res. Deinde, natura quoque tua eamne ferre queat, explora. Quinquercio esse vis, aut palæstrita? Brachia tua in-

λαιςής; ἴδε σεαυτȣ̃ τȣ̀ς βραχίονας, τȣ̀ς μηρȣ̀ς, τὴν ὀσφὺν κατάμαθε. Ἄλλο γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. Δοκεῖς, ὅτι ταῦτα ποιῶν, ὡσαύτως δύνασαι ἐσθίειν, ὡσαύτως πίνειν, [2] ὁμοίως δυσαρεςεῖν; ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀπελθεῖν, [3] ὑπὸ παιδαρίȣ καταφρονηθῆναι, ἐν παντὶ ἧττον ἔχειν, ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ, ἐν δίκῃ, ἐν πραγματίῳ παντί. ταῦτα ἐπίσκεψαι, εἰ θέλεις [4] ἀντικαταλλάξασθαι τȣ́των ἀπάθειαν, ἐλευθερίαν, ἀταραξίαν· εἰ δὲ μὴ, πρόσαγε, μὴ, ὡς τὰ παιδία, νῦν φιλόσοφος, ὕςερον δὲ τελώνης, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα ἐπίτροπος Καίσαρος γένῃ. [5] ταῦτα ȣ̓ συμφωνεῖ. [6] ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον, ἢ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν εἶναι· ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σαυτȣ̃, ἢ τὰ ἐκτός, ἢ [7] ἐπὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ τὰ

tuere; femora & lumbos considera. Nam aliud alio natura pertinet. Putasne, te, hæc aggressum, æque posse edere, æque bibere, æque fastidire? Vigilandum est, laborandum, à tuis recedendum; à puero contemni, in omnibus deteriori conditione esse, in honore, in magistratu, in judicio, in negotio quolibet, oportebit. Hæc considera; tecumque statue, an his rebus redimere velis animi tranquillitatem, libertatem, constantiam. Sin minus; vide ne, ut pueri, nunc philosophus, mox publicanus, post orator, denique Cæsaris procurator fias. Ista non consentiunt: unum te oportet hominem, eumque vel bonum vel malum esse; aut excercenda tibi ratio & mens est, aut, res externæ excolendæ: aut in internis elaborandum, aut in externis: hoc est, aut philosophi tuendus lo-

τὰ ἔξω· τουτέστιν, ἢ φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτου.

locus, aut hominis plebeji.

1 Ἄνθρωπε πρῶτον ἐπίσκεψαι. *Homo primum considera.*] Vt palæstræ & luctæ, sic philosophiæ non quemlibet esse idoneum significat: utrique opus esse patientia & corporis & animi. Quibus bonis qui destituatur, umbrarilis potius & pugil & philosophus futurus sit, quam verus. Deterret igitur, ut apparet, homines molles & delicatos à philosophia: aut potius ad ejiciendam ex animo istam mollitiem adhortatur, & excitat. Vt enim scopum istum à philosophia propositum non attingamus:

Est aliquo prodire tenus, si non datur ultra.

Præstat partem aliquam stultitiæ & vitiositatis abjicere, quam integram utramque retinere. Proponitur ἀπάθεια, boni consulamus μετριοπάθειαν. Præstat moderate irasci, quam furere, si iræ plane resistere non possis. Hoc idem de aliis quoque affectibus intelligatur. *Wolfius.*

2 Ὁμοίως δυσαρεστεῖν. *Æque fastidire.*] Refero ad fastidium morosorum hominum, in cibo & potu præsertim. δὶς ἀριστᾷν, bis prandere, videtur ineptum; nisi per alterum prandium, jentaculum intelligatur, κατ' ἀκυρολογίαν. Plato certe epistola septima, negat quenquam posse fieri sapientem, virtutisque compotem δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῶντα, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ, qui more Italico & Siculo, bis eodem die impleatur, & noctu nunquam solus dormiat. Quod autem antecedit, δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν, pronomen ταῦτα, sensum ambiguum facit. Sed referendum est ad philosophiam, non ad quinquertiones, quorum exempli gratia mentio incidit. Igitur ταῦτα ποιῶν, τὰ τοῦ φιλοσόφου, ἢ τοι φιλοσοφῶν· ea quæ philosophorum sunt, sive, si philosopheris. *Idem.*

3 Ὑπὸ παιδαρίου καταφρονηθῆναι. *A puero contemni.*] Philosophi utique contemni vulgo solent, pugiles vero sunt admirationi. *Idem.*

4 Ἀντικαταλλάξασθαι τούτων ἀπάθειαν. *Redimere animi tranquillitatem.*] Qui turbulentis affectibus, ut ira, metu, cupiditate vehementi, sæpe agitatus, tranquilli animi qualemcunque gustum semel duntaxat ceperit: eum haud dubie quovis pretio redimendum putabit. Sed subinde oggannit prava consuetudo, animi tranquillitatem negatam esse homini: neque frustra affectandum, quod contingere nequeat, in nullis præsertim, aut rarissimis exemplis, iisque imperfectis, & ideæ philosophicæ nequaquam respondentibus. Proficeremus tamen aliquid, si conaremur, & nervos intenderemus. Id quod in iis cernimus, quos non philosophia, sed fortuna durius & diutius exercuit, quam multa illi ferunt æquis & constantibus animis, quæ alii nullo modo posse ferri existimant? Sed fit illud consuetudine & stupore quodam: philosophica vero æquanimitas ratione moderatrice gloriatur. *Idem.*

5 Ταῦτα οὐ συμφωνεῖ.] Ita plurimæ habent editiones. Wolfius legit male, ταῦτα ἐν συμφωνεῖ. Sed huic lectioni veram adposuit legendo: ταῦτα οὐ μὴ συμφωνεῖ.

6 Ἕνα δεῖ σε ἄνθρωπον. *Vnum te oportet esse hominem.* Verissimum præceptum, ac potius oraculum, cui me ab ineunte ætate non paruisse quantopere pœniteat, dici non potest. Fui modo scholasticus, modo scriba, modo aulicus, modo pædagogus, modo Bibliothecæ præ-

fectus, modo scholæ gubernator: idque eo usque, ut nunc quid sim, pene ipse ignorem. Mirabiliter distrahit varietas, & crebræ mutationes, ingenium. Quod si mihi in uno Philosophiæ studio ab ineunte ætate elaborare licuisset, cui me fuisse natum arbitror: fortasse profecissemus aliquid. Verum ira cum iis agitur, qui nec ipsi sapiunt, & bonorum doctorumque consiliis in adolescentia destituuntur. Magis tamen reprehendendi sunt, qui recte monentibus non obtemperant: & discendi occasione vel non utuntur per socordiam, vel abutuntur ad luxum, nequitiam, & omnis generis malitiam. *Wolfius.*

7 Ἐπὶ τὰ ἴσω.] Salmasiana & Plantiniana, *περὶ τὰ ἴσω.*

λζ΄.

[1] Τὰ καθήκοντα ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. Πατήρ ἐστιν; ὑπαγορεύεται, ἐπιμελεῖσθαι, παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδοροῦντος, παίοντος. Ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι. Μή τι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει [2] ᾠκειώθης; οὐκ, ἀλλὰ πρὸς πατέρα. [3] ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν [4] τὴν πρᾶξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλὰ τί σοι ποιήσαντι, κατὰ φύσιν, ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. οὕτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ

CAP. XXXVII.

Omnia officia in universum mutuis affectionibus sunt metienda. Pater est? præcipitur, curam ejus agendam, cedendum ei in omnibus; si convicietur, si verberet, ferendum esse. At pater malus est. Numquid igitur natura cum bono patre conjunctus es? Non, sed cum patre. Frater te lædit? Tu igitur munus tuum erga ipsum tuere; nec, quid ille agat, considera; sed, quibus rebus agendis tuum institutum naturæ futurum sit consentaneum. Te enim alius non lædet, nisi ipse velis. Tum autem læsus eris, cum te lædi existimaris. Sic igitur vicini, sic civis, sic imperatoris officium invenies, si mutuas

τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν.

tuas affectiones spectare consueveris.

1 Ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται.] Affectiones adhibentur tanquam norma quædam ad officia metienda. Alias εὑρίσκεται reperiuntur. σχέσεις appellat τὰ πρός τι, ea quæ cum aliquo conferuntur: quare affectiones, quam habitus, vertere malui. *Wolfius.*

Multa de his verbis & verborum sententia b. m. patens, in Persium *Commentario. Casaubonus.*

Σχέσιν in genere dicit esse Simplicius ordinem quorundam inter sese ac mutuum respectum: eumque vel à natura institutum, vel voluntate susceptum. Illius exemplum proponit Epictetus in patre, hujus in vicino, cive, imperatore. Sunt enim hæc ex iis, quæ Aristot. τὰ πρός τι appellat, Latini relata; inter quæ est mutua relatio, sive respectus; quem σχέσιν vocant Græci. Vide cap. LXV. *Snecanus.*

2 Οἰκειώθης, ἀλλὰ πρὸς πατέρα.] Videtur interrogative legendum οἰκειώθης, conjunctus es? & addenda negatio, οὐκ ἀλλὰ πρὸς πατέρα. Non, sed cum patre. Sed & hic statim occurrit: Si pater pro hoste se gerit, cur ego me pro filio geram? In promptu est responsio; Aliena improbitas non est imitanda. At difficile est amare hostem: Difficilia, quæ pulchra. At ista laude carere malo. Tuo utique malo. Quem vero fructum ex alienæ improbitatis imitatione capis? Nullum, opinor; atque utinam non impietatis etiam, aut certe neglecti officii condemneris. Animi tranquillitate omnino carebis, morsu conscientiæ non carebis. *Wolfius.*

3 Ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τὴν τοιγαροῦν τὴν πρᾶξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, &c. *Frater te lædit? Tu igitur munus tuum erga ipsum tuere.*] Parum abest, quin hic exclamem. O Sancte Epictete! Nam merum mel Christianum tua verba redolent, conveniuntque prorsus cum illis, quæ ipse Christus Matth. 18. 21. & aliis locis inculcat.

4 Τὴν πρᾶξιν.] Imo τὴν τάξιν (*ordinem*) ut Simplicius & *Paraphrast.* nec est dubitandi locus. *Casaubonus.*

λή.

Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν. ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, [1] ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως· καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ [2] εἴκειν

CAP. XXXVIII.

Religionis erga deos immortales præcipuum illud esse scito, rectas de eis habere opiniones: ut sentias, & esse eos, & bene justeque administrare universa: parendum esse eis, & omnibus iis, quæ fiant, acquiescendum: & se-

[2] εἴκειν πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα, ὡς [3] ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε [4] μέμψῃ ποτὲ τοῖς θεοῖς, οὔτε ἐγκαλέσεις, ὡς ἀμελούμενος. [5] ἄλλως τε οὐχ οἷόν τε τοῦτο γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὡς ἄν γέ τι ἐκείνων ὑπολάβῃς, ἀγαθὸν ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς, ὧν θέλῃς, καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλῃς, μέμψασθαί σε καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῶον, τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι. τὰ δὲ ὠφέλιμα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι καὶ [6] τεθηπέναι. ἀμήχανον οὖν, βλάπτεσθαί τινα οἰόμενον, χαίρειν τῷ δοκοῦντι βλάπτειν. ὅθεν καὶ τὸ τῇ βλάβῃ χαίρειν ἀδύνατον. [7] ὅθεν καὶ πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοι-

λοι-

sequenda ultro; ut quæ à mente præstantissima regantur. Sic enim nec incusabis eos unquam, nec ab eis negligi te conquereris. Aliter autem id fieri nequit, quam si iis, quæ in potestate nostra non sunt, relictis, tam bona quam mala in iis, quæ in nobis sita sunt, collocaris. Nam si quid illorum senseris esse bonum aut malum, aliter certe fieri non poterit, quin cum iis frustratus fueris quæ velles, & in ea, quæ nolles, incideris, & culpes & oderis illarum rerum auctores. Illud enim natura est insitum omni animantium generi, ut ea quæ nocitura videantur, eorumque causas fugiant & aversentur: contra, utilia, & causas eorum, persequantur & admirentur. Nulla igitur ratio est, ut hic, qui noceri sibi putat, eo lætetur, quod nocere videatur: unde etiam, ipso damno ut gaudeat, fieri nequit. Hinc fit, ut & patri filius convitietur, cum ea, quæ in bo-

nis

λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν εἶναι, τῷ παιδὶ μὴ μεταδιδῷ. [8] καὶ Πολυνείκην καὶ Ἐτεοκλέα τοῦτο πολεμίους ἀλλήλοις ἐποίησε, τὸ ἀγαθὸν οἴεσθαι τὴν τυραννίδα. διὰ τοῦτο ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεούς, διὰ τοῦτο ὁ ναύτης, διὰ τοῦτο ὁ ἔμπορος, διὰ τοῦτο οἱ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἀπολλύντες. [9] Ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. Ὥστε ὅστις ἐπιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ τοῦ ἐκκλίνειν, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ τῆς εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. σπένδειν δὲ, καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι [10] κατὰ τὰ πάτρια, [11] ἑκάστοις προσήκει, [12] καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ γλίσχρως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

nis habentur, filio non impertierit: & illud est quod inter Eteoclem & Polynicem bellum concitarit, quod bonum existimabant imperium. Hac de causa Deos execratur agricola, ob hoc nauta, ob hoc mercator, ob hoc ii, qui liberos & uxores amittunt. Nam ubi utilitas, ibi etiam est pietas. Quamobrem qui id dat operam, ut sic & appetat & aversetur, quemadmodum decet; is eadem opera & pietati dat operam. Libandum autem & sacrificandum, & offerendæ primitiæ sunt unicuique, ritu patrio: caste, non luxuriose, nec indiligenter, nec sordide, nec supra facultates.

1 Ὡς ὄντων καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως.] Plane eadem sententia in Epist. ad Hebr. 11. 6. Πιστεῦσαι δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ ὅτι ἐστὶ (Epict. ὡς ὄντων eodem verbo:) καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης (in quo δικαιοσύνη ejus versatur) γίνεται: hoc tantum discrimine, quod Epictetus pro fastigio habet, quod Sanctus Apost. pro fundamento: quæ tamen eodem ferme redeunt; & ἀρχὴ (ut in istis, ἀρχὴ τῆς Σοφίας, &c.) utrumque complectitur. *Casaubonus.*

2 Εἴκειν πᾶσι τοῖς γιν.] In omni-

bus

bus hactenus editis sic legitur, in sola Salmasiana additur præpositio: εἰπεῖν ἐν πᾶσι τοῖς γινομ.

3 Ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης.] Wolfius, præter hanc lectionem, habet: ἐπὶ τ' ἀρίστης γνώμης.

4 Μέμψῃ ποτὲ τοῖς Θεοῖς.] Suæ editioni Wolfius adscripsit: μέμψῃ ποτὲ τοὺς Θεούς. Sed eodem res redit; siquidem deponens illud μέμφομαι *incuso*, *reprehendo* apud classicos auctores cum genitivo, dativo & accusativo constructum reperiatur.

5 Ἄλλως τε.] Meliorem lectionem Wolfius textui inseruit, scilicet ἄλλως δέ.

6 Τεθηπέναι.] Est infinitivus præter. med. verbi θήπω. *Stupeo*, *cum stupore admiror*. Duo tantum hujus verbi tempora in usu sunt, præt. medium:& Aoristus secund. Sed præteritum illud sæpius pro præsenti usurpatur, quemadmodum etiam hoc loco ab interprete vertitur. Sed Wolfius pro varia lectione habet, τεθαυμακέναι à θαυμάζω *in admiratione habeo*.

7 Ο῎θεν.] Wolfius contendit debere legi ἔνθεν.

8 Καὶ Πολυνείκην, καὶ Ἐτεοκλέα τοῦτο πολεμίους, &c. *Et illud est quod inter Eteoclem & Polynicem bellum concitarit.*] Consule Pausaniam, qui lib. nono totam horum fratrum historiam copiose explicat.

9 Ο῎που τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. *Ubi utilitas, ibi pietas.*] O admirabilem sententiam, atque adeo in speciem impiam! sed ita tractatam, ut & humani animi simulationem retegat, & religioni vix quicquam possit magis esse conseutaneum. *Wolfius.*

Illustris sententia, qua nihil unquam gravius aut verius ex Phœbi cortina: ut nos alibi fuse disputavimus; & quæ de *filiali* cultu, *mercenario* opposito, vulgo jactantur, meras esse τερατολογίας & λογομαχίας ex ambiguitate verbi *mercedis* & *utilis* orras, planum fecimus. *Casaubonus.*

10 Κατὰ τὰ πάτρια. *Ritu patrio.*] Cum pietas in animo posita sit: de cæremoniis non magnopere putat esse laborandum. Quod si nostro sæculo persuaderi posset, tranquillius viveretur. Persuaderi autem posset, si potius è religione vivere, quam de religione disputare studeremus: si veritatis cupidiores essemus quam vanitatis, hoc est, ambitionis, æmulationis, avaritiæ, ultionis, & si quæ sunt aliæ pestes animorum. *Wolfius.*

Κατὰ τὰ πάτρια. *Patrio ritu.*] Dormitas mi Epictete! Non jam Philosophum, sed Politicum agere videris. Politici enim ubique terrarum patrios ritus, id est ejusmodi religionem & ceremonias amplecti jubent, quæ supremæ potestatis auctoritate constitutæ sunt. Si tibi vita degenda sit sub Turcarum, Pontificiorum vel Reformatorum imperio, auctores erunt Politici, ut eam externe profitearis, quam suprema majestas ibi confirmavit atque sanciit. Ast sincerus Philosophus in sanctissimo gravissimoque religionis negotio non aliorum auctoritatem, sed veritatem ex recta ratione deductam amplectitur. Quia Socrates patrios ritus rejecit, καὶ τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν mutare recusavit, à Politicis veneno extinctus est. Sed longe aliter se res habet cum Christiana religione, quæ pias fraudes non admittit, & in qua externa professio cum interna convenire necesse habet, jubetque ut Deum colamus non secundum patrias leges, sed secundum illas, quas in verbo suo nobis præscripsit

† Aliena prorsus sunt, quæ hic sive Berckelius, sive alius quispiam Epicteto opponit, cujus sententiam Wolfius modo simplicissime exposuit. Nam quod hic regeritur, Philosophum in negotio religionis non aliorum auctoritatem, sed veritatem sola ratione deductam amplecti, id verum est, quod ad sententiam de religione ac veritatibus divinis, non

non vero quod ad ceremonias, de quibus Philosophus non magnopere laborat. Atque eam ob causam Epictetus τὸ σπένδειν ac θύειν, verbo, ritus omnes externos, ita jubet observari, ut summam religionis in animi habitu, καθαρῶ ponat. Egregie huc facit, quod dicit Socrates Hist. Eccl. l. v. c. XXII. οὐδεμία τῶν θρησκειῶν τὰ αὐτὰ ἔθη φυλάττει, κἂν τὴν αὐτοῦ περὶ τούτων δόξαν ἀσπάζηται, *nulla religionis secta easdem observat ceremonias, licet eandem de Deo sententiam amplectatur.*

11 Ἑκάστοις. *Vnicuique.*] Alias ἑκάστοτε, quovis tempore. *Wolfius.* Wolfius pro varia lectione suæ editioni ἑκάστοτε adjunxit. Omnes quas vidi editiones habent ἑκάστοτε, excepta Salmasiana, quæ sola ἑκάστῳ habet.

12 Καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως.] Intelligerem pro εἰλικρινῶς, καὶ μὴ ὑποκεκριμένως, ex animo, & non simulate: ni Simplicius scriberet, τὸ ἐπισεσυρμένον μεταλαμβάνει τινὸς ἐκ τοῦ ἐδάφους ἀκαθαρσίας. Id quod attrahitur, sordibus à solo contaminatur. Eo igitur auctore, hoc loco frugalitas luxui, aut mundities sordibus opponitur. *Wolfius.*

λθ΄.

Ὅτι μαντικῇ προσίῃς, μέμνησο, [1] ὅτι μὲν, ὡς ἀποβήσεται, οὐκ οἶδας, ἀλλὰ ἥκεις ὡς ἀπὸ τοῦ μάντεως ἀποπευσόμενος. Ὁποῖον δέ τι ἐστὶν, ἐλήλυθας εἰδὼς, εἴπερ εἶ φιλόσοφος. εἰ γάρ ἐστί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, πᾶσα ἀνάγκη μήτε ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, μήτε κακόν. μὴ φέρε οὖν πρὸς τὸν μάντιν, ὄρεξιν ἢ ἔκκλισιν· εἰ δὲ μὴ, τρέμων αὐτῷ πρόσει. ἀλλὰ διεγνωκὼς, [2] ὅτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον, ἀδιάφορον, [3] καὶ οὐδὲν πρός σε. ὁποῖον δ' ἂν ᾖ, (ἔσται γὰρ αὐτῷ χρήσασθαι καλῶς,) καὶ

CAP. XXXIX.

Ad vatem accessurus, memento, te negotii eventum ignorare; sed ea de causa adesse, ut eum è vate cognoscas. Quale autem id esset, utique, cum venires, scivisti, siquidem philosophus fueris. Nam si ex eorum numero fuerit, quæ in nostra potestate non sunt: nec bonum esse, neque malum, omnino est necesse. Noli igitur ad vatem afferre vel appetitionem, vel aversationem: alioqui tremens eum acces des. Sed illud constitutum esse oportet, nihil inter quemvis eventum interesse: neque ad te attinere eum, cujuscunque modi sit:

καὶ τοῦτο οὐδεὶς κωλύσει. Θαῤῥῶν οὖν, ὡς ἐπὶ συμβούλους ἔρχου, τοὺς θεούς· καὶ λοιπὸν, ὅταν τι συμβουλευθῇ, + μέμνησο, τίνας συμβούλους παρέλαβες, καὶ τίνων παρακούσεις ἀπειθήσας. ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει. καὶ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης, ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον. Ὥστε ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύεσθαι, εἰ συγκινδυνευτέον. καὶ γὰρ ἂν προείπῃ σοι ὁ μάντις, φαῦλα γεγονέναι τὰ ἱερὰ, δῆλον ὅτι ὁ θάνατος σημαίνεται, ἢ πήρωσις μέρους τοῦ σώματος, ἢ φυγή. ἀλλ' ἔνι λόγος, καὶ σὺν τούτοις παρίστασθαι τῷ φίλῳ καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. τοιγαροῦν τῷ μείζονι

sit: licere enim eo recte uti; neque in eo tibi fore quempiam impedimento. Magno igitur animo deos, ut consiliarios, accedito. Deinde, si quid consilii datum fuerit, memento, quos in consilium adhibueris: & quorum, nisi parueris, auctoritatem sis neglecturus. Sic autem ad oraculum accipiendum accedito, quemadmodum Socrati placebat; iis videlicet de rebus, quarum tota consideratio refertur ad eventum, & in quibus nec ex ratione, nec ex arte alia suppetunt occasiones, ad id quod propositum est, considerandum. Cum igitur vel amicus, vel patria cum periculo defendenda erit; noli consulere vatem, sintne defendendi? Nam si tibi vates prædixerit, exta infausta esse: mortem significari constet, aut alicujus membri truncationem, aut exilium. Sed ratio tamen subest, & cum his illud etiam conjungitur: una cum amico & patria periculum esse adeundum.

ζοι μάντῃ † πρόσεχε τῷ Πυθίῳ, ὃς [7] ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ τὸν οὐ βοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ φίλῳ.

dum. Quamobrem ad majorem venito vatem Pythium: qui templo ejecit eum, qui amico in vitæ periculo non succurrisset.

1 Ὅτι μὲν, ὡς ἀποβήσεται, οὐκ οἶδας.] Non ineleganter in Salmasiana excusum reperies: μέμνησο, ὅτι τὸ μὲν ἀποβήσεται, οὐκ οἶδας.

2 Ὅτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον ἀδιάφορον. *Quicquid eventurum sit, id esse indifferens.*] Hoc est, neque bonum neque malum per se, sed pro utentis animo vel bonum vel malum. Veteres Stoïci res corporeas & externas, non bona & mala, ut cæteri mortales, sed προηγμένα producta, prælata: & ἀποπροηγμένα rejecta, improbata nominarunt, ἀδιαφορίαν Aristoni, Pyrrhoni & Heryllo tribuit Cicero, quos rerum aliquem delectum reliquisse negat. In horum igitur sententiam inclinasse videtur hic Epictetus. *Wolfius.*

3 Καὶ οὐδὲν πρός σε· ὁποῖον δ' ἂν ᾖ (ἔσται γάρ.] Græca non bene cohærent, nisi ita connectas: καὶ οὐδὲν πρός σε, ὁποῖον ἂν· ἔσται γὰρ αὐτῷ χρήσ. καλῶς, καὶ τοῦτο, &c. sublata parenthesi: vel si quis malit: ita: Ὁποῖον δ' ἂν ᾖ, ἔσται αὐτῷ χρήσ. κ. καὶ τοῦτο, &c. *Casaubonus.*

4 Μέμνησο τίνας συμβούλους παρέλαβες. *Memento quales in consilium adhibueris.*] Necesse est vatum, augurum, aruspicum magnam fuisse in divinando solertiam. Alioqui enim prædictiones eorum, vir tanta gravitate, pro divinis responsis non habuisset. *Wolfius.*

5 Ἀλλ' ἔνι λόγος.] Sic Wolphii editio habet, & pro varia lectione adscripsit; ἐνὶ λόγῳ. Et ita quoque Casauboniana & aliæ. In Salmasiana autem & item aliis legitur: ἀλλ' ὁ ἔνι λόγος. Præstantiorem lectionem eligat lector.

6 Καὶ σὺν τούτοις παρίσταται.] Wolf. *& cum his etiam conjungitur.* Politeque *confirmabit*: quæ valde frigent. Omnino scribendum, ἀλλ' ἔνι λόγος καὶ σὺν τούτοις παρίστασθαι τῷ φίλῳ, καὶ πατρίδι συγκινδυν. id est, *Ratio autem suadet etiam cum his* (i. e. utcunque hæc subeunda sint: θάνατος, πήρωσις, φυγή;) *amico tamen opitulari periclitanti: & cum patria discrimen adire*, &c. Ex omnibus qui mihi visi sunt Epicteti interpretibus, unus *Duviarius*, vir undequaque præstantiss. hunc sensum subodoratus est, dum vertit. *La raison neantmoins vous persuadera, que quand tout cela devroit estre*, &c. Ad rem autem quod attinet ipsam, multa in hanc sententiam Cato apud Lucanum, lib. IX. præclare, ut virum vere Stoïcum decebat: qui etiam Ammonis oraculum, de eventu belli Civilis, cum ejus consulendi facultas oblata esset, & suaderent socii, consulere recusavit, quod eventum, seu *successum* rerum, ad sapientem, qui sola ratione, (nos Christiani *conscientia*, diceremus:) niteretur, ullo modo pertinere negaret. O fidem, Christiano dignam; sed in Christianis inventu raram: *Casaubonus.*

† Πρόσεχε τῷ Πυθίῳ *attendito vati*; sed videtur Wolfius legisse προσέρχου. qui reddiderit, *venito ad vatem*. Sed illud præferendum puto, cum vatum monitis, ut modo, hic quoque parendum esse inculcet, infra c. 56. πρόσεχε μὴ νικήσῃ σε τὸ προσηνὲς αὐτοῦ.

7 Ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ.] Historia est apud Simplicium. *Wolfius.*

μ.

μ'.

Τάξον τινὰ ἤδη χαρακτῆρα σαυτῷ, καὶ τύπον, ὃν φυλάξεις [1] ἐπί τε σαυτοῦ ὤν, καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνων.

CAP. XL.

Præscribe jam tibi formam quandam, & legem, quam custodias: quamque & ipse tecum, & in congressibus hominum observes.

1 Ἐπί τε σαυτοῦ ὤν.] Id est, μόνος καὶ κατ' ἰδίαν. cum solus, & ipse tecum es, hoc est, cum nullis distringeris alienis cogitationibus. *Wolfius.*

μα'.

Καὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων. σπανίως δέ ποτε, [1] καιροῦ παρακολουθοῦντος, ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν, ἀλλὰ περὶ οὐδενὸς τῶν τυχόντων. μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν, μὴ περὶ ἀθλητῶν, μὴ περὶ βρωμάτων ἢ πομάτων τῶν ἑκασταχοῦ λεγομένων· μάλιστα δὲ, μὴ περὶ ἀνθρώπων [2] * λέγοντες, [3] ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες.

CAP. XLI.

Ac majori quidem ex parte silentium præstetur: aut necessaria dicantur, eaque paucis. Raro autem, cum se obtulerit occasio, ad dicendum veniemus: sed non quidvis dicemus: non de gladiatoribus, non de ludis Circensibus, non de pugilibus, non de cibis aut potionibus; quæ res passim inculcantur. In primis autem de hominibus cum verba fiunt, ne eos vel laudemus, vel comparemus, caveatur:

1 Καιροῦ παρακολουθοῦντος. *Tempore comitante.*] Rectius παρακαλοῦντος, advocante, hortante. *Wolfius.*

2 Λέγοντες.] Ita Plantiniana & Wolphiana exhibent, sed Casaubonus ψέγοντες, accurate Leydensem editionem repræsentans, quæ multum à Wolphiana versione abit, hæc & sequentia hunc in modum verten-

tendo: *Inprimis autem ne homines vituperemus, vel laudemus, vel comparemus caveatur.* Sed qui in lingua Græca hospes non est, facile τὸ λέγοντες præfert: nam non scio apud Græcos in usu esse, περὶ ἀνθρώπων ψέγειν.

* Cur τὸ λέγοντες hic præferendum sit, equidem nullus video. Si enim structuram orationis attendas, ea ἀπὸ κοινοῦ sic erit fulcienda, σπανίως ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν· μάλιστα δὲ μὴ περὶ ἀνθρώπων. at qua conditione institutum de hominibus sermonem vetat? si videlicet ψέγοντες ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες, de aliis, aut *vituperantes*, aut *laudantes*, aut *comparantes*, verba faciamus. Dijudicet lector eruditus: mihi sane τὸ λέγοντες hic non supervacuum modo; sed, si retineas, languidam orationem efficere videtur.

3 Ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες. Ἂν μὲν οἷός τε ἦς.] Recte hæc connectunt tum Simplic. tum *Paraphrastes*. Sed *Paraphrastes* paucis insertis, sine quibus vix constat cohærentia (an & *Enchiridio* quondam genuina?) Εἰ δ᾽ ἄλλως τῶν τοιούτων ἄρξοντας, &c. *Casaubonus.*

μβ΄.

Ἂν μὲν οὖν οἷός τε ἦς, μέταγε τοῖς σοῖς λόγοις τοὺς τῶν συνόντων ἐπὶ τὸ προσῆκον. ¹ εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἀποληφθεὶς τύχοις, σιώπα.

CAP. XLII.

Quod si potes, familiarium tuorum sermones tuis sermonibus eo, quo decet, traducito. Sin à peregrinis circumventus fueris, taceto.

1 Ἐν ἀλλοφύλοις ἀποληφθεὶς τύχοις. *A peregrinis circumventus.*] τοὺς ἀλλοφύλους τοῖς οἰκείοις opponit: & eos intelligit homines, quos pro autoritate monere non licet. *Wolfius.*

Εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις.] Wolf. *peregrinos.* Politianus; *extraneus:* quod scopo auctoris, & Simplicii expositioni melius convenit. *Casaubonus.*

μγ΄.

Γέλως μὴ πολὺς ἔστω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος.

CAP. XLIII.

Risus ne sit multus, nec ob multa, nec effusus.

μδ΄.

¹ Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μή, ἐκ τῶν ἐνόντων.

CAP. XLIV.

Jusjurandum recusa, si fieri potest, omnino. sin minus, quantum potes.

1 Ὅρκον παραίτησαι.] Ita habent omnes quas vidi editiones, excepta Plantiniana, in qua mendose legitur: ἔρκον παράιτησαι.

 με΄. Ἑστιά-

με΄.

Ἑστιάσεις [1] τὰς ἔξω καὶ ἰδιωτικὰς διακρούου. ἐὰν δέ ποτε γένηται καιρὸς, ἐντετάσθω σοι [2] ἡ προσοχὴ, μήποτε ἄρα ὑποῤῥυῇς, εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ, ὅτι, ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συνανατριβόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃ καθαρός.

CAP. XLV.

Convivia externa & popularia devita. Sed si quando tulerit occasio, animadversio excitetur, ne forte in vulgarem consuetudinem prolabaris. Scito enim, si sodalis pollutus fuerit, cum etiam, quem is attigerit, necessario pollui, etsi purus ipse fuerit.

1 Τὰς ἔξω καὶ ἰδιωτικάς.] τὰς ἔξω, scilicet τοῦ ἰδίου οἴκου, foris extra suas ædes, τὰς ἰδιωτικὰς, τὰς ἀφιλοσόφους, convivia plebejorum hominum inerudita, quæ nihil cum philosophia commune habent, nec commercii quicquam. *Wolfius.*

2 Προσοχή. *Animadversio.*] Legebant Wolfius & Plant. editionis præfectus προσευχή. Veram tamen lectionem, quam in omnibus vulgatis reperies, suis editionibus adposuerunt.

μϛ΄.

Τὰ περὶ τὸ σῶμα [1] μέχρι τῆς χρείας ψυχῆς παραλαμβάνειν. οἷον τροφὰς, πόμα, ἀμπεχόνην, οἰκίαν, οἰκετίαν. τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ἅπαν περίγραφε.

CAP. XLVI.

Quæ corpori serviunt, eatenus adhibeantur, quatenus animo sunt usui: veluti cibi, potus, amictus, ædes, servitium. Quicquid autem ad ostentationem aut delicias attinet, repudiato.

1 Μέχρι τῆς χρείας ψυχῆς.] Quæ corpori necessaria sunt, ea animo quoque servire, quatenus ipsum corpus animi instrumentum, & minister est, (aut certe ita debet) dici posse non nego. Remotius tamen id hic fuerit & aliis opinor usus fuisset verbis, si id voluisset Epictetus. *Paraphrastes* exertissime, χρ. ψιλῆς non ψυχῆς; & ita Simplicium quoque legisse, commentarius ipsius fidem facit. Ut cum dicit, τὰ πρὸς χρείαν αὐτῷ (σώματι scil.) μόνον προσφέροντας, & similia, τὴν χρείαν ad corpus semper referens; de anima autem quæ istis utatur, ne verbo

qui-

quidem. Erat in hac editione, μέχρ. χρ. τ ψ. quod tanto vitiosius, quanto à vera lectione remotius. *Casaubonus.*

μζ'.

Περὶ ἀφροδίσια εἰς δύναμιν πρὸ γάμου καθαρευτέον. ἁπτομένῳ δὲ, ὧν νόμιμόν ἐστι, μεταληπτέον. μὴ μέντοι ἐπαχθὴς γίνου [1] τοῖς χρωμένοις, [2] μηδὲ ἐλεγκτικός· μηδὲ πολλαχοῦ τὸ, [3] ὅτι αὐτὸς οὐ χρῇ, παράφερε.

CAP. XLVII.

Are venerea, quantum fieri potest, ante nuptias purus esto: Sin attigeris, ea legitimè utendum. Ne tamen iniquus sis iis, qui illa utuntur, neque eos arguas: neque passim jactes, te ea non uti.

1 Τοῖς χρωμένοις.] Hinc ἡ χρῆσις simpliciter interdum pro re venerea: ut in *Problemat.* Alex. Aphr. de Eunuchis φαντάζοντας τὴν χρῆσιν. *Casaubonus.*

2 Μηδὲ ἐλεγκτικός. *Ne sis objurgator.*] Christiana charitas, & peccantes argui, & contumaces vitari jubet. *Wolfius.*

3 Ὅτι αὐτὸς οὐ χρῇ.] Plantiniana & Wolphiana, ὅτι αὐτῷ οὐ χρῆ, παρέφερε. Sed nusquam bene, uti ego existimo; legendum videtur, ὅτι αὐτοῖς οὐ χρῇ, scilicet, ἀφροδισίοις. *Neque passim jactes, te iis non uti.*

μη'.

Ἐάν τις σοὶ ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα· ἀλλ' ἀποκρίνου, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προσόντα μοι κακά, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγεν.

CAP. XLVIII.

Si quis nunciarit, quendam tibi maledicere: ne refuta quæ dicta sunt, sed responde. Eum nescisse cætera tua vitia, nam alioqui non illa sola fuisse dicturum.

μθ'.

Εἰς τὰ θέατρα τὸ πολὺ παριέναι, οὐκ ἀναγκαῖον, εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ σπουδάζων φαίνου ἢ σεαυτῷ· τουτέστι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, καὶ νικᾶν μόνον τὸν νικῶντα· οὕτω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. [1] Βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπιγελᾶν τινι, ἢ ἐπιπολὺ ἐπικινεῖσθαι, παντελῶς ἀπέχου· καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γενομένων διαλέγου, ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν σὴν ἐπανόρθωσιν. ἐμφαίνεται γὰρ ἐκ τοῦ τοιούτου, [2] ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν.

CAP. XLIX.

Theatra frequentare non eſt neceſſe: ſed ſi quando tempus tulerit, te nulli niſi tibi ipſi ſtudere appareat, hoc eſt, ea duntaxat fieri velis, quæ fiunt: & eum ſolum vincere, qui vincit. Sic enim non impedieris. Clamore autem, aut irriſione, aut longiore commotione, penitus abſtineto. Ac poſt diſceſſum, ne multum de iis, quæ acciderant, diſputa, cum nihil ad tui correctionem faciant. Alioqui ex hoc apparebit, te ſpectaculum eſſe admiratum.

1 *Βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπιγελᾶν τινι, ἢ ἐπιπ.*] Aberant hæc à Politiani codice, ut puto: ab ejus certe verſione abſunt. Wolf. *cum irriſione; aut longiore commotione.* Obſcure, partim; & partim, falſo: Simplicius optime ſingula; quem debuit Wolfius, hic quidem certe, ſequi. Ita erant tum mores. Plin. in Epiſt. lib. 5. 17. *Non labia diduxerunt: non moverunt manum: non denique aſſurrexerunt, ſaltem laſſitudine ſedendi.* Hoc ille de recitatione; cui cum theatris & ſpectaculis multa communia; & inde derivata. *Caſaubonus.*

2 *Ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν. Te ſpectaculum eſſe admiratum.*] Hoceſt, animo eſſe levi, & futilium rerum ſtudioſo. Horatius:

Nil admirari, prope res eſt una Numici,
Solaque, quæ poſſit facere & ſervare beatum. Wolfius.

ν'. [1] Εἰς

ν'.

1 Εἰς ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἧκε, μηδὲ ῥᾳδίως πάρειθι. Παριὼν δὲ, τὸ σεμνὸν, καὶ εὐσταθὲς, καὶ ἅμα ἀνεπαχθὲς, φύλασσε.

CAP. L.

Ad recitationes ne veni, neque facile accede. Sin accesseris, gravitatem & constantiam tuere: & id una cave, ne cui sis molestus.

1 Εἰς ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἧκε. [Recte τινῶν · & modeste: Erant enim ἀκροάσεις seu διαλέξεις τῶν φιλοσόφων maxime, ejusdem plane argumenti, exceptis fidei mysteriis, cujus & *conciones*, seu *prædicationes* hodieque (& utinam non pejores hodiernæ multæ:) nostræ: quod ex iis quæ etiam nunc supersunt, Dionis, aliorumque facile quivis intelligat. τινῶν igitur hic, id est, ἐπιδεικτικῶς, qui ad solam ingenii & eloquentiæ ostentationem, & captandum plausum recitabant: quales, *Rhetores*, & *Poetæ*; ut Simplicius exponit. Pro ἧκε, quod redundare videtur hic, conjiciat fortasse aliquis εἴκε: Sed Simplicius non agnoscit; & simplicior sic oratio, quæ Epictetum non dedecet. *Casaubonus.*

να'.

Ὅταν τινὶ μέλλεις συμβάλλειν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, πρόβαλε σεαυτῷ, 1 τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης ἢ Ζήνων. καὶ οὐκ ἀπορήσεις τοῦ χρήσασθαι προσηκόντως τῷ ἐμπεσόντι.

CAP. LI.

Cum aliquid negotii tibi futurum est cum aliquo, ex proceribus præsertim, ipse tibi proponito, quid in re facturus fuisset Socrates, aut Zenon. Ita fiet, ut te ratio non deficiat, qua id, quod objectum fuerit, rite administres.

1 Τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης. *Quid in eo fecisset Socrates.*] Id ex utriusque dictis & factis colligere licet, quoniam scripta neutrius habemus. Sed nisi eruditione & constantia utriusque præditus fueris, male tibi vertet inepta imitatio: & fortassis ne illi quidem ubique decorum conservarunt. *Wolfius.*

νβ'.

Ὅταν φοιτᾷς πρός τινα τῶν μέγα δυναμένων, πρόβαλλε, ὅτι οὐχ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον, ὅτι ἀπεκλείσθη, [1] ὅτι ἐκτιναχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι οὐ φροντιεῖ σου· κἂν σὺν τούτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, φέρε τὰ γινόμενα, καὶ μηδέποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς σεαυτὸν, ὅτι οὐκ ἦν τοσούτου· ἰδιωτικὸν γὰρ, καὶ [2] διαβεβλημένου πρὸς τὰ ἐκτός.

CAP. LII.

Cum ad magnatum aliquem iturus es, proponito tibi, fore ut eum domi non invenias, ut inclusus sit, ut occludantur tibi fores, ut ille te negligat. Quod si hoc rerum statu venire decuerit, ea feras quæ fiunt: neque ipse unquam tecum dicas, non fuisse tanti. Id enim plebejum est, & ejus qui res externas calumnietur.

1 Ὅτι ἐκτιναχθήσονταί σοι αἱ θύραι.] Sententia satis aperta est. Quid vero si ἐπιτιναχθήσονταί σοι legatur? occludentur tibi fores cum impetu, per contemptum scilicet & indignationem. Aut est hypallage? pro, σὺ ἐκτιναχθήσῃ τῶν θυρῶν, ejicieris foribus. Argentinensis codex habet, ὅτι οὐκ ἐκτιναχθήσονταί σοι, pro ἀνοιχθήσονται. Et paulo post, pro διαβεβλημένου πρὸς τὰ ἐκτός, habet διαπεπληγμένου· alterum percelli, alterum criminari significat. Ego mallem καταβεβλημένου, ejus qui projectus sit ad res externas, qui humi sit abjectus, & rerum externarum mancipium: qui hujusmodi frustrationes æquo ferre animo non didicerit, & contemnere. *Wolfius.*

2 Καὶ διαβεβλημένου πρὸς τὰ ἐκτός.] Wolf. *qui res externas calumnietur.* Polit. *quæ externa sunt calumniari.* Non legerant fortasse Philostratum, apud quem διαβάλλεσθαι; pro ἀπεχθάνεσθαι, seu *odio habere*, singulis fere paginis; ut & b. m. parenti in Strabonem recte notatum. & hinc forte διάβολος; ut Hebræo שטן ad amussim respondeat. Alia quoque apud Herodotum notione, quæ nec ipsa vulgo nota: sed non hujus ista loci. *Casaubonus.*

νγ'.

Ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἀπέστω τὸ τινὰ τῶν ἑαυτοῦ ἔργων

CAP. LIII.

In familiaribus congressibus absit facinorum aut

ἔργων ἢ κινδύνων ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι· οὐ γὰρ ὡς σοὶ ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σῶν κινδύνων μεμνῆσθαι, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδύ ἐστι, τὸ τῶν σοὶ συμβεβηκότων ἀκούειν.

aut periculorum tuorum prolixa & immodica commemoratio. Nec enim, ut tibi jucundum est tuorum certaminum meminisse, sic & aliis suave est, ea quæ tibi acciderunt, audire.

νδ'.

Ἀπέστω δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν. [1] ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος [2] εἰς ἰδιωτισμὸν, καὶ ἅμα ἱκανὸς τὴν αἰδῶ τὴν πρός σε τῶν πλησίον ἀνιέναι.

CAP. LIV.

Absit illud etiam, ne risum moveas. Nam is ejusmodi locus est, è quo proclivis sit in plebejum morem lapsus: eamque vim habet, ut tui observantiam facile apud familiares diminuat.

1 Ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος. *Lubricus enim locus.*] Wolfius de Epicteto optime meritus ex quodam codice habet: ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τρόπος. Id est: *Lubricus enim modus.*

2 Εἰς ἰδιωτισμόν.] *In plebejum morem.*] Vide finem capitis XXXVI; ubi auditorem suum Epictetus longe semotum esse vult à loco & ordine hominis plebeji. Inspiciatur & cap. LXXI. in quo, στάσις & χαρακτὴρ ἰδιώτου describitur. *Dnecanus.*

νέ.

Ἐπισφαλὲς δὲ, καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν. ὅταν οὖν τι συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν εὔκαιρον ᾖ, [1] ἐπιπλῆξον τῷ προελθόντι· εἰ δὲ μὴ, τῷ γε ἀποσιωπῆσαι, καὶ

CAP. LV.

Periculosum est etiam, ad orationis obscœnitatem progredi. Cum igitur tale quippiam inciderit: aut (si feret opportunitas) objurgabis eum, qui sermonem illum injecerit: aut taciturnitate saltem, &

καὶ ἐρυθριάσαι, καὶ σκυθρωπῆσαι, δῆλος γίνου δυσχεραίνων τῷ λόγῳ.

& rubore vultuque ostendes, eam orationem tibi displicuisse.

1 Ἐπίπληξον τῷ προελθόντι] προελθόντι, scilicet εἰς αἰσχρολογίαν. Wolfius.

νϛ'.

Ἐὰν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, [1] φύλασσε σεαυτόν, μὴ συναρπασθῇς ὑπ' αὐτῆς· [2] ἀλλ' ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀναβολήν τινα παρὰ σεαυτῷ λάβε· ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων. καθ' ὅν τε ἀπολαύσεις τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ' ὃν ἀπολαύσας, ὕστερον μετανοήσεις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορήσῃ· καὶ τούτοις ἀντίθες, ὅπως [3] ἀπεχόμενος χαιρήσεις, καὶ ἐπαινέσεις αὐτὸς σεαυτόν. ἐὰν δέ σοι καιρὸς φανῇ ἅψασθαι τοῦ ἔργου, πρόσεχε, [4] μὴ νικήσῃ σε τὸ προσηνὲς αὐτοῦ, καὶ ἡδὺ, καὶ ἐπαγωγόν· ἀλλ' ἀντιτίθει, πόσῳ ἄμεινον τὸ [5] συνειδέναι σεαυτῷ, ταύτην τὴν νίκην νενικηκότι.

CAP. LVI.

Si voluptatis alicujus imaginem animo conceperis, moderare tibi, ne ab ea movearis: sed & rem examina, & tibi ipse deliberandi præbe spatium. Deinde utriusque temporis memento, tum ejus quo voluptate perfrueris, tum ejus quo percepta jam voluptate dolebis, teque ipse objurgabis. Atque his illa confer; si abstinueris, fore ut gaudeas, teque ipse collaudes. Quod si tibi suscipiendæ rei videbitur esse tempus, cave ne vincant ejus blandiciæ, & suavitates, & illecebræ: sed illud oppone, quanto præstantior sit talis victoriæ conscientia.

1 Φύλαξαι σεαυτόν. *Moderare tibi.*] Ita in quibusdam editionibus, & etiam Casauboniana. Sed optime habet Salmasiana : Καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, φύλασσε σαυτόν. *Ut in aliis, sic & hic moderare tibi.* Hanc lectionem quoque Wolfius & Plant. editionis præfectus agnoscunt : Sed Wolfius male in quodam codice φίλασσε pro φύλασσε invenit.

2 Ἀλλ' ἐνδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα. *Exspectet te negotium.* Argentinensis rectius opinor, ἀλλ' ἐξητάσθω τι τὸ πρᾶγμα, examinetur, expendatur. *Wolfius.*

3 Ἀποσχόμενος χαιρήσεις.] Wolfius præter hanc lectionem aliam habet ; scilicet : Ἀπεχόμενος χαρήσῃ.

4 Μὴ νικήσῃ σε.] Suæ editioni prætetea adscripsit Wolfius : ἡττήσῃ τι.

5 Συνειδέναι σαυτῷ.] Ita omnes quas videre licuit editiones. Ast ex aliquo codice absque σαυτῷ. hæc Wolfius legebat.

νζ'.

Ὅταν τι, διαγνοὺς ὅτι ποιητέον ἐστί, ποιῇς, μηδέποτε φύγῃς ὀφθῆναι πράσσων αὐτό, [1] κἂν ἀλλοῖόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. [2] εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ τὸ ἔργον φεῦγε. εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς;

CAP. LVII.

Cum facis aliquid, quod faciendum esse statuisti, nunquam recuses inter id agendum conspici : tametsi futurum est, ut vulgus de eo secus judicet. Nam si perperam facis ; rem ipsam fuge : sin recte, quid eos vereris qui non recte reprehendunt?

1 Κἂν ἀλλοῖόν τι πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν.] Wolfius hanc lectionem suæ editioni adjunxit : legebat enim vir doctus : κἂν ἀλλ' οἷόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι & sic porro. Alium verborum ordinem servat Salmasius : κἂν ἀλλοῖόν τι μέλλωσιν οἱ πολλοὶ περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν.

2 Εἰ μὴ οὐκ ὀρθῶς ποιῇς. *Nam si non recte feceris.*] Cynica impudentia, in propatulo faciendi ea quæ naturæ fert necessitas, Epicteto non probatur. Vult tamen philosophum austeriorem esse, quam Cicero : qui monet, aliorum judicio permulta nobis & facienda & non facienda, & mutanda & corrigenda esse. Cui rectius parebit, qui Stoïcam animi constantiam nondum est assequutus, *Wolfius.*

νη΄.

CAP. LVIII.

[1] Ὡς τό, Ἡμέρα ἐστί, καὶ Νύξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον μεγάλην ἔχει ἀξίαν, [2] πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον ἢ συνημμένον ἀπαξίαν· οὕτω καὶ τῶν παρακειμένων τὰ μείζονα ἑλεῖν, πρὸς μὲν τὸ σῶμα μεγάλην ἔχει ἀξίαν, πρὸς δὲ τὸ κοινὸν ἐν ἑστιάσει, † οἷον δεῖ μὴ φυλάξει, ἀπαξίαν ἔχει· ὅταν οὖν συνεσθίῃς ἑτέρῳ, μέμνησο, οὐ μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν τῶν παρακειμένων ὁρᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τὸν ἑστιάτορα, [3] οἵαν δεῖ φυλαχθῆναι.

Ut hoc pronuntiatum Dies est, &, Nox est, magnam habet in sejunctione vim, in conjunctione vero prorsus nihil valet: sic maxima quæque ex iis quæ apposita sunt, arripere, ut respectu corporis, magni est momenti; ita, si communitas convivii spectetur, magnum habebit, nisi caveris, dedecus. Cum igitur conviva es alicujus; memento, non solum eorum quæ apposita sunt pretium, quod ad corpus attinet, considerandum esse: sed & eam quæ convivatori debetur, reverentiam esse conservandam.

1 Ὡς τὸ, ἡμέρα ἐστὶ, καὶ νύξ ἐστι.] Hic locus per se mutilus, in utraque Basiliensi editione suppletus est. Sed haud abs re mireris, cur pronuntiatum dialecticum ad convivii rationem accommodarit. Monere fortassis adolescentes voluit, elaborandum esse potius, ut boni sint ratiocinatores officiorum, quam ut arguti dialectici evadant: & quæ dialecticis rationibus probata fuerint, ea in cibo & potu omnique vita usurpanda esse: & naturalem appetitum ita moderandum, ne cœco nostri amore impulsi, vel civilem consociationem violemus, vel intemperantia nostra dedecus aliquod suscipiamus. Cum supra vitam convivio compararit, hoc præceptum ad omnes vitæ nostræ actiones accommodetur: & ubique non privatæ cupiditatis & utilitatis, sed æquitatis & societatis ratio habeatur, & voluntas convivatoris, hoc est Dei spectetur. *Wolfius.*

Ὡς τὸ, ἡμέρα ἐστὶ, καὶ, νύξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγ.]

Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt; sic nos in luce timemus,
Interdum nihilo quæ sunt metuenda magis quam

Quæ pueri in tenebris pavitant, finguntque futura.
Hunc igitur terrorem animi tenebrasque, necesse est
Non radii Solis, non lucida tela diei
Discutiant; sed naturæ species ratioque.

Libet ita mihi cum principe Poëta hic præfari, nulla adeo necessitate materiæ coactus, quam suavitate carminis ad usum vitæ præcipui, illectus. Miras certe *tenebras* hic sibi finxerunt interpretes plerique, quas non multo labore *discuti* posse speramus. Atque id primo qui non in his versari, monendi sunt, amare Stoïcos ex rerum in usu communi obviarum similitudine præcipua sæpe in morali Philosophia dogmata, præceptave, confirmare. Quis exspectaret ex ipsa scribendi consuetudine, ut ex scriptione verbi *Dionis*, *ἀπαρεξίας*; aut ex Antonini, patientiæ & constantiæ præceptum, vel argumentum? quæ tamen apud Arrianum, non uno loco: etiam apud Antoninum reperire est. Cum autem Dialecticæ, & quidem spinosioris, quam solidioris aut utilioris, (quod & Seneca, tantus ipse Stoïcus, non uno loco ingenue agnoscit:) studiosissimi plerique essent: quid mirum si argutias interdum Logicas ad usum tradendæ disciplinæ suæ transferrent? Porro ex omni quam late patet Dialectica, nullus locus illis, vexatior dicam, an acceptior? quam erat iste de *separatis* & *connexis* propositionibus; quarum usitatum hoc exemplum fuit, Dies est, & nox est. Unde & quod Sextus Empiricus veteris omnis Philosophiæ peritissimus scriptor, tam multa de istis, non uno loco, nec paucis sed pluribus continuis paginis; tum de propositionibus in genere, tum de hoc earum vulgatissimo exemplo tradidit. Ut igitur si quis *disjunctive*, *Dies est, & nox est*, nemo dubitat quin verissime dicat: (quod in Epicteto, *μεγάλην ἔχει ἀξίαν*: id est, *veriss. est propositio*, sive *assertio*: unde *ἀξίωμα*:) sin autem *conjunctive*, *Dies est, & nox est*; *ἀσύστατα* loquitur & palam repugnantia: Ita (infert Epictetus) in convivio proxima quæque sine discrimine arripere, ejus fortasse fuerit, qui sibi separatim & suæ seu necessitati, seu edacitati consulat: non ejus qui hominem se; id est, animal ad societatem natum meminerit: cujus naturæ consentaneum, non sibi tantum uni, sed in commune pro re nata consulere. Epictetus apud Arrianum pari simplicitate totam degendæ vitæ rationem ad hypotheticas propositiones refert, & hoc ipso exemplo utitur: *Ὡς ἐπὶ τῶν ὑποθετικῶν λόγων ἀναστρεφόμεθα· οὕτω δεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ βίου. Ἔστω νύξ. ἔστω. τί οὖν, ἡμέρα ἐστὶν; οὐ. ἔλαβον γὰρ ὑπόθεσιν τοῦ νύκτα εἶναι*, &c. Ibi quoque vox *ἀξία* non vulgari significatione. Simplicius aliter Epicteti verba legisse videtur; *Ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν, ἢ νύξ ἐστιν*, &c. & eo interpretationem suam accommodat. quam per omnia cum nostra concordare non præsto. Nos quod à spinis, & argutiis erat remotissimum, & ad intelligendum, planissimum, expressimus. *Casaubonus.*

2 *Πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον ἢ συνημμένον ἀπαξίαν.*] Varie in variis editionibus hæc leguntur. In quibusdam habes, *πρὸς δὲ τὸ συνημμένον ἀπαξίαν.* Præter veram lectionem quam Wolfius suæ editioni inseruit, in quodam codice pessime invenit: *πρὸς λείπει τὸ συμπεπλεγμένον ἀπαξίαν.* Hæc in re nobis etiam Salmasiana editio displicet quæ habet, *πρὸς δὲ τὸ συμπεπλογμένον, ἀπαξίαν*; Quia ipse Simplicius hæc verba nempe *τὸ συμπεπλεγμένον ἢ συνημμένον*, in sua exegesi interpretatur, ita inquiens: *Τῶν ὑποθετικῶν συλλογισμῶν, ὧν οἱ Στωϊκοὶ τὴν τεχνολογίαν ἐξεπλήρωσαν, οἱ μὲν εἰσὶ διεζευγμένοι μὲν, οἱ δὲ συνημμένοι, ἤτοι συμπεπλεγμένοι.* Hoc est: *Syllogismi hypothetici, in quibus enucleandis Stoici laborarunt, partim sunt disjuncti, partim*

conjuncti, sive complexi. Qui Epictetum transtulit τὸ συμπεπλεγμένον omisit. Nisi quis dicat sufficere, *in conjunctione*, duo illa verba transtulisse. Ego vero si mei arbitrii res foret hunc locum ita verterem. *In connexione vero, sive conjunctione prorsus nihil valet.*

† Videtur Wolfius hic legisse, οἷον εἰ μὴ φυλάξει. reddidit enim, *nisi caveris.* Si conjecturæ locus, legerim, οἷον δεῖ μὲν φυλάσσειν, *quæ certe communitas servanda est.* hoc pacto eadem notio τοῦ φυλάσσειν retinetur, atque in fine capitis, οἷαν δεῖ φυλαχθῆναι *qualem conservare oportet.*

3 Οἷον δεῖ, μὴ φυλ.] Rescribe ex Simplicio, quod & sententia requirit: οἷον δεῖ, μὴ φυλ. *Casaubonus.*

νθ'.

Ἂν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας, καὶ ὃ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι, παρέλιπες.

CAP. LIX.

Si quam personam, quæ vires tuas superat, indueris: cum eam indecore geres; tum eam, quam sustinere posses, negliges.

ξ'.

Ἐν τῷ περιπατεῖν, καθάπερ προσέχεις, μὴ ἐπιβῇς ἥλῳ, ἢ στρέψῃς τὸν πόδα· οὕτω πρόσεχε, μὴ τὸ ἡγεμονικὸν βλάψῃς τὸ σεαυτοῦ. καὶ τοῦτ' ἂν ἐφ' ἑκάστου ἔργου παραφυλάσσωμεν, ἀσφαλέστερον ἁψόμεθα τοῦ ἔργου.

CAP. LX.

Quemadmodum in ambulando caves, ne clavum calces, pedemve distorqueas: sic in degenda vita cave, ne gubernatricem actionum, mentem tuam, lædas. Quod si in re unaquaque observabimus, omnia cautius aggrediemur.

ξα'.

Μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ πους τοῦ ὑποδήματος. ἐὰν μὲν

CAP. LXI.

Modus pecuniæ corpus est unicuique, ut calcei pes. Si igitur in

μὲν οὖν ἐπὶ τούτου στῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον. ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κατὰ κρημνοῦ λοιπὸν ἀνάγκη σε φέρεσθαι. καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑποδήματος, ἐὰν ὑπὲρ τὸν πόδα ὑπερβῇς, γίνεται [2] κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα πορφυροῦν, εἶτα [3] κεντητόν. τοῦ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον ὅρος οὐδείς ἐστιν.

in eo institeris, modum servabis: sin praeterieris, jam veluti per praeceps te ferri necesse erit. Ut & in calceo: si ultra pedem progressus fueris, fit auratus calceus; deinde purpureus, deinde interpunctus. Ejus enim, quod semel transierit modum, nullus est terminus.

1 Μέτρον κτήσεως.] Wolf. *Modus pecuniae.* Malim cum Politiano: Modus *possessionis. Casaubonus.*

2 Κατάχρυσον ὑπόδημα· εἶτα πορφυροῦν· εἶτα κεντητόν.] Quaedam ad intelligentiam hujus loci b. m. Pater in tractatu *De Calceis:* qui pars accuratissimi *De re Vestiaria* Commentarii: quem jam olim, valde juvenes apud nos extare publice professi sumus. Eum certe viri Doctiss. qui postea hoc argumentum suscepere; si vidissent: (cujus conspectum, sed nec usum, ingenuo & erudito nemini invidimus:) alibi fortasse industriam suam, quae sane non vulgaris, occupatam maluissent. Sed ad Epictetum: Ita ille obiter de hoc loco, in isto, quem diximus tractatu: *Nota illud Epicteti in Enchiridio:* οὕτω γίνεται κατάχρυσον ὑπόδ. εἶτα πορφ. &c. *ut videatur calceus* κεντητός, *sive punctis distinctus esse pretiosior purpureo: purpureus, aureo.* Idem ibid. (ubi de calceis scil.) sed alio loco: *Usum gemmarum multiplicem declarat eximie locus Synesii*, p. 11. ἀφ᾽ οὗ περιπόρφυρός τε ἐστὶ καὶ περίχρυσος, καὶ λίθους ἐξ ὀρῶν τε καὶ θαλαττίων βαρβάρων, τοὺς μὲν ἀναδεῖσθαι, τοὺς δὲ ὑποδεῖσθαι (*hac sunt quae vocat Epictetus* κεντητὰ ὑποδήματα) τοὺς δὲ περικεῖσθαι, τοὺς δὲ ἐξαρτᾶσθαι, τοὺς δὲ περονᾶσθαι, τοὺς δὲ ἐριζάνεται. Hactenus ὁ μακαρίτης: qui tamen plura sparsim, quae hic quoque, si res postularet, referri recte possint. Sed notet Lector in verbis Synesii, tres illas, ut in Epicteto, non eodem quamvis ordine species, περιχρύσων, περιπορφύρων & λίθοις seu gemmis distinctorum: quae κεντητὰ vocat Epictetus. Sed nec omittendus insignis in eam rem Plinii locus: *Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obstrigillis* (Aristoteli, partes calcei sunt, πρόσχισμα, κεφαλὶς, χιτών.) *sed tot socculis addunt. Neque enim gestare jam margaritas, nisi calcent, ac per uniones ambulent, satis est. Paraphrastes* noster, si verba singula spectemus, haec Epicteti pessime accepit; qui ortus à κεντητοῖς, inde ad *purpureos:* postea ad *aureos*, quasi κεντητοῖς & purpureis pretiosores, inverso plane ordine, progreditur. Nisi tamen consulto consilio pro more sui saeculi ac loci ita locutus est. Addit enim: λιθοκολλήτους· quod quid aliud est, quam κεντητοί? nisi quod illud, sequiore aevo (quan-

(quanquam probum, & jam olim notum:) magis in ea notione vulgatum. *Idem.*

3 Κεντητόν.] Sive artificiose dissectos, sive pictos, sive gemmis aut imaginibus interpunctos calceos significare videtur. Byzantinis, rubri calcei signum Imperii fuerunt: virides, insigne Cæsarum, quibus aliquando aurea aquila intertexebatur. Politianus, *Punctabundum* vertit. Vetera lexica vertunt, τὸ κεντητὸς punctus, punctis distinctus. Hinc ἀκέντητος stimulo seu aculeo non ictus. Pindar. Olym. de equo δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων, id est, ἄνευ κέντροιο θέων, ut Homerus loquitur. *Wolfius.*

ξϐ'.

Αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. Τοιγαροῦν ὁρῶσαι, ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν αὐταῖς πρόσεστι, μόνον δὲ συγκοιμᾶσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ἄρχονται καλλωπίζεσθαι, καὶ ἐν τούτῳ πάσας ἔχειν τὰς ἐλπίδας. προσέχειν οὖν ἄξιον, ἵνα [1] αἴσθωνται, διότι ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ τιμῶνται, ἢ τῷ κόσμιαι φαίνεσθαι, καὶ αἰδήμονες, [2] ἐν σωφροσύνῃ.

Cap. LXII.

Mulieres statim ab anno decimoquarto a viris dominæ vocantur. Proinde cum vident, se nihil aliud habere muneris, nisi ut cum viris concumbant: comere se incipiunt, atque in ornatu spem collocant omnem. Quare operæ pretium est, dare operam, ut sentiant, sibi non ob aliud honorem haberi, nisi quod & modestas se præbeant, & verecundas, cum temperantia.

1 Αἴσθωνται.] Legebat Wolfius αἴσθονται; sed αἴσθονται suæ editioni quoque adscripsit.

2 Ἐν σωφροσύνῃ.] Wolfius contendit debere legi, σὺν σωφροσύνῃ.

ξγ'.

Ἀφυΐας σημεῖον τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα. οἷον ἐπὶ πολὺ γυμνά-

Cap. LXIII.

Hebetis ingenii signum est, in rebus corporis immorari: velut exer-

γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἐπὶ πολὺ ἀποπατεῖν, ὀχεύειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον· περὶ δὲ τὴν γνώμην ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιστροφή.

exerceri diu, edere diu, potare diu, cacare diu, coire diu. Nam hæc quidem facienda sunt obiter: cura autem omnis ad animum est transferenda.

ξδ'.

Ὅταν τίς σε κακῶς ποιῇ, ἢ κακῶς σε λέγῃ, μέμνησο, ὅτι, [1] καθήκειν αὐτῷ οἰόμενος, ποιεῖ, ἢ λέγει. οὐχ οἷόν τε οὖν ἀκολουθεῖν αὐτὸν τῷ σοὶ φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῷ. ὥστε, εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐκεῖνος βλάπτεται, ὅς τις καὶ ἐξηπάτηται. καὶ γὰρ [2] τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον, [3] ἄν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος, οὐ τὸ συμπεπλεγμένον [4] βέβλαπται, ἀλλ' ὁ ἐξαπατηθείς. ἀπὸ τούτων οὖν ὁρμώμενος, πρᾴως ἕξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα. ἐπιφθέγγου γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ, [5] ὅτι, Ἔδοξεν αὐτῷ.

CAP. LXIV.

Cum tibi quispiam vel malefecerit, vel maledixerit: memento, eum opinatum esse, id ex officio sibi fuisse faciendum, & dicendum. Neque vero fieri potest, ut id sequatur ille, quod tibi videtur, sed id quod sibi. Quod si male judicat, is damnum facit qui decipitur. Nam involutam veritatem si quis mendacium judicet, non ea involuta læditur, sed ille qui deceptus fuerit. Sic igitur instructus, æquo feres animo conviciatorem: Nam ad singula dices, Ita visum esse illi.

1 Καθήκειν αὐτῷ οἰόμενος ποιεῖ ἢ λέγει. *Eum opinatum esse id ex officio sibi fuisse.*] Idem & Pletho monet, & accusandos nos ipsos esse, qui aliud

aliud persuadere, atque alios in nostram sententiam perducere non possimus. At dices sæpe sciunt injurii & maledici homines, improba & se indigna esse quæ faciant. Respondet Epictetus: Tanto igitur pejores & miseriores sunt ipsi: tu vero neque pejor, neque miserior. Imo eorum improbitas mihi fraudi est, quod existimationem meam lædunt, quod fortunas imminuunt, quod corpus vi aut veneficio affligunt, quod obstant commodis? Respondebit Epictetus, ista non tua esse, sed aliena, & nihil ad te attinere. Qua de re & supra plura dicta sunt: & è Simplicio, Tomo hujus operis secundo proferentur. *Wolfius.*

2 Τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον. *Veritatem complexam, sive involutam, intricatam, perplexam.*] Ut apud Sophoclem in Electra, non ideo mortuus erat Orestes, quod se illius ossa vasculo inclusa afferre Ægistho & aliis persuaserat. Simplicius aliam affert expositionem, quam suo loco videbimus. Nolumus enim huc omnia congerere. *Idem.*

Καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον.] Wolf. nam involutam, &c. Aliter Simplicius, & ut ego censeo, probabilius. Cum tamen ejus expositionem alibi expendere se profiteatur Wolfius, suspendo libens assensum, donec illa mihi visa, & expensa; (quod nondum mihi contigit) quæ pro sua versione adfert Wolfius. *Casaubonus.*

3 Ἄν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος.] Præter hanc lectionem Wolfiana habet, ἐὰν ψευδὲς νομίζῃ τις.

4 Βέβλαπται.] Ita legebat Wolfius, qui βλάπτεται pro varia lectione posuit.

5 Ὅτι, ἔδοξεν αὐτῷ.] Wolfius absque conjunctione ὅτι, legit, ἔδοξεν αὐτῷ.

ξέ.

Πᾶν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς, τὴν μὲν φορητὴν, τὴν δὲ ἀφόρητον. ὁ ἀδελφὸς ἐὰν ἀδικῇ, [1] ἐντεῦθεν αὐτὸ μὴ λαμβάνης ὅτι ἀδικεῖ. αὕτη γὰρ λαβή ἐστιν αὐτοῦ ἡ ἀφόρητος· ἀλλὰ ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφὸς, ὅτι σύντροφος. καὶ λήψῃ αὐτὸν καθ' ὃ φορητόν ἐστιν.

CAP. LXV.

Unaquæque res duas habet ansas; unam tolerabilem, alteram intolerabilem. Ergo, si frater injuriam fecerit, non ea prehende, qua facit injuriam: ea enim ejus ansa non est tolerabilis. Sed illinc potius: esse fratrem, esse una educatum. Sic prehendes rem qua est tolerabilis.

1 Ἐντεῦθεν αὐτὸ μὴ λαμβάνης ὅτι ἀδικεῖ.] Ita quædam habent editiones. Wolfius legebat: Ἐντεῦθεν αὐτῷ μὴ λάμβανε ὅτι ἀδικεῖ. Ast αὐτὸ pro varia lectione collocavit, quod vocem πρᾶγμα respicit. Præterea idem habet λάμβανε, ubi in cæteris editionibus legitur λαμβάνης. Optime omnium placet Salmasiana lectio, quæ se ita habet.

habet. Ἐντεῦθεν αὐτὴν μὴ λαμβάνῃς ὅτι ἀδικεῖ. Et ita procul omni dubio legendum est, αὐτὴν enim respicit vocem λαβὴ, non vero πρᾶγμα. Praeterea proba haec lectio etiam bene cum sequentibus congruit; nam mox haec subjiciuntur: αὕτη γὰρ λαβή ἐστιν αὐτοῦ οὐ φορητή. Haec Salmasius cum articulo legit: αὕτη γὰρ ἡ λαβὴ, &c.

† Vestram fidem Critici! quid, si non hoc glandes pro frugibus? quid enim sententiae fiet, si illud αὐτὸ in αὐτὴν mutes? sin vero Epictetus, ἐντεῦθεν αὐτὸ μὴ λαμβάνῃς, ut debuit, scripsisse ponatur, plena erit sententia, ἐκείνῃ τῇ λαβῇ αὐτὸ πρᾶγμα τὸ δύο ἔχον λαβὰς μὴ λαμβάνῃς. cui apprime congruit quod mox in fine subjungit, καὶ λήψῃ αὐτὸ. scil. πρᾶγμα. non αὐτήν.

ξϛʹ.

Οὗτοι οἱ λόγοι ἀσύνακτοι. Ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἐγώ σου ἄρα κρείσσων· ἐγώ σου λογιώτερος, ἐγώ σου ἄρα κρείσσων· ἐκεῖνοι δὲ μᾶλλον συνακτοί. Ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἡ ἐμὴ ἄρα κτῆσις τῆς σῆς κρείσσων· ἐγώ σου λογιώτερος, ἡ ἐμὴ ἄρα λέξις τῆς σῆς κρείσσων. [1] σὺ δέ γε οὔτε κτῆσις εἶ, οὔτε λέξις.

CAP. LXVI.

Orationes hae non cohaerent: Ego sum te locupletior, ergo sum te melior: Ego sum te eloquentior, ergo sum te melior. At illae magis cohaerent: Ego sum te ditior, mea ergo pecunia tuae praestat: Ego sum te eloquentior, mea ergo dictio tuae praestat. Tu vero nec pecunia es, nec dictio.

1 Σὺ δέ γε οὔτε κτῆσις εἶ, οὔτε λέξις. *Tu vero neque pecunia es, neque dictio.*] Dices Esto: sed propter opes, eloquentiam, potentiam, magnificor. Illud ipsum reprehendit Epictetus, qui solam sapientiam & virtutem magnifaciendam censet. Quis vero, nisi homo pessimus & abjectissimus adulator, magnifecit Neronem Caesarem, quamvis praeter opes & imperium, disertum, poëtam, musicum? Sani hominis animus abhorret ab iis probandis, quorum nota est vel stultitia, vel improbitas: utut propter fortunae munera & pravam consuetudinem honos iis in speciem sit habendus ac deferendus. *Wolfius.*

ξζ'. CAP. LXVII.

[1] Λούεταί τις ταχέως; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ταχέως. πίνει τις πολὺν οἶνον; μὴ εἴπῃς ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι πολύ. [2] πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα, πόθεν οἶσθα εἰ κακῶς; [3] οὕτως οὖν συμβήσεταί σοι, [4] ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, ἄλλοις δὲ συγκατατίθεσθαι.

Lavat quispiam cito: me dicas lavisse male, sed cito. Bibit quispiam multum vini: ne dicas bibisse male, sed multum. Priusquam enim id decretum dijudicaris: unde scis an male? Sic usu tibi veniet, ut alia visa certo comprehensa habeas, aliis assentiaris.

1 *Λούεταί τις ταχέως.*] Ad tempus diei, refert Simplicius, ut & *Paraphr.* & probabilius est anticipatam (ante tempus diei) lotionem culpæ obnoxiam fuisse; quam legitimo tempore festinatam. *Casaub.*

2 *Πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα.*] Pessimo consilio mutavit hic Politiani, viri doctiss. versionem, doctissimus Wolfius, cum ille vertisset: *Nisi enim consilium ejus scias; unde scis an male?* pro quo Wolf. *priusquam enim id decretum dijudicaveris, &c.* Atqui nihil certius, quam *δόγμα* hoc loco, *consilium* sive *propositum* ex opinione manans indicare. Ita enim censent & sciscunt veteres illi sophi, non tam facta cujusque, ut laudi aut vitio tribuamus, spectanda esse: quam *dogmata*; id est, scopum & propositum ex dogmatibus aptum; quod si rectum sit, & illa recta, sin pravum, pariter & illa judicanda esse: quod & Simplicius hic, & Arrianus lib. 12. c. 8. sed & Antoninus non uno loco latius prosequuntur. Eadem & Apostoli doctrina, 1 Cor. 4. v. 5. *Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν* (id plane dicit & intelligit, quod Epictetus verbo *δόγματα*) *καὶ τότε ὁ ἔπαινος* (id est *ἔπαινος ἢ ψόγος*, ut alibi docuimus:) *γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.* Recte ad Deum provocat, qui *καρδιογνώστης* est, ab illis quibus nulla legitima ratione judicium competit: eorum autem (hominum quoque:) quibus judicandi provincia legitime incumbit, alia ratio est: qui ex factis (& hoc quoque Christo sanciente;) quia corda scrutari non possunt, sententiam ferre tenentur. *Idem.*

3 *Οὕτως οὖν συμβήσεταί σοι ἄλλας μὲν φαντ. καταλ.*] Wolf. *sic usu tibi veniet, ut alia visa certo comprehensa habeas; aliis assentiaris.* At hoc valde absurdum est, (ut recte judicat Simplicius;) ut aliud quisquam laudet aut vituperet, quam quod perspectum habet. An igitur hoc Epictetus suaseir, aut cuiquam auctor fuerit? Imo (ait Simplicius, sed addubitans) ex ipsa rei consequentis absurditate colligendum nobis

bis relinquit, neminem vel laudandum esse, vel vituperandum. Aut si hoc quoque nimis absurdum, saltem neminem vituperandum esse. Quo quamvis nihil video, quod probabilius à quovis excogitari potuerit, qui depravata hac loci lectione contentus fuerit; si quis tamen propius intueatur, fatebitur (aut ego fallor) id à mente Epicteti plane alienum esse: cum palam, non simpliciter vetet hic Epictetus quenquam laudari, vel vituperari: sed non nisi perspectis prius cujusque consiliis & dogmatibus. Res ipsa clamat legendum esse, *Οὕτως οὐ συμβήσεταί σοι·* non *οὕτως ἂν συμβῇ*. Nihil clarius hac sententia: nihil emendatione certius. Sed nec amplissimi *Duviarii* versio procul hinc abit. Piget alios commemorare. *Idem.*

† Nihil certius mihi hac emendatione Cl. Casauboni; quam Wolfius quoque subodoratus est. Potuit *τὸ ἀρνητικὸν οὐ* absorberi a *τῷ ἂν συλλογιστικῷ*, quod præcessit, ut fuerit: *οὕτως ἂν οὐ συμβήσεταί σοι*, *sic non usu tibi veniet.*

4 *Ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν. Alia visa certe comprehensa habeas, aliis assentiaris.*] Fortasse *καταληπτικῶς*· etsi Atticismi species aliqua esse potest. Sed quid illi interest inter *κατάληψιν* & *συγκατάθεσιν*: Nec enim assentiendum temere est iis, quæ non certo comprehenderis. Fortassis ergo addenda negatio, *οὐ συγκατατίθεσθαι* non assentiaris, visis scilicet non certo comprehensis & perceptis. Simplicius & hunc locum aliter interpretatur. *Wolfius.*

ξή.

Μηδαμοῦ σαυτὸν εἴπῃς φιλόσοφον, μηδὲ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων· οἷον ἐν συμποσίῳ μὴ λέγε πῶς δεῖ ἐσθίειν. ἀλλὰ ἔσθιε ὡς δεῖ. μέμνησο γὰρ, ὅτι οὕτως ἀφῃρήκει πανταχόθεν καὶ Σωκράτης τὸ ἐπιδεικτικόν. ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, βουλόμενοι φιλοσόφοις ὑπ' αὐτοῦ συσταθῆναι· κἀκεῖνος ἀπῆγεν αὐτούς. οὕτως ἠνείχετο παρορώμενος.

CAP. LXVIII.

Nusquam te philosophum profitearis: nec apud imperitos multum disputes de præceptis: velut in convivio, ne dic, quo pacto sit edendum, sed ede, ut decet: ac memento, etiam Socratem sic undecunque sustulisse ostentationem. Conveniebatur ab illis, qui se ab eo commendari vellent philosophis: atque ipse abducebat eos. Adeo leniter ferebat neglectum sui.

ξθ'. CAP. LXIX.

Ὅτε κἂν περὶ θεωρήματός τινος ἐν ἰδιώταις ἐμπίπτῃ λόγος, σιώπα τὸ πολύ. μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος, εὐθὺς ἐξεμέσαι ὃ οὐκ ἔπεψας. καὶ ὅταν εἴπῃ σοι τις, ὅτι οὐδὲν οἶσθα, καὶ σὺ μὴ δηχθῇς, τότ' ἴσθι, [1] ὅτι ἄρχῃ τοῦ ἔργου. ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα οὐ χόρτον φέροντα τοῖς ποιμέσιν ἐπιδεικνύει πόσον ἔφαγεν. ἀλλὰ τὴν νομὴν ἔσω πέψαντα, ἔριον ἔξω φέρει, καὶ γάλα. καὶ σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, ἀλλ' αὐτῶν πεφθέντων, τὰ ἔργα.

Itaque si apud imperitos de præcepto aliquo sermo inciderit: maxima ex parte taceto. Magni enim periculi est, statim evomere, quod non concoxeris. Quod si quis dixerit, te nihil scire, tuque commotus non fueris: tum scito, rem esse inchoatam. Nam & oves non fœnum opilionibus afferunt, neque demonstrant quantum comederint: sed pastu intra se concocto, extra ferunt lanam & lac. Et tu igitur ne præcepta ostendas imperitis, sed opera, quæ præceptorum concoctionem sequuntur.

1 Ὅτι ἄρχῃ.] Wolfius pro varia lectione suæ editioni adscripsit, ὅτι ἤρξω. Plantiniana ad marginem habet, ἤρχω. Et in Salmasiana legitur: ὅτι ἄρχεις τοῦ ἔργου.

ο'. CAP. LXX.

[1] Ὅταν εὐτελῶς ἡρμοσμένος ᾖς κατὰ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ. μηδ' ἂν ὕδωρ πίνῃς, ἐκ πάσης ἀφορμῆς λέγε,

Si corpus frugaliter curare didicisti, ne ob id tibi placeas: nec, si aquam potas, ad quamvis occasionem te potare aquam dictita. Quod si quan-

λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις. κἂν ἀσκῆσαί ποτε πρὸς πόνον θέλεις, σεαυτῷ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω, [2] μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε, ἀλλὰ διψῶν ποτε σφοδρῶς, ἐπίσπασαι ψυχροῦ ὕδατος, καὶ ἔκπτυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς.

quando ad laborem te vis exercere, in tuum, non in exterorum usum, ne statuas amplectere: sed si quando vehementer sitieris, frigidam haustam expuito, ac nemini dicito.

1 Ο῎ταν εὐτελῶς.] Scribe εὐτελῶς, ut in editione Salmasii, & *Paraphraste*. *Casaubonus*.

2 Μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλαμβ.] Non eos admodum culpaverim, qui nobilissimum in re philosophica ducem secuti, hic à vero deviarunt; quæ communis omnium quos ego nactus sum interpretum culpa: illos qui possim à culpa absolvere, qui sui erroris dudum moniti non emendarunt, non video. Quamvis autem sufficere poterant, quæ dudum scripta nobis in Antoninum, lib. 1. pag. 14. & 15. quo tamen vel maxime refractarii convincantur, rem pluribus hic explicabimus. Inter alia veteris ἀσκήσεως, (longe enim ante Christianos *ascetas*, & res, & verbum in usu:) sive exercitii ad domandum aut durandum corpus excogitati genera; istud etiam quo corpus frigori ferendo assuesceret, satis usitatum, ut vigente ac rigente hyeme nudi statuas sive æneas, sive marmoreas medias amplecterentur, & ita diu status esset. Ad hoc spectaculum populus, qui casu transirent, aliique mirantes convolare soliti: & id fortasse magis spectabant isti *pseudoascetæ*, ut aliis admirationi essent; quam ut corpus injuriis frigoris assuefacerent. Huic igitur κενοδοξίᾳ Epictetus, qui omnia ad conscientiam, nihil ad famam & vulgi opinionem referret, ut iret obviam; suadet hic ut si quis exercendæ *tolerantiæ* (id enim vult hic πόνος, non quod interpretes, labor:) cupiditate teneatur, non *statuas* (ad spectaculum:) *amplectatur*; sed post diuturnam à potu abstinentiam, cum jam vehementior sitis aridas infestat fauces; aquam frigidam diutius in ore contineat; & eandem postea, nemine præsente ac conscio, ex ore exspuat: quod sane magnum tolerantiæ ac temperantiæ documentum. Hæc ex Diog Laërtio, *in vita Diogenis*: ex Plutar. in *Apophthegmatibus*; ex alio non uno vetere scriptore discimus. Consulendus περὶ ἀσκήσεως in genere Arrianus lib. 3. cap. 12. ubi etiam idem quod hic exemplum; sed & lib. 4. cap. 5. ubi istum *amplectendarum statuarum* morem ut inhumanum, & feritatis potius, quam tolerantiæ quæ hominem philosophum deceat, argumentum suggillat. Cæterum, quod Epicteto hic tribuitur; (continendæ scil. in ore aquæ consilium:) ab Arriano, Apollonio adscribitur. *Idem*.

Μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε. *Ne statuas amplectere*.] Hoc est, ne spectari velis ab aliis, aut conspici à multis; ut ii quibus multi potentiores vim faciunt; qui & opem populi implorant, statuis conscensis quiritantur, & multitudinem circa se congregant. *Sneranus*.

Procul omni dubio Epictetus Dio-

genem vel aliquem Cynicæ Sectæ philosophum respicit, qui media hyeme nudi statuas marmoreas, nive perfusas, & æneas amplectebantur. In quo exultantem Diogenem interrogavit Lacon, algeret? Negante illo, quid igitur (inquit) magnum præstas?

οα΄.

Ἰδιώτου στάσις καὶ χαρακτήρ· οὐδέποτε ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ ὠφέλειαν ἢ βλάβην, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω. Φιλοσόφου στάσις καὶ χαρακτήρ. [1] πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ.

Cap. LXXI.

Plebeji status & nota est, nunquam à se ipso vel damnum expectare, vel utilitatem: sed à rebus externis. Philosophi status & expressa imago est, omnem utilitatem & damnum à semet ipso expectare.

1 Πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷν. *Omnem utilitatem & damnum à seipso exspectare.*] Utilitatem, si recte sentiat, & naturæ congruenter vivat: damnum, si contra.

Nos vero & ponimus & sumimus secures.
Arbitrio popularis auræ:

Ut canit Horatius, Poëta inter Lyricos optimus. *Welfius.*

οβ΄.

Σημεῖα προκόπτοντος. [1] οὐδένα ψέγει, οὐδένα ἐπαινεῖ, οὐδένα μέμφεται, οὐδενὶ ἐγκαλεῖ· οὐδὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ὡς ὄντος τινὸς, ἢ εἰδότος τι. ὅταν ἐμποδισθῇ τι, ἢ κωλυθῇ, ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ· κἂν τις αὐτὸν ἐπαινῇ, καταγελᾷ τοῦ ἐπαινοῦντος αὐτὸς παρ' ἑαυ-

Cap. LXXII.

Signa proficientis sunt, neminem reprehendere, neminem laudare, neminem culpare, neminem accusare: nihil de se ipso prædicare, quasi aliquis sit, aut aliquid sciat. Cum in aliqua re impeditus fuerit, aut prohibitus; se ipsum accusat. Si ab aliquo laudatur; secum ipse

ἑαυτῷ· κἂν ψέγῃ, οὐκ ἀπολογεῖται· περίεισι δὲ, καθάπερ οἱ ἄρρωστοι, εὐλαβούμενός τι κινῆσαι [2] τῶν καθισταμένων πρὶν πῆξιν λαβεῖν. [3] ὄρεξιν ἅπασαν ἦρκεν ἀφ' ἑαυτοῦ· τὴν δ' ἔκκλισιν εἰς μόνα τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν μετατέθεικεν. ὁρμῇ πρὸς ἅπαντα ἀνειμένῃ χρῆται. ἂν ἠλίθιος ἢ ἀμαθὴς δοκῇ, οὐ πεφρόντικεν· ἑνί τε λόγῳ, ὡς ἐχθρὸν ἑαυτὸν παραφυλάσσει, καὶ ἐπίβουλον.

ipse deridet laudatorem: si reprehenditur, non defendit se: sed ritu infirmorum circuit, metuens ne statum illum convellat, priusquam is confirmetur. Omne desiderium à se dependens habet: aversationem ad ea sola, quæ naturæ eorum repugnant quæ nobis parent, transtulit. Appetitione ad omnia remissâ utitur. Sive stolidus sive indoctus habeatur, non curat. Denique, ut inimicum & insidiatorem, se ipsum observat.

1 Οὐδένα ψέγει. *Neminem vituperat.*] Scilicet curiositate aliqua rerum alienarum, aut cæco sui amore impulsus. Agrippinum laudat ipse Epictetus: sed cur? ut ejus exemplum alii imitentur. Alios reprehendit: quamobrem? ut emendentur. Videtur igitur hæc sententia μετὰ προσδιορισμοῦ τινὸς intelligenda. *Wolfius.*

2 Τῶν καθισταμένων.] Alii codices habent, τῶν καθεστώτων. Sed optime τῶν καθισταμένων, pro ἀποκαθισταμένων, eorum quæ incipiunt restitui in integrum: ut significetur initium, καὶ τὰ πρῶτα recuperandæ valetudinis.

3 Ὄρεξιν ἅπασαν ἦρκεν ἀφ' ἑαυτοῦ.] Alii ἦρχε, vel εἴρηκεν, utique perperam. Sed quia sequitur, Appetitione remissa utitur; pro εἴρηκεν legendum videtur ἤρτηκεν, ab ἀρτάω. Omne desiderium ex sese aptum habet, ut apud Platonem in Epitaphio, ὅτῳ ἀνδρὶ ἐξ ἑαυτοῦ πάντα ἤρτηται. Cic. in Paradoxis: Nemo non beatissimus esse potest, qui est totus aptus ex sese, quique in se uno ponit omnia. In Catone interpretatur, bona omnia à se ipso petere. Sententia Epicteti esse videtur: Eum qui proficiat, nihil desiderare, quo frustrari possit. Sed si quis Simplicianam ὀρέξεως & ὁρμῆς distinctionem hic sequi mavult, non impedio. *Wolfius.*

Non tanti fuerit variantes omnes hujus loci lectiones (ἦρχεν: ἦρκεν, ἦρξεν: ἤρυκεν: εἴρηκεν: ἤρηκεν, &c.) colligere: cum certum cuivis esse queat, ad cap. 7. oculos reflectenti (τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε· quo & illa pertinent cap. 4. τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς· τὰ δὲ ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν:) ἦρεν, ut in *Paraphrasi*: vel ἦρκεν, si quis ita malit, aut ἤρηκεν (eodem enim redeunt:) rectum esse. Quare autem & quatenus τὴν ὄρεξιν excludendam sanxerit Epictetus, multis disputat Simplicius in caput Epicteti 7. quæ ibi

(si cui animus est) legantur. Plures enim causas sive interpretationes comminiscitur. Negari tamen (præter ea quæ objicit Simplicius) haud potest, Epictetum in speciem sibi contradicere: cum hic etiam, (cap. 19. ἂν καὶ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύναται· τοῦτο οὖν ἄσκει ὃ δύναται.) apud Arrianum autem sæpissime, τὴν ὄρεξιν legitimo usu circumscriptam, admittat. Respondeat aliquis fortasse, non eosdem eum semper alloqui: alia, ad *idiotas*: alia, ad *philosophos*: alia denique ad *proficientes* pertinere: ut hic Simplicius. Sed verior (ut opinor) responsio, duplicem illum constituere τὴν ὄρεξιν: aliam, quæ ad ea quæ sunt in nostra potestate, restringitur: aliam, quæ ad res etiam externas, quæ *concupiscentia* quoque non male dicatur, extenditur. Priorem illam limitibus istis conclusam, nomine tenus & καταχρηστικῶς ita vocari: hanc autem quamvis non omnino, si temperetur, illicitam, rem tamen esse periculosam & quam facilius sit omnino non admittere, quam admissam cum ratione temperare. *Casaubonus*.

ογ΄.

Ὅταν τις ἐπὶ τῷ νοεῖν καὶ ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι τὰ Χρυσίππου βιβλία σεμνύνηται, λέγε αὐτὸς πρὸς σαυτόν, ὅτι εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν εἶχεν οὗτος, ἐφ᾽ ᾧ σεμνύνηται. ἐγὼ δὲ τί βούλομαι; [1] καταμαθεῖν τὴν φύσιν, καὶ ταύτῃ ἕπεσθαι. ζητῶ οὖν, τίς ἐστιν ὁ ἐξηγούμενος· καὶ ἀκούσας ὅτι Χρύσιππος, [2] ἔρχομαι πρὸς αὐτόν. ἀλλ᾽ οὐ νοῶ τὰ γεγραμμένα. ζητῶ οὖν τὸν ἐξηγούμενον καὶ μέχρι τούτων οὔπω σεμνὸν οὐδέν. ὅταν δὲ εὕρω τὸν ἐξηγούμενον, ἀπολείπεται χρῆσθαι τοῖς

Cap. LXXIII.

Si quis intelligentia & explicandi facultate librorum Chrysippi gloriatur, ipse tibi dic: Nisi obscure scripsisset Chrysippus, nihil haberet ille quo gloriaretur. Ego vero quid cognoscere studeo? Naturam; & hanc sequi. Quæro igitur, quis sit ejus interpres. Cum audiero, Chrysippum esse: eum convenio. At scripta non intelligo. Quæro igitur enarratorem. Ac hactenus quidem nihil præclari. Cum autem enarratorem invenero, reliquum est, uti præceptis; id quod solum præclarum est.

τοῖς παρηγγελμένοις· τοῦτο αὐτὸ μόνον σεμνόν ἐστιν. ἂν δὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἀπετελέσθην ἀντὶ φιλοσόφου; πλήν γε δὴ, ὅτι ἀντὶ Ὁμήρου, Χρύσιππον ἐξηγούμενος. μᾶλλον οὖν, ὅταν τις εἴπῃ μοι, ἐπανάγνωθί μοι Χρύσιππον, ἐρυθριῶ, ὅταν μὴ δύνωμαι ὅμοια τὰ ἔργα καὶ σύμφωνα ἐπιδεικνύειν τοῖς λόγοις.

est. Sin ipsam enarrationem admiratus fuero, quid aliud nisi Grammaticus philosophi loco evasi? eo duntaxat excepto, quod pro Homero Chrysippum enarro. Magis igitur, cum quis à me petierit, prælegi sibi Chrysippum, erubesco: cum facta nequeo similia verbis & consentanea præstare.

1 *Καταμαθεῖν τὴν φύσιν. Naturam cognoscere.*] Eam scilicet, quæ homini divinitus tributa est: hoc est, studeo cognoscere, qua conditione me Deus in terris esse ac vivere velit. qua de re vide sis Persium Sat. III. *Wolfius.*

2 *Ἔρχομαι πρὸς αὐτόν.*] Ex alio codice Wolfius legebat: ἔχῃ ἰσ' αὐτόν.

οδʹ.

Ὅσα προτίθεται, τούτοις ὡς νόμοις, [1] καὶ ὡς ἀσεβήσων ἂν παραβῇς τι τούτων, ἔμμενε. [2] ὅ, τι δ' ἂν ἐρῇ τις περὶ σοῦ, μὴ ἐπιστρέφου· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτ' ἐστὶ σόν.

CAP. LXXIV.

Proposita hæc observa tanquam leges, iisque citra piaculum non violandis immorare. Quicquid autem de te dictum fuerit, id ne curato. Id enim non jam tui est arbitrii.

1 *Καὶ ὡς ἀσεβήσων ἂν παραβῇς τι τούτων.*] Ista Salmasianæ quoque est editionis lectio: ex ingenio ita concinnata; an in veteribus libris inventa, nescio. Aliter certe quas vidi editiones. Wolfiana, anni partæ Sal. 1596. *καὶ ὡς ἀσεβήσων παραβησόμενος, ἔμμ.* quæ ut ad vulgatam propius accedit, ita mihi maxime probatur. Eadem tamen utriusque lectionis sententia, ut minus necessaria sit de verbis contentio. *Casaubonus.*

2 Ὅτι δ' ἂν ἐρῇ τις περὶ σοῦ, μὴ ἐπιστρέφου. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτ' ἐστὶ σόν. *Quicquid autem de te dictum fuerit, id ne curato. Id enim non jam tui est arbitrii.*] Respicitur hic ad caput XXIX. Ac si dicat: quid alii de te loquantur, curare noli. Innuit enim, fore multos, qui dicant, subito te sapientem rediisse: quique rogent, unde istud supercilium: & id genus alia. Non enim, quid illi dicant, quid non dicant, nostri est arbitrii. *Snecanus.*

οέ.

Εἰς ποῖον ἔτι χρόνον ἀναβάλλῃ, τὸ τῶν βελτίστων ἀξιοῦν σεαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν [1] τὸν διαιροῦντα λόγον; παρείληφας τὰ θεωρήματα, [2] οἷς ἔδει σε συμβάλλειν, [3] καὶ συμβέβληκας. ποῖον ἔτι διδάσκαλον προσδοκᾷς, ἵνα εἰς ἐκεῖνον ὑπερθῇς τὴν ἐπανόρθωσιν ποιῆσαι τὴν σεαυτοῦ; οὐκ ἔτι εἶ μειράκιον, ἀλλὰ ἀνὴρ ἤδη τέλειος· ἂν τοίνυν ἀμελήσῃς, καὶ ῥαθυμήσῃς, [4] καὶ ἀεὶ ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεως ποιῇς; [5] προθέσεις ἐκ προθέσεως, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, [6] μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ, λήσεις σεαυτὸν οὐ προκόψας, ἀλλ' ἰδιώτης διατελέσεις καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. ἤδη οὖν ἀξίωσον

σεαυ-

CAP. LXXV.

Quousque tandem differes præstantissima quæque tibi vendicare, & nullatenus distinctionem rationis violare? Accepisti præcepta, quæ amplectenda tibi fuerunt, eaque amplexus es. Qualem igitur adhuc doctorem exspectas, cujus in adventum, tui correctionem differas? Non jam adolescens es, sed matura ætate vir. Itaque si neglexeris & cessaris, ac subinde moræ moram, proposito propositum adjunxeris: & dies alios post alios constitueris; non animadvertes, nihil te profecisse, sed hominem plebejum fore tam viventem quam morientem. Nunc igitur viri perfecti & proficientis vitam tibi sume: ac quicquid tibi visum fuerit optimum,

ea

σεαυτὸν βιοῦν ὡς τέλειον, καὶ προκόπτοντα, καὶ πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον, ἔστω σοι νόμος ἀπαράβατος· κἂν ἐπίπονόν τι, ἢ ἡδὺ, ἢ ἔνδοξον, [7] ἢ ἄδοξον προσάγηται, μέμνησο, ὅτι νῦν ὁ ἀγὼν, [8] καὶ ἤδη πάρεστι τὰ Ὀλύμπια, καὶ οὐκ ἔστιν ἀναβάλλεσθαι, [9] καὶ ἔτι παρὰ μίαν ἧτταν καὶ ἔνδοσιν ἢ ἀπόλλυται προκοπὴ, ἢ σώζεται. Σωκράτης οὕτως ἀπετελέσθη, ἐπὶ πάντων προσάγων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ προσέχων ἢ τῷ λόγῳ. σὺ δὲ, εἰ καὶ μήπω εἶ Σωκράτης, ὡς Σωκράτης γε, εἶναι βουλόμενος, ὀφείλεις βιοῦν.

ea lex sit inviolabilis. Ac si quid laboriosum, aut suave, aut gloriosum, aut ignominiosum ingruerit; memento, tum adesse discrimen, tum instare Olympia, nec licere differre: ac profectum una clade ac remissione vel perire, vel retineri. Itaque Socrates in eum evasit qui fuit; cum in omnibus se ipse promoveret, cum nemini auscultaret nisi Rationi. Tu vero etsi nondum es Socrates, sic tamen, ut qui Socrates esse velis, debes vivere,

1 Τὸν διαιροῦντα λόγον. *Rationem dividentem*: seu, *distinctionem rationis*: aut, si magis placet, *orationem distributricem*.] Eam partitionis rationem intelligo, qua initio dixit, quædam in potestate nostra esse, quædam non esse. Quid vero si τὸν δὴ αἱροῦντα λόγον legas? Frequens Stoïcis formula, ὅσα ἂν ὁ λόγος αἱρῇ. *Wolfius*.

Τὸν διαιροῦντα λόγον.] Obscure nimis doctiss. Wolfius, (Politianum secutus) *distinctionem rationis*: qui tamen in notis recte exponit. Est autem ὁ διαιρῶν λόγος non aliud hic, quam διαίρεσις, sive *distinctio*: celebris illa nimirum primis capitibus posita *distinctio*, ut præcipuum philosophiæ Stoïcæ fundamentum; quam etiam in istius sectæ philosophorum scriptis toties inculcatam reperimus. Epictetus hic cap. 24. εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ. apud Gellium, (lib. 1. cap. 2.) μέμνησο ταύτης τῆς διαιρέσεως: in paucis bis lineis. Erant t. & aliæ διαιρέσεις magni in hac philosophia usus, quas Antoninus imperator sæpius commemorat. Apud Senecam (De Benef. 7. 2.) *& sine mora ulla veniat illa turpis honestique distinctio.* Idem Epist. 71. *Socrates hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaque distinguere.* Sed t. non est contemnenda Wolfii, quæ mihi quoque dudum venerat in mentem, conjectura,

scri-

scriptum forte fuisse, τὸν δὴ αἱροῦντα λόγον. Est autem (ut omnes norunt, qui Philosophos vel à limine:) ὁ αἱρῶν λόγος usitatissima Philosophis, (sed & aliis, ut Herodoto:) formula, pro λόγος ὀρθὸς, seu *recta ratio*. Mihi hujus conjecturæ, sive lectionis præcipuum fundamentum in istis Simplicii, hæc enarrantis Epicteti, verbis: καὶ τὸ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὸ ὀρθὸν λόγον. quod & infra verbis insignibus repetere videtur; πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον, ἔστω σοι νόμος ἀπαράβατος. Sed tamen particula δὴ nihil hic opus: imo orationi obstat; nisi (quod minus probo,) mutetur interpunctio. Sed nec illud mirum, qui τὸν αἱροῦντα λόγον non intelligerent, maluisse, atque ita (quia jam in superioribus ita observarant, ut ostendimus:) scripsisse, τὸν διαιροῦντα. Sed utcunque legas, τὸν αἱροῦντα vel τὸν διαιροῦντα, manifesta est utriusque locutionis ratio, nec hic incommoda. *Casaubonus*.

2 Οἷς ἔδει σε συμβάλλειν.] Omnes quas vidi editiones ita legunt Salmasiana excepta, quæ habet: οἷς ἐδεῖ σε συμβαλεῖν.

3 Καὶ συμβέβληκας.] Wolfius in quod. cod. invenit: καὶ συμβέβηκας.

4 Καὶ ἀεὶ ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεων ποιῇς.] Ex codice quodam Wolfius suæ editioni hanc variam lectionem adscripsit: Καὶ μεθ' ὑπερθέσεως ποιῇς.

5 Προθέσεις ἐκ προθέσεων.] Simplicius, & *Paraphr.* (omissis istis, ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεων: quæ etiam absunt à Salmasiana edition.) προθεσμίας ἐκ προθεσμιῶν: quod fortasse verius. *Casaubonus*.

† 6 Μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ.] Absunt hæc a versione. quæ reddas: *postquam tibi ipse attenderis*; seu, *in te descenderis*.

7 Ἡ ἄδοξον προσάγοντα.] Hæc verba neque in Salmasiana, neque in editione Casauboniana conspiciuntur. Nos sequentes alias, ea maxime necessaria existimamus.

8 Καὶ ἤδη πάρεστι τὰ Ὀλύμπια. *Tum instare Olympia.*] Significat, in propinquo esse tempus, quo aut vincendum aut succumbendum, prout in Olympico certamine fiebat. Egregie Persius perstringit socordiam eorum, qui vitæ emendationem dietim proferebant. Quem vide sis Satyra v. *Snecanus*.

9 Καὶ ὅτι παρὰ μίαν ἧτταν καὶ ἐνδοσιν.] Cum hac editione nostra quoque Salmasiana convenit: Sed Casauboniana habet: καὶ ὅτι παρὰ μίαν, &c. Similique modo Wolfiana, quæ insuper pro varia lectione textui adposuit: ἐκεῖ τε καὶ ὅτι παρὰ μίαν, &c.

De his verbis operæ pretium, quæ scribit b. m. Parens in Pers. Sat. 5. nisi qui valde festinat, adiisse. *Casaubonus*.

οϛ'.

Πρῶτος καὶ ἀναγκαιότατος τόπος ἐν φιλοσοφίᾳ, ὁ τῆς χρήσεως [1] τῶν θεωρημάτων· οἷον, [2] ὁ τοῦ μὴ ψεύδεσθαι. δεύτερος, ὁ τῶν ἀποδείξεων· οἷον, πόθεν ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι. τρίτος, ὁ αὐτῶν

CAP. LXXVI.

Primus & maxime necessarius in philosophia locus est is, qui agit de usu decretorum, veluti, de non mentiendo. Alter, qui demonstrationes tractat; veluti, cur non sit mentiendum. Tertius, qui

αὐτῶν τούτων βεβαιωτικός, [3] καὶ διαρθρωτικός. οἷον, πόθεν ὅτι τοῦτο ἀπόδειξις; τί γάρ ἐστιν ἀπόδειξις; τί ἀκολουθία; τί μάχη; τί ἀληθές; τί ψεῦδος; οὐκοῦν ὁ μὲν τρίτος τόπος ἀναγκαῖος διὰ τὸν δεύτερον, ὁ δὲ δεύτερος διὰ τὸν πρῶτον. ὁ δὲ ἀναγκαιότατος, καὶ ὅπου ἀναπαύεσθαι δεῖ, ὁ πρῶτος. ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν ποιοῦμεν. ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ τόπῳ διατρίβομεν, [4] καὶ περὶ ἐκεῖνόν ἐστιν ἡμῖν ἡ πᾶσα σπουδή. τοῦ δὲ πρώτου παντελῶς ἀμελοῦμεν. Τοιγαροῦν ψευδόμεθα μὲν, [5] πῶς δὲ ἀποδείκνυται, ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι, πρόχειρον ἔχομεν.

qui has ipsas confirmat & distinguit; veluti, quei fiat ut ista sit demonstratio? quid enim sit demonstratio? quid sit consequentia? quid pugna? quid verum? quid falsum? Quare tertius locus necessarius est propter secundum, secundus propter primum. Maxime autem necessarius est, & in quo conquiescendum sit, primus. Nos vero diversum facimus. Nam in tertio loco immoramur, in eoque omne studium nostrum consumimus: primum autem prorsus negligimus. Proinde mentimur quidem, & quomodo tamen demonstretur non esse mentiendum, in promptu habemus.

1 Τῶν θεωρημάτων] Wolphius & Plantiniana, τῶν δογμάτων. Multis tamen in locis τῶν θεωρημάτων usum commendat. Capite præcedenti, Παρείληφας τὰ θεωρήματα. Et cap. LXIX. Καὶ σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε. Et ita quoque aliis in locis.

2 Ο' τοῦ μὴ ψεύδεσθαι.] Id est, non decipi: quod aliis verbis, ἄπλωτον εἶναι ἐν τῷ λόγῳ: apud Diog. Laërtium, in Zenone. Non enim de *non mentiendo* (ut hic interpretes, perperam:) vel, *ne quis mentiretur* præcepta continebant ista Stoïcorum dogmata; sed ne quis *falleretur*; puta, bona pro malis; mala pro bonis amplectens; in quo fælicis aut infælicis vitæ cardo præcipue vertitur. Alio sensu, fateor, apud Stobæum, μὴ ψεύδεσθαι τὸν σοφὸν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἀληθεύειν. & quæ ibi sequuntur: quod non mirum, cum eadem vox ψεύδεσθαι & *falli*, & *mentiri* vulgo significet. Et sane si quis ista subtilius rimetur, dicat fortasse *non falli*, & *non mentiri*, eodem recidere; quia si quis

bona

boni & *mali* naturam probe perspectam habet, nullis ille minis, nullis illecebris à vero tum in verbis tum in factis (*πᾶς ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος* à cœlesti hæreditate, *Apocal.* 22. 25. exclusus:) abducetur. Sed hæc subtiliora, an sublimiora? quæ pauci intelligunt; pauciores, etiam qui se *veritatis* præcones, & duces aliis venditant, observant. *Casaubonus.*

3 *Καὶ διαρθρωτικός.*] Ita Salmasiana, & aliæ quædam editiones. In quibusdam legi *καὶ διοριστικός*, ast vocis significatio me latet; quia Græcum non est. Wolfius præter hanc lectionem suæ editioni pro varia lectione, adscripsit vocem, *διαριθμητικός.*

4 *Καὶ περὶ ἐκεῖνον.*] Præter hanc lectionem Wolfius habet, *καὶ περὶ ἐκείνων.*

5 *Πῶς δὲ ἀποδείκνυται ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι.*] Aliam lectionem Wolfius huic adjecit, nempe: *πῶς δὲ δεῖ ἀποδεικνύναι ὅτι οὐ ψεύδεσθαι.*

οζ'.

1 Ἐπὶ παντὸς προχείρου εὐκτέον ταῦτα.

2 Ἄγου δή με, ὦ Ζεῦ, καὶ
Σύ ἡ πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ
διατεταγμένος,
Ὡς ἕψομαι σπουδαῖος
ἠδὲ ἄοκνος.
Ἐὰν δὲ μὴ ἐθέλω, οὐχ
ἧττον ἕψομαι.

Cap. LXXVII.

In quovis incepto hæc optanda sunt.

Me, Jupiter, duc, fortis
& Necessitas,
Quocunque vestro destinatus numine
Sum: nam volens sequar. Minus quod si
velim,
Sequar coactus, improbusque & impius.

1 *Ἐπὶ παντὸς προχείρου.*] Ex Simplicio vera lectio fuerit, *ἐπὶ π. ἐκ προχείρου.* Sed potest ferri, quod hic ista *παντὸς προχείρου* (quamvis *τὸ πρόχειρον* eo sensu non obvium:) copulentur; cum alioquin *ἔργου* aut tale quid quod *τῷ παντὸς* respondeat, subintelligendum sit. *Casaubonus.*

2 *Ἄγε δή με.*] Primum hoc totum, teste Simplicio, Cleanthis est, Stoïci philosophi, Asso nati, qui fuit Zenonis discipulus, Chrysippi magister. Cujus statuam in Asso magnificentiæ Romanæ specimen sibi visam testatur Simplicius ad hunc locum. *Snecanus.*

οη'.

1 Ὅστις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκε καλῶς,
Σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ
τὰ θεῖα ἐπίσταται.

Cap. LXXVIII.

Necessitati qui probe
se accommodat,
Sapit: estque rerum divinarum conscius.

1 *Ὅστις δ' ἀνάγκῃ.*] Totum caput hoc nihil continet nisi duos jambos Euripidis Tragici. *Snecanus.*

οθ'. 1 Ἀλ-

οθ'. CAP. LXXIX.

¹ Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον· Ὦ Κρίτων, εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ γινέσθω. ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δ' οὔ.

Sed & tertium illud: *O Crito, si Diis ita visum fuerit, ita fiat. Me autem Anytus & Melitus occidere sane possunt, lædere vero non possunt.*

1 Duo dicta hoc continentur. Prius Socratis est, è Critone Platonis desumptum. Alterum sumptum est ex Socratis Apologia Platonica; ubi de Socratis accusatoribus Anyto & Melito illud dicitur. *Simplicius.*

Mirum est, symbolum Epicteti ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Sustine & abstine, esse prætermissum. Et Euripideum illud, οἰστέον κ' ἐλπιστέον. Tolerandum & sperandum. Mihi vero precatio illa Euripidea valde probatur:

Ὦ Ζεῦ πατήρ τε καὶ σοφὸς κλήζῃ θεὸς
Βλέψον πρὸς ἡμᾶς, καὶ μετάστησον κακῶν.

Quam eleganter convertit vir doctissimus Vincentius Obsopœus:

Juppiter alme parens, sapiens, justissimus idem.
Respice nos miseros, atque medere malis. Wolfius.

Non omnes Epicteti sententias hoc Enchiridio contineri, illis constat, qui dissertationes Arriani de Epicteti disputationibus legerunt. Ac proinde nemo quoque mirabitur, hic non reperiri illud decantatum Epicteti dictum, Ἀνέχου, καὶ ἀπέχου. *Sustine, & abstine.* Quin imo comparent in Agellio & Stobæo nonnulla Epicteto attributa, quæ ne quidem apud Arrianum reperias. *Snecanus.*

Epicteti Enchiridii finis.



ΕΠΙΚΤΗ-

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ,

Τέχνη ἀνθρώπων διορθωτική. ὑποθῆκαι ἅς εἰς ὑπόθεσιν ἑαυτῶν γεγράφασι σπουδαῖοι, καὶ ὠνόμασαν Ἐγχειρίδιον.

MERICUS CASAUBONUS

Primus edidit, vertit & notas addidit.

LECTORI.

DE hac Enchiridii Paraphrasi *quæ dicamus hic in genere, pauca supersunt, præter ea quæ jam dicta sunt. Antiquam eam esse, & ævi melioris, superioribus in* Notis *observata non pauca quæ fidem faciant. Quibus addas certas voces & loquendi genera*, πολιτεία· ἀκρότατος· πολιτεία· ἀνακείμενοι τῷ Θεῷ, *&c. proprio quodam veterum Patrum usu, ad res Christianorum, monachorum præcipue, traducta: ut non uni pridem observatum, & nulli in eorum scriptis cum cura versato, non satis notum. Dictio ubique pro argumento, simplex & pura; tali ævo conveniens. Verbum unum aut alterum fortasse, quod sequioris, aut certe inclinantis ævi videri possit:* ἡσυχαστής. κενδός. *Sed quæ tamen Justiniani ævo, id est, ante mille annos, jam nota, & in usu communi: fortasse etiam non uno ante illum sæculo. De utroque aliquid, in accuratissimo, doctissimus Meursius, Glossario. Plura olim nobis notata melioris ævi in hac* Paraphrasi *ex collatione cum aliis scriptis vestigia, quæ jam (chartis amissis) non occurrunt. Diligens Lector, cui librorum copia, & pro copia voluntas, hoc specimine incitatus, cætera facile supplebit. Cæterum, quod ad me primo missum est exemplar, ex* Sionensis *Collegii Londinensis melioris no-*

tæ Manuscripto libro, qui istius argumenti scripta plurima continebat, transcriptum fuisse literæ simul tum missæ perhibebant. Istud apographum quam emendatum fuerit, non possum nunc, quia dudum mihi periit, dicere. Secundum hoc, quod exhibemus, multis certe mendis scatebat: quas omnes, aut certe plurimas, ex accuratiore cum Manuscripto collatione tolli posse, confidebam. Quam ad rem, cum amicorum quorundam opera, quia mihi minus erat commodum, usus essem; illi post diuturnam explorationem Manuscriptum in isto Collegio nullum tale jam reperiri renuntiant. Absit, ut omnino perierit. Insignis hæc certe, (si ita res haberet) custodum incuria, vel perfidia fuerit. Nobis tamen interim hæc expectationis nostræ frustratio permolesta accidit. Hac igitur spe & ope destituti, correctis quæ satis obvia cuivis & manifesta; in cæteris, correctiones nostras & conjecturas in oppositis oris apposuimus: & vix puto locum ullum repertum iri, ex quo non fœliciter, aut probabiliter nos expediverimus. Sciat autem Lector, cum priora aliquot capita Paraphraseos, *parum aut nihil ab* Enchiridio *differant; ne, quod ajunt, in mustaceo laureolam; libenter fecisse nos, ut Wolfii, viri doctissimi & harum rerum intelligentissimi versionem, retineremus. Ubi res aliter suasit, reddita in plerisque facti ratione; aliter observasse.*

ΕΠΙΚΤΗ-

[ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ,][EPICTETI,]

[1] Τέχνη ἀνθρώπων διορθωτική. Ὑποθῆκαι ἃς εἰς ὑπόθεσιν ἑαυτῶν γεγράφασι σπουδαῖοι, καὶ ὠνόμασαν, Ἐγχειρίδιον.

Ars humanæ vitæ emendatrix: Præcepta scilicet, quæ ad propriam commonitionem viri graves, & virtute præditi conscripsere.

ά.

Τῶν ὄντων, τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἑνὶ λό-

I.

Res quædam in potestate nostra sunt: quædam non sunt. In nostra potestate est opinio, appetitio, desiderium, aversatio; & ut uno com-

1 Ἐπικτήτου τέχνη ἀνθρ. διορθωτική.] Hic *Enchiridii* quoque titulus in quibusdam, ut videtur, libris repertus. Ita enim in editione Plant. An. Dom. 1585. omnium accuratissima, exhibetur: [Epicteti *Enchiridion*: hoc est, pugio, sive *Ars humana vita correctrix*.] Nisi quis visam Plantino hanc *Paraphrasin*, & inde sumptum titulum, verisimilius credat: quod non adeo mihi probabile. Et nunc venit in mentem, pridem Barthii *Adversaria*, (ab eo tempore nunquam mihi visa) volventem, observare me, Epictetum professione fuisse Christianum, satis pilum confidenter asserere. Præcipiti hoc ille (ut alia, ni fallor, in istis *Adversariis* haud pauca,) sine dubio judicio: si quidem sunt illa Epicteti, quæ nos ut Epicteti legimus, & omnis retro ætas esse credidit. Dubitet tamen aliquis, an visa hæc illi fortasse *Paraphrasis*, tam temerarii judicii causa fuerit. Sed ut ad Plantinianum titulum redeamus: Potest etiam, ut à Simplicio sint ista verba: Τέχνη ἀνθρ. διορθωτική. Ita enim etiam in isto, ubi de *titulo* agit, reperimus; εἰς μίαν πάντα ταύτης τέχνην. τὴν διορθωτικὴν τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς. Aut certe etiam Simplicius in suo codice repererit, & inde sunt ista.

λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. Οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα. Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν εἰσὶ φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαραπόδιστα. τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια. Μέμνησο οὖν ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα, ἐλεύθερα οἰηθῇς· καὶ τὰ ἀλλότρια, ἴδια· ἐμποδισθήσῃ, λυπηθήσῃ, ταραχθήσῃ, μέμψῃ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. Ἐὰν δὲ τὰ ἐπὶ σοὶ μόνα οἰηθῇς σὰ εἶναι, τὰ δὲ ἀλλότρια, ἀλλότρια· οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐδένα μέμψῃ, οὐκ ἐγκαλέσῃ τινὶ, ἄκων πράξεις οὐδὲν, ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις. βλάψαι γάρ σε οὐδεὶς δύναται.

complectar verbo, quælibet nostræ actiones. Nostri arbitrii non sunt, corpus, pecunia, gloria, imperia: ad summam, ea quæ ipsi non agimus omnia. Ac ea quidem, quæ nobis parent, libera sunt natura sua; nec prohiberi ab ullo, nec impediri possunt. In quæ autem ipsi jus nullum habemus, ea sunt infirma, obnoxia servituti, obnoxia impedimentis, aliena. Proinde memento, si ea quæ natura serviunt, libera putaris, & aliena pro tuis habueris; fore ut impediaris, doleas, perturberis, Deum hominesque accuses. Sin ea sola tua existimaris, quæ tua sunt; aliena vero quæ sunt aliena; te nemo coget unquam, nemo te impediet, neminem accusabis, neminem criminaberis, ages nihil invitus, inimicum non habebis: cum nemo sit qui nocere tibi possit.

β'.

Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς· τὰ δὲ ὑπερθέσθαι πρὸς τὸ παρόν, καὶ προηγουμένως ἑαυτῷ ἐπιμελεῖσθαι. ἐὰν δὲ ταῦτα θέλῃς, καὶ ἄρχειν, καὶ πλουτεῖν· εἰκὸς μὲν μηδὲ τούτων σε τυγχάνειν. πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνων ἐλευθερία καὶ εἰλικρινὴς εὐλάβεια περιγίνεται.

II.

Cum igitur tantas res appetas, ſic eas ſuſcipiendas eſſe memento, ut ſis non mediocriter incitatus, atque alia penitus relinquenda, alia in præſentia omittenda cenſeas, & tui ipſius curam tibi primo loco ſuſcipiendam. Quod ſi & illa deſideraris, & magiſtratus etiam atque opes appetieris, poteſt fieri, ut nec illa conſequaris: iis certe omnino excides, per quæ ſola libertas, & vera pietas comparatur.

γ'.

2 Εὐθὺς οὖν παντὶ λογισμῷ φαντασίαν δεικνύντι τραχεῖαν, μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα

III.

Ad omnem igitur aſperiorem ſpeciem, quam cogitatio tua ſibi fingit, aſſueſcito te, ut in promptu tibi ſit ita continuo ſubjicere: viſum es animi; ſed minime, quod videre-

2 Εὐθὺς οὖν παντὶ λογισμῷ.] Enchirid. Εὐθὺς ἐν παντὶ φαντασίᾳ. In ſequentibus quoque non ſemel eadem mutatio, ubi in Enchiridio, vel φαντασία ut hic; vel διαλογισμοί. Atque ita veteres Chriſtiani paſſim locuti: unde in eorum ſcriptis κατὰ τῶν λογισμῶν varii tractatus, & frequentes excurſiones.

τα δοκίμαζε τοῖς κανόσι τούτοις, πότερον περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν ὁ λογισμός, ἢ περὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. καὶ ἐὰν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὀφθῇ, πρόχειρον εὐθὺς λέγειν, ὅτι οὐδὲν πρὸς ἐμέ. Μέμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τυχεῖν οὗ ὀρέγῃ. ἐκκλίσεως δέ, τὸ μὴ περιπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίνεις. καὶ [3] ὀρέξεως μὲν ἀποτυγχάνων, ὀδυνηθήσῃ. ἐκκλίσει δὲ περιπίπτων, γελασθήσῃ.

deris, es Postea rem ad has regulas exige: Utrum in iis rebus versetur ea cogitatio (seu species cogitationi tuæ oblata:) nostræ potestati subjectis; an vero alienis. Quod si in alienis eam versari percipias, in promptu sit, illam nihil ad te attinere. Memento (præterea) appetitionis id esse propositum (sive eam postulationem:) ut consequaris quod appetis: aversationis autem propositum, ne in id incidas, quod aversaris. Porro, frustratus appetitione tua, lugebis: in id incidens, quod aversatus es, rideberis.

3 Ὀρέξεως μὲν ἀποτ. ὀδυνηθήσῃ - - - - γελασθήσῃ.] Epictetus: καὶ ὁ μὲν ὀρέξ. ἀποτ. ἀτυχής. ὁ δὲ ἐκκλ. περιπίπτων, δυστυχής. Falloɾ, aut hæc veterem redolent εὐλάβειαν, & ἀτυχὴς & δυστυχὴς consulto consilio aliter reddita. Hinc etiam quod temporum istorum Christiani, Deorum gentilium nominibus in designandis hebdomadæ diebus (nec opinor sine ratione, ut erant illa tempora:) uti, piaculare crediderunt. Quin & propria, ut docet Eusebius, quæ gentilismum saperent, nomina mutata. Alia nunc ratio; & quæ tum rationabilis εὐλάβεια, nunc ridicula superstitio fuerit. Sed hæc obiter. Ab eadem mente fortasse jam supra, Cap. 2. εἰκὸς μέν. pro eo quod in Enchiridio, τυχὸν μέν. Non constans tamen hic, quod merito miremur, hæc observatio. Eodem siquidem capite, τυγχάνειν, &c. & in sequentibus iterum; sed & τύχη, & id genus alia non semel. Aut igitur alia mutationis hujus ratio; aut ad rem, quam ad verba attentior auctor noster, vel incautus ista præteriit; vel semel quid mallet, indicasse contentus, labori non adeo necessario prudens pepercit. An potius à posteriore aliquo monacho hæc mutatio, qui (ut multorum mos est) pauca tantum, & festinanter legit: aut si plura, quia tamen sæpius occurrebat, cætera aliis emendanda reliquit?

δ'

δ'.

Ἐὰν δὲ μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπὶ σοὶ, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνῃς περιπέσῃ. νόσον δ' ἂν ἐκκλῖναι θέλῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, ὀδυνηρῶς διάξεις. Ἆρον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. ἂν γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινὸς, ἀποτυγχάνειν ἀνάγκη. τῶν ἐφ' ἡμῖν ὅσον ὀρέγεσθαι καλὸν, * οὐδὲν οὔπω σοι πάρεστι. μόνον τῷ ὁρμᾷν καὶ ἀφορμᾷν χρῶ κούφως καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνιεμένως.

* Enchir. οὐδέπω σοι.

IV.

Itaque si ea solum aversare, quæ eorum naturæ, quæ in te sunt, repugnant; in eorum quæ aversaris, nihil incides. At si morbum aversari velis, aut mortem, aut paupertatem, ærumnosus vives. Aversationem igitur ab iis rebus amovebis omnibus, quæ in nobis sitæ non sunt: atque in eas transferes, quæ naturæ eorum, quæ nostri arbitrii sunt, repugnant. Appetitionem autem hoc tempore prorsus auferto; nam si ea, quæ arbitrii nostri non sunt, desideraris; frustrari necesse erit. Ea vero quæ nobis parent, quatenus recte possint expeti, nondum es assecutus. Sed eo tantum utitor animi motu, qui ad res vel persequendas, vel omittendas; (idque leviter, & cum exceptione, & remisse;) sufficiat.

ε'.

Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο λέγειν ἐν σεαυτῷ, ὁποῖόν τι ἐστὶν, ἀπὸ τῶν μικροτέρων ἀρξάμενος· ἂν ποτήριον στέργῃς, ὅτι ποτήριον στέργεις. κατεαγέντος γὰρ αὐτοῦ οὐ ταραχθήσῃ. ἂν χύτραν, ὅτι φύσιν ἔχουσα, τὸ κλᾶσθαι. ἐὰν ἀδελφὸν ἢ φίλον, ὅτι ἄνθρωπον θνητὸν ἀγαπᾷς. ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ, οὐ ταραχθήσῃ.

V.

Singulis in rebus quæ vel delectant, vel usui serviunt, vel (naturali amore) diliguntur, memento tibi suggerere cujusmodi (res illæ) sint, exorsus à minimis. Si poculum diligis, te poculum diligere: sic erit, ut eo confracto, non animo perturberis. Si ollam, te rem natura facile fragilem diligere. Si fratrem, si amicum; hominem, ita à natura comparatum, ut mori ei necesse sit. Ita fiet, ut cum morietur, non perturberis.

ς'.

Ὅταν ἅπτεσθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε σεαυτὸν ὁποῖόν τι ἐστὶ τὸ ἔργον. ἐὰν εἰς ἑστίασιν ἀπίῃς, πρόβαλλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν ταῖς ἑστιάσεσι. Τοὺς προτιμωτέρους εἶναι· τοὺς παρρησίας πλεῖον εἶναι μετέχοντας:

VI.

Opus aliquod aggressurus ipse tibi subjicito cujusmodi sit illud opus. Si ad convivium abeas, ea tibi proponito, quæ fiunt in conviviis. Qui sint honoratiores, alios: quibus magis esse familiaribus liceat: qui provocent (ad bibendi certamen:)

τας· [4] τοὺς κελεύοντας· τοὺς πολὺ πίνοντας, καὶ λοιδοροῦντάς σου τὴν ἐγκράτειαν· τοὺς ἀτάκτως συνδειπνοῦντας. οὕτω γὰρ ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου. μάλιστα, ἐὰν εὐθὺς ἐπιλέγῃς, ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἑστίασιν θέλω, τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάττων. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου. οὕτω γὰρ, ἐάν τι πρὸς ὃ προέθου ἔργον, γένηται ἐμπόδιον, πρόχειρον ἔσται σοι λέγειν, οὐ τοῦτο ἔθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι. οὐ φυλάξω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

men:) qui multum bibant, & tuam temperantiam convitiis incessant; qui petulanter se gerant in mensa: (te ibi repertu-rum.) Sic tutius rem aggredieris: præcipue si mox ipse tibi dixeris. Ad convivium abeo, sic animatus, ut meum institutum naturæ congruens conservem. Eodemque modo in unoquoque negotio. Ita enim si quid impedimenti fuerit, quo minus id quod agitabas, perficeretur; in promptu quod dicas: Equidem non hoc solum volui, sed & institutum meum naturæ consentaneum tueri. Non tuebor autem, si quæ fiunt ægre tulero.

ζ'.

Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ αὐτῶν δόγματα. Οἷον, θάνατος οὐ-

VII.

Homines perturbantur non rebus, sed iis quas de rebus habent opinionibus. Verbi causa: Mors

4 Τοὺς κελεύοντας.] An τοὺς κλοπεύοντας: quia, in Epicteto, inter alia, τοὺς κλέπτοντας? Et fures *balnearii*, Catullo quoque (ut alios omittam) dicti & notati? Non puto; nec hic opportunum.

οὐδὲν δεινὸν, ἐπεὶ καὶ τοῖς μάρτυσι δεινὸν ἐφαίνετο. ὅταν οὖν ἐμποδιζόμεθα, μήποτε ἄλλον αἰτιώμεθα, ἀλλ᾽ ἑαυτοὺς, τουτέστι, τὰ ἑαυτῶν δόγματα.

Mors non est malum; alioquin enim & martyribus ita visum esset. Cum igitur impedimur, ne culpemus alios unquam, sed nosmet ipsos; hoc est, nostras opiniones.

η'.

Ἀπαιδεύτου ἔργον, ἄλλῳ ἐγκαλεῖν ἐφ᾽ οἷς πράσσει κακῶς· ἠργμένου παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ. πεπαιδευμένου, μήτε ἄλλῳ, μήτε ἑαυτῷ.

VIII.

Alios accusare in propria calamitate, hominis est ineruditi: se ipsum, ejus qui erudiri cœperit: nec se, nec alium, eruditi.

θ'.

Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ προτερήματι. εἰ τὸ ἱμάτιον ἐπαιρόμενον ἔλεγεν, ὅτι καλόν εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν. σὺ δὲ ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι ἱμάτιον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἱματίῳ ἐπαίρῃ. τί οὖν ἐστὶ τὸ σὸν, εἰ μὴ χρῆσις φαντασιῶν; ὥστε ὅταν χρῆσιν φαντασιῶν κατὰ φύσιν ἔχεις, τότε μόνον ἐπὶ σῷ ἀγαθῷ σεμνυνῇ.

IX.

Nulla aliena præstantia efferaris animo. Si vestis semet jactans diceret: *Sum pulchra*; ferendum esset. Tu autem, cum de veste pulchra gloriaris, scito te de veste gloriari. Quid igitur est tuum? Usus visorum: (sive, extrinsecus oblatarum specierum quæ mentem movent.) Cum igitur in usu visorum ita te geres, quemadmodum natura postulat, tum de bono (quod tuum est:) gloriari posse te, credito.

ι.

I. X.

Ὥσπερ ἐν πλοίῳ, τοῦ πλοίου τοῦ καθορμισθέντος, ἂν ἐξέλθοις ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργόν ἐστιν ˢ κοχλίδας ἀναλέξασθαι ἢ * ψυμάδας συνάξαι, τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν πρὸς τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι μήποτε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, καὶ τότε πάντα ἐκεῖνα ἀφέντα δραμεῖν, ἵνα μὴ δεδεμένος βληθῇς ὡς τὰ πρόβατα· οὕτως καὶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, ἐὰν δέδονται ἀδελφοὶ, ἢ φίλοι, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἴκημα, οὐδὲν κωλύει. Ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχων ἐπὶ τὸ πλοῖον ἀφῇς ἐκείνους, μηδ᾽ ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν δὲ γέρων ᾖς, ˢ μηδέποτε ἀπαλλαγῇς τοῦ πλοίου, μήποτε καλούμενος ἐλλίπῃς, καὶ δεδεμένος βληθῇς. ὁ γὰρ ἑκὼν μὴ ἑπόμενος, ἀνάγκῃ τοῦτο πείσεται.

Quemadmodum in navigatione, subducto navigio, si aquatum exieris, nihil vetat, in transitu quasi, etiam cochleolas legere, aut umbiliculos colligere: animo autem in navigium intento esse oportet; & oculos eo semper referre: ne forte gubernator vocet: ac tum omnia illa relinquere, ne vinctus tanquam ut oves, in navim conjiciaris: Sic & in vita pariter, si pro cochleola, aut umbiliculo, fratres, aut amici dentur, aut propinqui, aut domus; nulla invidia est. At si gubernator vocarit, currens, relictis istis omnibus, ad navim redibis, neque respicies. Quod si senex es, à nave omnino non recedes, ne quando vocatus, vires (in via) tuæ deficiant, & vinctus conjiciaris. Quisquis enim non volens & libens sequitur, hoc illum pati necesse est.

5 Κοχλίδας ἀναλέξασθαι.] Cic. De Orat. lib. 2. Non *audeo dicere de talibus viris; sed tamen ita solet narrare Scævola, conchas eos & umbilicos ad Cajetam & ad Laurentum legere consuesse, &c.*

* γρ. ψοχάδας.

6 Μηδέποτε ἀπαλλ. τοῦ πλοίου.] Melius hoc, quam ut in *Enchiridio*, ἀπαλλ. ποτὲ τοῦ πλοίου μακράν. Sed nec Simplicius istud μακρὰν agnoscit.

† Καθορμισθέντος *navigio subducto.*] Malim *navigio ad litus appulso*, quod solenne est exituris ad aquandum. Ceterum restituendi locum hunc nullam equidem viro Cl. J. Gronovio earum, quas in notis suis ad calcem libri allegat, causam fuisse video, quin directo, quæ ibi disputat, proposito scriptoris esse contraria: quod quidem non aliud est, quam ut ostendat, amicos, fratres, propinquos cet. homini in vita, aliud majoris curæ agenti, tanquam cochleolas & lapillos obtingere egressis navigio, ad aquandum. quare nisi τὸ ἀναλέξασθαι κοχλίδας ἢ ψηφίδας ad ipsum tempus τοῦ ὑδρεύσασθαι referendum putes, claudicabit similitudinis institutæ exemplum.

ια'.

Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα ὡς σὺ θέλεις γίνεσθαι. ἀλλὰ μᾶλλον θέλε αὐτὰ γίνεσθαι, ὡς γίνονται, καὶ ἀλύπως διάξεις.

XI.

Ne postules ea quæ fiunt, arbitratu tuo fieri; sed potius ita quæque fieri velis, ut fiunt; & nunquam dolebis.

ιβ'.

Νόσος, σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· ψυχῆς δ' οὔ, ἐὰν μὴ σὺ θέλῃς. χώλωσις, σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον· ψυχῆς δ' οὔ. καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε. Εὑρήσεις γὰρ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σὸν δ' οὔ.

XII.

Morbus, corporis impedimentum; non animi, nisi ipse velis. Claudicatio, pedis impedimentum est, animi non item. Et hoc, ut quæque res accidit, subjice tibi: invenies eas alterius cujuspiam rei impedimentum esse, non tui, *[qui non corpus; sed animus es.]

* Immo vero, *quia liber sis & tui juris, nec animi voluntas cogi possit.*

ιγ'.

Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐμπιπτόντων πειρασμῶν, ζήτει τὴν δύναμιν ἣν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. φυσικὰς γὰρ δυνάμεις ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο νικητὰς τῶν ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ προβαλλομένων. ἐὰν γυναικὸς πρόσωπον πειράσῃ σε, εὑρήσεις δύναμιν, τὴν ἐγκράτειαν. Ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις τὴν καρτερίαν. ἐὰν λοιδορία, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ οὕτως ἐθιζόμενόν σε, οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

XIII.

Quæcunque tentatio [five affliƈtio] tibi contigerit; difpice quam facultatem habeas ad [reƈtum] ejus ufum. Naturales enim facultates Deus nobis largitus eft, omnium quæ inimicus (Diab.) ad nos tentandos objicit, debellatrices. Si vultus [formofæ] mulieris te irritat, præfto eft continentia, quam [ad remedium] adhibeas. Si dolor, tolerantia: fi convicium, patientia. Atque ita fi affueveris, non abripient te opiniones: [feu, rerum fpecies extrinfecus oblatæ.]

ιδ'.

Ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. ὁ ἀδελφὸς ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. κτῆμα ἀφῃρέθη; οὐκοῦν καὶ τοῦτο ἀπεδόθη; ἀλλ' ἀγανακτεῖς, ὅτι κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλει,

διὰ

XIV.

Nunquam te quicquam perdidiffe dicito, fed reddidiffe. Frater mortuus eft? redditus eft. Res eft erepta? Utique & illa reddita eft. Sed indignaris, quod improbus ille, qui eripuit. Quid id tua refert, per quem

fuum

διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ἀπῄτησεν; οὕτω παιδευθεὶς ὁ Ἰὼβ ἔλεγεν. Ὁ κύριος ἔδωκεν, ὁ κύριος ἀφείλετο. ἄδικον, φησὶν, ἀπομάχεσθαι τῷ λαβεῖν βουλομένῳ, ὃ δέδωκε, καὶ τὸ πρέπον ἐννοῶν, ὡς τῷ κυρίῳ, φησιν, ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο. Εἰ γὰρ ἀληθῶς ὁρίζῃ κύριον εἶναι, τὸν τοῦτο κελεύσαντα, φέρε τοῦ δὲ πράως τὸ βούλημα. οὕτως γὰρ νόμος δούλου πρὸς δεσπότην ἀγαθόν. μέχρι μέν τοι οὔπω ἀποδέδοται, οὕτως αὐτῶν φρόντιζε, ὡς ἀλλοτρίων, καὶ ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παριόντες.

suum repetat, qui tibi dedit. Ita doctus [vel, instructus] Job dixit: *Dominus dedit: Dominus abstulit.* Injustum est, inquit, quod dederat repetenti, resistere. Et re bene pensitata: *Sicut Domino placuit*, inquit, *ita factum est.* Si enim recte statuit illum *Dominum* suum esse, qui ita jussit: quod illi, cumque placitum est, æquo animo ferendum est. Ea enim lex [seu consuetudo] servorum est erga bonos *dominos* [sive, heros.] Cæterum, quamdiu ille concesserit, tanquam alienum id curato, ut viatores hospitium.

ιέ.

Εἰ προκόψαι θέλεις, ἄφες τοὺς τοιούτους λογισμοὺς, ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμαυτοῦ, οὐκ ἕξω διατροφάς· ἐὰν μὴ κλήσομαι παῖδα, οὐκ ἕξω τὸν ὑπηρετούμενον. κρεῖττον γάρ ἐστι λιμῷ ἀποθανεῖν ἄλυπον καὶ ἄφοβον, ἢ ζῆν

XV.

Si quid proficere te studes, istiusmodi cogitationes missas facito: Si res meas neglexero, non erit unde vivam. Nisi famulum mihi comparavero, deerit mihi qui ministret. Præstat enim perire fame, timoris ac molestiæ expertem, quam copiis omnium re-

ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταρασσόμενον. κρεῖσσον δὲ καὶ ἑαυτῷ δουλεύειν, ἢ ἀσχολεῖσθαι περὶ τὰ τοῦ παιδὸς ἁμαρτήματα, [7] ἀμελοῦντα τῶν ἑαυτοῦ.

rerum circumfluentem, animo vivere perturbato. Et præstat sibi propriâ opera ministrare, quam occupatum in corrigendis famuli peccatis, propria negligere.

7 Ἀμελοῦντα τῶν ἑαυτοῦ.] Epictet. cap. 16: Κρεῖττον δὲ τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σε κακοδαίμονα· quod reprehensioni est obnoxium, nisi *κακοδαίμων* idem valeat hic, ac *κακός*· quod minus aptum cohærentiæ. Nescio tamen an ideo mutatum in *Paraphrasi*, ut minus invidiosa esset sententia: an vox *κακοδαίμων* (ut *δυστυχὴς* & *ἀτυχὴς* antea) tantum vitata.

ιϛʹ.

Ἀλλὰ κτήσασθαι θέλεις, καὶ οἷος εἶ μακροθυμεῖν. ἄρξαι ἀπὸ τῶν σμικροτέρων. ἔκχυται τὸ ἔλαιον. κλέπτεται τὸ οἰνάριον· οἱ ἄρτοι ἀπόλλυνται. Ἐπίλεγε σεαυτῷ τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια. τοσούτου ἀταραξία πιπράσκεται. προῖκα δὲ οὐδὲν περιγίνεται. ὅταν δὲ καλεῖς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι δύναται μὴ ὑπακοῦσαι, ἢ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν σὺ θέλῃς. ἀλλὰ μὴν μὴ οὕτως ἔσται αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ᾽ ἐκείνῳ ᾖ, τό σε ταράττεσθαι. Ἀλλ᾽

Ἐπι-

XVI.

Sed comparare tamen stat tibi sententia, & patientiam, quanta opus est, superare tibi confidis. A parvis igitur auspicare. Oleum effunditur: Villum surripitur: Panes corrumpuntur: Subjice tibi: Tanti vænit tranquillitas, tanti constantia, gratis autem nihil acquiritur. Cum autem vocas famulum, fieri posse cogita, ut non audierit: aut si audierit, eorum tamen quæ jusseris, nihil egerit. Neque vero ei tam bene sit, ut tui perturbandi, quando voluerit, habeat ille potestatem. Sed id eo fit, inquis, quia corri-

ἐπιστρέψαι προαιρεῖς, ἵνα δὴ βελτίων γένηται. πρῶτον μὲν περίβλεψαι, μὴ τὴν σεαυτοῦ δοκὸν οὐ κατανοεῖς. Εἰ δὲ § τούτων ἀπήλλαξαι, οὕτω πρὸς τὴν ἐπιστροφὴν μετέρχου, ὡς ἰατρὸς πρὸς τὸ τραῦμα. οὐ γὰρ χολᾷ ὁ ἰατρὸς, ὅτι τραῦμα ἢ πάθος τις ἔχει. ἀλλὰ θεραπεῦσαι τὸ γεγονὸς σκοπεῖ. καὶ γοῦν τις σοφὸς ἁμαρτήσαντι τῷ παιδὶ, ἔδαρον ἄν σε, εἶπεν, εἰ μὴ ἐχόλωσα.

gere illum & emendare, tibi proponis. Hoc igitur inprimis sedulo cave, ne *propriam trabem* non intelligas. Quod si ab illa liber es, ita tamen ad correctionem procede, ut medicus ad vulnus curandum. Non enim medicus irascitur, quod vulnere quis, aut alio quovis morbo laboret: sed id agit, ut id quod affectum est, sanet. Unde etiam, quod sapiens quidam servo, qui flagitii quid perpetraverat: *Flagris*, inquit, *cecidissem te, nisi iratus essem.*

§ Εἰ δὲ τούτων.] Apographum habebat τούτου· quod nos τούτων (id est, τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων fecimus.

ιζ'.

Εἰ προκόψαι θέλεις, ὑπόμενον περὶ τῶν ἐκτὸς ἄνους δόξαι, καὶ ἠλίθιος· μηδὲν παρ' αὐτοῖς βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι. κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τι, ἀπίστει σεαυτῷ. ἴσθι γὰρ ὅτι οὐ ῥᾴδιον καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σὴν κατὰ φύσιν φυλάξαι, καὶ τοῖς

XVII.

Si quid proficere vis, ne recusa quo minus ab extraneis [qui tuæ disciplinæ sunt exsortes] amens & fatuus habearis. Ne quid scire videri velis apud tales; & si quid scire aliquibus videaris; ipse tamen tibi diffidito. Scito enim facile non esse institutum tuum in eo statu qui sit naturæ consentaneus confer-

τοῖς ὄχλοις ἀρέσκειν. ἀλλ' ἀνάγκη θάτερον ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι.

servare, & vulgo placere: Sed aliter fieri non posse, quin is qui alterum curet, alterum negligat.

ιη.

Ἐὰν τοὺς ἀγαπῶντάς σε καὶ τοὺς ἀδελφούς, καὶ τὰ παιδία θέλῃς πάντοτε ζῆν, καὶ εὖ πράττειν· τὰ μὴ ἐπὶ σοὶ * θέλῃς εἶναι, καὶ ἀνάγκη μὴ οὕτω γινομένων, λυπεῖσθαι, καὶ αἰτιᾶσθαι τὴν τοῦ παντὸς διοίκησιν. Ἐὰν δὲ καὶ τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτῆσαι, ἠλίθιόν τι ἐπιθυμεῖς. θέλεις γὰρ 9 τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλό τι.

XVIII.

Si id studes, ut qui te diligunt, & fratres & nati semper vivant, & valeant, (vel floreant:) quæ tui non sunt arbitrii, optas; cui necessario consequens, ut cum aliter quam optabas, accidet, dolore afficiaris, & providentiam Universi gubernatricem accuses. Quod si etiam puerum tuum delinquere non vis, optas quod optare palam stultum est. Improbitatem enim aliud, quam improbitatem esse postulas: [quod quid est aliud, quam rerum naturam pervertere velle?]

* Epict. ἐπί σοι. iterato.

9 Τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν.] Ipsissima sunt Epicteti verba, c. 19. quorum tamen fortasse sensus non cuilibet obvius, nec Simplicii ἐξήγησις hic multum juvat. Nos igitur hoc agamus, Τὴν κακίαν, dices, μὴ εἶναι κακίαν. id est, τοὺς κακοὺς μὴ ἁμαρτάνειν. Hoc quidem ridiculum est, & ἀσύστατον. Sed opponet aliquis: Imo, non τοὺς κακοὺς μὴ ἁμαρτάνειν; sed istum non esse κακόν. Regerent Stoïci: Ergo id postulas, vel omnino non esse κακούς· quod contra (ut multis illi disputant; sed multum refragante Plutarcho:) ordinem Universi: vel, ut ut alii sint, servos tamen universim nullos tales esse: quod quam ridiculum sit, quis non videt, cum servi, quod ut plurimum ἀπαίδευτοι sint & ἀκόλαστοι (id est, nulla severioris educationis disciplina culti & subacti: quæ *filiorum* & *servorum*

rum præcipua differentia: ut Seneca, aliique pluribus:) improbitati maxime sint obnoxii? vel denique suos saltem non esse malos: quod ut Antoninus alicubi verissime, palam ἄγνωμον est, & τυραννικόν. Superest igitur, ut qui servos non esse malos postulet, aut qui suos tales esse indignatur; τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν postulet: quod stultum & ridiculum est. Ter. in Ad. *Syrus, ut captus est servorum, non malus, neque iners.* ubi Donat. *quia servum evenire bonum, non ratio est, aut natura, sed casus est, utpote in re rarissima.*

ιθ.

Ἐὰν θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τούτων ἐφίει καὶ ταῦτα θέλε, ἃ δύνασαι, καὶ ἃ ἐπί σοι.

XIX.

Si in appetitione frustrari non vis, fac ut ea prosequaris & velis, quæ in tua sunt potestate, & ab arbitrio pendent tuo.

κ.

Κύριος ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τῶν ὑπ᾽ ἐκείνου θελομένων, ἢ μὴ θελομένων, ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ περιποιήσασθαι, ἢ ἀφελέσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω, μήτε φευγέτω τὰ ἐπ᾽ ἄλλοις. Εἰ δὲ μὴ, δουλεύειν ἀνάγκη.

XX.

Cujusque dominus is est, qui rerum ab ipso expetitarum aut non expetitarum, vel præbendi, vel eripiendi, potestatem habet. Quisque igitur liber esse vult, det operam oportet, ne quicquam eorum cupiat, aut aversetur, quæ penes alios sunt. Sin minus, servire necesse erit.

κα.

Ὡς ἐν συμποσίῳ, οὕτω δεῖ ἀναστρέφεσθαι ἐν τῷ βίῳ. γέγονέ τι κατὰ

στ;

XXI.

Ut in convivio, sic in vita versari te oportet. Si quid circum-

fe-

σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κατάτρεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενον ἄχρις οὗ ἔλθῃ κατά σε. οὕτω πρὸς φίλους ἔστω, οὕτω πρὸς τιμὴν, οὕτω πρὸς ἀρχὰς, οὕτω πρὸς τὰς χρείας. * καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄξιος συμπότης Χριστοῦ βασιλείας. Εἰ δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, οὐ μόνον συμπότης, ἀλλὰ καὶ συγκληρονόμος ἀναδειχθήσῃ.

ferendo ad te pervenerit, porrecta manu, partem modeste capito. Transit? noli cursu persequi. Nondum venit? Ne longe appetitum tendito, sed expecta dum ad te perventum fuerit. Sic erga amicos, sic erga honores, sic erga magistratus, sic erga illa quæ commodum usum præbent, affectus, dignus eris regni Christi conviva. At vero si etiam oblata recusaveris; non conviva tantum, sed regni consors renuntiaberis.

κβʹ.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐπὶ πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ἀπολωλεκότα χρήματα, πρόσεχε, μὴ ἡ φαντασία σε συναρπάσῃ, καὶ νομίσῃς αὐτὸν ἐν κακοῖς εἶναι. ἔστω δὲ πρόχειρον ἐπιλέγειν σεαυτῷ, ὅτι, οὐ τὸ γεγονὸς αὐτὸ φύσει κακὸν, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως θλί-

XXII.

Cum ejulantem quenquam videbis, vel ob mortem [charissimorum:] vel peregre profecto filio, vel rebus amissis; cave ne te visum illud abripiat, ut eum in malis versari existimes: sed in promptu tibi sit; quod ipse tibi mox subjicias: Non istud quod accidit, ipsum vere malum, & inde hic luctus. (Ecce enim, non omnes quibus

* Luc. 22, 23.

θλίβεται· ἰδοὺ γὰρ ἄλλους οὐ θλίβει· ἀλλὰ τὸ δόγμα αὐτοῦ τὸ περὶ τούτων, ὡς κακῶν ὄντων, τοῦτο αὐτὸν ἀνιᾷ. μὴ ὀκνήσῃς μέντοι καὶ παραμυθήσασθαι, καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν βοηθῆσαι.

ista accidunt, ita lugent:) Sed concepta ipsius de rebus istis tanquam malis, opinio; hoc utique est quod illum angit. Ne tibi tamen grave sit [aut fastidiosum.] tum consolari; tum, quantum in te, succurrere.

κγ'.

Τὴν τάξιν φυλάττειν σε χρὴ, εἰς ἥν σε ἔστησεν ὁ θεός· ἂν ἐν μικροῖς, μικρόν· ἐὰν ἐν πρεσβεβηκόσιν, ἐὰν πτωχὸν ἠθελήθη εἶναι, ἵνα τοῦτο γενναίως ἐνέγκῃς, ἂν χωλὸν, ἂν ἰδιώτην, ἂν κληρικόν. σὸν γὰρ τοῦτό ἐστι, τὸ δοθέν σοι παρὰ θεοῦ καλῶς μετελθεῖν· δοῦναι δὲ αὐτὸ, τοῦ θεοῦ.

XXIII.

Ordinem oportet eum te conservare, cui te Deus assignavit; ut in parvis rebus, parvum te geras; [in magnis, magnum.] Si in dignitate: si mendicus; ut generose defungaris: si claudus: si privatus: si clericus denique. Hoc enim tuum est, bene obire, quod à Deo cunque tibi assignatum est: assignare autem, Dei est.

κδ'.

Ὄναρ τεταραγμένον ἐάν σοι ἐπιστῇ, διάκρινε παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγε· οὐδέν μοι κακὸν οὐδαμόθεν σημαίνεται, ἀλλὰ

XXIV.

Somnium somniare tibi contigit turbulentum [& quod animum tuum anxium habet.] Dijudica tecum, & effare: Mihi nihil ipsi mali ullo modo por-

ἀλλὰ τῷ σώματί μου, ἢ τῇ δοκούσῃ δόξῃ, ἢ τοῖς ἐκτός. ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν ἐθέλω. ὅ, τι γὰρ ἂν συμβῇ, ἐπ' ἐμοί ἐστι διὰ τῆς ὑπομονῆς, καὶ εὐχαριστίας ὠφεληθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.

portenditur: sed aut corpusculo meo, aut dignitati (ut vulgo loquuntur:) aut si quid aliud externum,[& extra me positum est.] Mihi vero omnia fausta portenduntur, si ipse voluero. Utique cum in me sit, si quid tale contingat, per patientiam & gratiarum actionem fructum ex eo capere.

κέ.

Ἀόργητος εἶναι δυνήσῃ, ἐὰν μηδενὸς ἄρξῃ, οὗ ἐπί σοι τὸ νικᾷν οὐκ ἔστι.

XXV.

Iræ nullus erit unquam locus, si nihil unquam aggredieris, quod supra vires tuas sit.

κϛ'.

Ὅρα μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον, ἢ μέγα δυνάμενον, ἢ νομιζόμενον εὐδοκιμεῖν, μακαρείσῃς μὲν ἐκεῖνον συναρπασθείς. ταλανίσῃς δὲ σεαυτόν. ἐάν τε γὰρ διὰ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ ταῦτα αὐτῷ συμβαίνῃ, ἀφθόνως δύνασαι τῶν ἴσων τυχεῖν. Εἰ δὲ παρὰ φύσιν τρε-

XXVI.

Cum aliquem vides tibi prælatum; aut potentia præcellentem; aut (apud vulgus) virtutis opinione magis celebrem: cave ne opinione subita abreptus, beatum illum prædices, te vero infelicem. Si hæc enim per ea quæ sunt in nostra cujusque potestate bona illi contigerunt, sine invidia potes [cum voles] eadem adipisci. Si vero præ-

τρεπομένης τῆς προαιρέσεως, τί πρὸς σε, τὸν κατὰ φύσιν βουλόμενον τὴν σὴν προαίρεσιν φυλάξαι; οὔτε γὰρ ἄρχων, ἢ πλούσιος σπουδεῖς γίνεσθαι, ἀλλ' ἐλεύθερος, καὶ μόνον [10] Θεῷ ἀνακεῖσθαι. μία δὲ ὁδὸς πρὸς τοῦτο, καταφρόνησις πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

præpostero, & contrario naturæ instituto; quid hoc ad te, cui institutum tuum naturæ tuæ consentaneum præstare, summa votorum est? Non enim id tibi proponebas, ut magistratum gereres; ut dives evaderes: sed ut liber, & Deo soli addictus, & mancipatus. Ad eam autem rem via unica est, eorum quæ in potestate nostra non sunt omnium contemptio.

κζ'.

Γίνωσκε ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν, ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. ἀμέλει, ἑαυτοῖς ταῦτα λέγοντες, οὐκ ἀλγοῦμεν. ὅταν οὖν λεγόμενος περὶ σοῦ τινὸς ἐρεθισθῇς, ἴσθι ὅτι ὑπόληψις ἠρέθισέ σε, καὶ

σὺ

XXVII.

Pro certo habe non eum qui convitietur aut verberet, auctorem esse contumeliæ: sed opinionem de iis, tanquam contumeliosis conceptam. Enimvero hæc eadem ipsi nobis ingerentes, non dolemus. Quandocunque igitur verbis alicujus irritatus es, noris te ab opinione tua irritatum esse; & operam da,

ne

10 Θεῷ ἀνακεῖσθαι.] Docent viri doctissimi τοὺς Θεῷ ἀνακειμένους à Chrysostomo nuncupari viros *Deo devotos & sacratos*. Imo, *monachos & anachoretas*: (τοὺς τὰς ἐρήμους κατειληφότας μοναχούς:) signate hoc elogio ab illo notatos, est in illo reperire. Sed non Christiani primi ita locuti sunt. Apud Euripidem Pentheus, jam ἔνθεος, & numine plenus, Bacchum alloquitur: σοὶ γὰρ ἀνακείμεθα δή. Insignis Origenis contra Celsum locus, ubi tum de gentilibus, tum Judæis una eademque periodo usurpatur. Εἶτα, πανταχοῦ μὲν, ἢ πολλαχοῦ

δη-

ϰ̀ [11] τὸ συναρπασθῆναι. ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνε ϰ̀ εἰς τοῦτο λῷ, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ.

ne tibi unquam contingat occupari. Nam si semel tempus ad hoc quoque tibi suppetat, facilius te continebis: [vel, *ipse tibi imperabis.*]

κη.

Θάνατος, ϰ̀ δίωξις, ϰ̀ πάντα τὰ φαινόμενα δεινὰ, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν, καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ἀνάξιόν σου ἐνθυμήσεις, οὐδ' ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός.

XXVIII.

Mors & persecutio, & quæcunque acerba & gravia vulgo credita, ob oculos tibi quotidie versentur. Sic, neque te indignum quicquam cogitabis unquam; nec impense cupies quicquam.

κθ'.

Εἰ τῆς ἐναρέτου πολιτείας ἐπιθυμεῖς, παρασκευάσ

XXIX.

Si vitam austeriorem & solitariam amplectaris; sic

δυνάμεις ἐγίγνοντο· ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ἑξῆς παρατίθεται ἀσκλήπιον εὐεργετοῦντα, καὶ τὰ μέλλοντα προλέγοντα ὅλαις πόλεσιν ἀνακειμέναις αὐτῷ - - - - - παρὰ δὲ μόνοις Ἰουδαίοις, φάσκουσιν ἀνακεῖσθαι τῷ τῶν ὅλων θεῷ, οὐδὲν ἦν σημεῖον, &c. Postrema hæc, per se alioquin satis plana, obscure expressit interpres Latinus. Sed hoc parum est, prout alia sunt in ista versione plurima dudum nobis observata, τοῦ πονηροῦ κόμματος.

11 Καὶ τὸ συναρπασθῆναι, Ἂν γὰρ ἅπ.] Nihil factu facilius, quam ista ex *Enchiridio* supplere & restituere. Suspicor tamen hanc lacunam in antiquis jam olim codicibus repertam, à posterioribus scribis, & imperitis monachis non observatam fuisse: atque ita verba imperfecta, paucis immutatis, ab illis temere conjuncta, ut τὸ συναρπασθῆναι, ad violentam aliquam, per vim, corporis raptationem, aut correptionem, referretur. Pro, χρόνε, χρόνος in hanc sententiam verior lectio fuerit. Sed ægrotorum somnia piget ultra persequi. Tanti tamen erat semel hoc monuisse, quia non uno fortasse loco fraudi fuit huic antiquæ *Paraphrasi* recentiorum monachorum ignorantia, quibus *Epicteti*, (nedum hujus *Enchiridii*:) ne fando quidem nomen auditum. Favet tamen aliquatenus huic delirio verbum τύπτων initio capitis: quod & Simplicius agnoscit.

σκευάζου ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων, ὅτι ἄφνω ἀναχωρητὴς ἡμῖν ἐπανελήλυθας· καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρὺν μὲν μὴ ἔχε. τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων, οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν χώραν, ἐν ᾗ ἔστηκας. μέμνησο, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ πρότερον καταγελῶντες, ὕστερον θαυμάσονται. Ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ τὸν καταγέλωτα.

sic para te, ut qui mox expectes fore, ut deridearis: ut multi te subsannent: ut dicant te subito *anachoretam* extitisse; ut dicant; *Unde nobis hoc supercilium? Hæc austeritas*? Tu vero austerus ne sis: ea vero quæ optima tibi videntur [ad veram felicitatem] sic retine, ut qui sis à Deo, in ea statione, quam obtines, collocatus. Cæterùm, memento te, si in eodem statu permanseris, iis admirationi fore, qui te prius deriserunt. Si vero succubueris, illis duplo te magis deridendum propinabis.

λ'.

Ἐάν ποτε συγκαταθῇς λογισμῷ πείθοντί σε ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὴν ἔνστασιν. Ἀρκοῦ οὖν τῷ εἶναι ἐν παντὶ τῶν τῷ θεῷ μόνῳ ἀνακειμένων. Εἰ δὲ δοκεῖν βούλει, σεαυτῷ φαί-

XXX.

Si quando acciderit, ut cogitationi quæ studium cuiquam placendi tibi commendabat, assensum præbueris; de statione tua dejectum esse te noris. In omni loco igitur, & occasione illud tibi satis sit, te ex eorum numero esse, qui Deo

φαίνου, καὶ ἱκανὸν ἔσται τοῦτο.

Deo soli addicti & consecrati vivunt. Quod si talis etiam videri cupis, tibi ipsi videaris, & hoc sufficiet.

λά.

Οὗτοί σε οἱ λογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν· ἄτιμος ἐγὼ διαβιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. ἐπίλεγε δὲ μᾶλλον σεαυτῷ· μή τι οὖν ἐμὸν ἔργον ἐστὶ τιμηθῆναι, ἢ πρὸς ἄλλον ἐπὶ χειροτονίαν ἐλθεῖν, ἢ πρῶτον παραληφθῆναι εἰς τὰ συνέδρια; πῶς οὖν ἔτι τοῦτο λογίζομαι ἀτιμίαν; πῶς δὲ καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ; ὃν ἐν μόνοις δεῖ με εἶναι τοῖς ἐπ' ἐμοὶ, ἐν οἷς ἔξεστί μοι πολλοῦ εἶναι ἀξίῳ; εἰ δὲ * ὑποβάλλῃ, οὐ καλὸν τοῖς φίλοις βοηθῆσαι, ἐπίπληξον αὐτῷ λέγων· τί λέγεις τὸ βοηθῆσαι; ἵνα ἔχωσι παρ' ἐμοῦ χρήματα; ἢ ἵνα λαμπροὺς

* τίς: vel, λογισμός·

XXXI.

Istæ cogitationes ne te crucient; fore ut sine honore vivas, & nullo sis loco. Ipse tibi dicito potius: an igitur ad honores provehi [vel, honore affici] meum opus est: [vel, mei res arbitrii: [an ad electiones; vel *consecrationes* sacerdotum in aliena domo celebratas vocari: aut in consessibus & synedriis primum locum habere? Quinam igitur id ignominiam, aut dedecus esse censes? Et quæ ratio, te nullo loco fore; quem in illis solum, quæ tui sunt arbitrii, occupari debere, recta ratio suadet; in quibus etiam [nisi desis ipse tibi:] ad summa tibi patet aditus? Quod si subjiciat aliquis: at pulchrum [potentia præditum, & ad dignitates, quæ vocantur, evectum] amicis opitulari posse; Increpa tu il-

περοὺς αὐτοὺς ποιήσω παρὰ τοῖς πολλοῖς; τίς οὖν μοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια; τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; ἀλλ' ἐρεῖ σοι ὁ λογισμός· κτῆσαι, ἵνα αὐτοῖς μεταδῷς· λέγε δὲ τοῦτο σύ· εἰ δύναμαι κτήσασθαι τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα, καὶ πιστὸν καὶ ἐλεύθερον· δεῖξον τὴν ὁδόν. Εἰ δὲ παραινεῖς μοι τὰ ἐμαυτοῦ ἀγαθὰ ἀπολέσαι, ἵνα ἄλλοις τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσω, ὅρα πῶς ἄτακτος εἶ, καὶ
12 ἀσύμφορος. τί δὲ βούλονται οἱ γνήσιοι φίλοι; ἀργύριον, ἢ φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα; Εἰς τοῦτο οὖν σπούδαζε μᾶλλον, ὅπως αὐτοῖς χρήσιμος ἦς. τοὺς

γὰρ

illum, & responde: Quid tu dicis *opitulari*? Ut per me pecuniam consequantur? ut apud vulgus illustres & honoratos illos faciam? Ista enim, penes me sunt ipsum, an aliena? Quis autem potest alii præstare; quod ipse non habet? Sed subrepet cogitatio fortasse: Acquire igitur, ut & aliis impertiri queas. Oppone tu: Si ista parari possunt, conservato pudore, fide, libertate: viam monstra tu: [per me nulla mora est.] Si vero id suadet, ut ipse, dum aliis falso credita bona quæro, quæ mea propria bona sunt, eorum jacturam faciam; cogita tu, quam præter æquum & bonum, & contra rationes etiam publicæ utilitatis, id à me requiras. Quid enim genuini amici malint; pecuniam; an amicum fidelem & verecundum? Id igitur, da tu operam potius, ut in istis utilis eis sis, illos autem

tem

12 Ἀσύμφορος.] Vel hæc una vox asserat hoc scriptum meliori sæculo. Utuntur optimi scriptores, & is maxime proprius ejus usus, cum de utilitate publica quæritur. φέρειν, & συμφέρειν; de fato & Providentia divina, non unus: Antoninus autem acutissime & elegantissime, non uno loco.

γὰρ μὴ τούτοις χαίροντας, καὶ ταῦτα ἐκείνων προτιμῶντας, οὐδαμῶς εἰς φίλους τακτέον. Ἀλλ' ἐνοχλοῦσιν οἱ λογισμοὶ λέγοντες· τί τουτονὶ στέρξομεν τὸν βίον; οὐδεμία ἡμῶν ἐν τῇ πόλει μνήμη, οὐδ' ὄνομα, οὐδὲ τιμή. λέληθε δὲ τοὺς πολλοὺς, ὅτι καὶ πολίτης εἰμί. ποίαν πάλιν ταύτην τιμὴν λέγουσιν; οὐ χειροτονήσουσι πρεσβύτην, οὐδὲ ἄρχοντα αἱρήσονται. καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ εἰς τοῦτο ἔταξας ἑαυτὸν, οὐδὲ τοῦτο ἐπαγγέλλῃ. οὐδὲ * γὰρ ἄρχων εἶ, οὐδὲ τῶν τὰ κοινὰ πρασσόντων. Εἰ δέ τινες, μὴ τούτων ὄντων εἰς αὐτὰ μᾶλλον ὠθοῦσιν ἑαυτοὺς, τί πρὸς σε τὸν ἀνακεῖσθαι θεῷ θέλοντα. καὶ εἰς τοῦτο ὄντα; ἱκανὸν γὰρ ἑκάστῳ, εἰ τῆς ἑαυτοῦ τάξεως φανείη ἄξιος. Εἰ γὰρ τὴν ἐνάρετον πολιτείαν

* ἰσ. ἴνα ἄρ. ἦς, οὐδ.

tem qui non ista cupiunt, sed illa magis præferenda ducunt, noli in amicitiam tuam admittere. Sed iterum cogitationes interpellant. Quid vivere juvat, si nulla nostri in civitate memoria; nullum nomen; nulla dignatio? plerique, ne civem quidem esse me, rescituri sunt. Nos iterum: Quem dicunt honorem: quam dignationem? Non cooptabunt in ordinem Senatorium: non *archonta* [vel, prætorem] constituent. Quid autem mirum, cum nec subductæ vitæ tuæ rationes eo collimarint; nec id in votis tibi fuerit; [vel neque id profitearis:] ut archon esses, aut rem publicam administrares? Si enim alii nullo tali vitæ instituto prohibiti, se inferunt & intrudunt in ista munera, quid hoc ad te, qui Deo te vovisti; & id agis scilicet? Sufficit enim unicuique, si statione sua dignum se præbeat. Si igitur sublimius vivendi institutum [vitam scil. austeriorem, & solitariam:] amplexus

θείαν μεταδιώκεις, τούτων οὐδέν σοι προσήκει ζητεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον δι' ὧν ὃ ὑπηγγείλω πληρώσῃς. Ἀλλ' οὐκ ἔχει ἡ πατρίς, φησιν, ἄνδρα ὅστις μετὰ φρονήσεως αὐτῆς ἡγούμενος, λαμπροτέραν ἀποφήνῃ. Τέως μὲν οὕτως ὁ λογισμὸς δείκνυσιν, ὡς εἰς ὃ ἐπηγγείλω ἀνάρμοστος εἶ. Εἰ γὰρ εἰς ἄλλο χρήσιμος ἦς, εἰς τὸ παρὸν οὐ χρήσιμος. Εἰ δὲ ὅτι οὐκ ἔχει ἡγούμενον φρόνιμον, χρή σε ἀνάγκῃ πληρῶσαι τὴν χρείαν· λείψει δὲ αὐτῇ χαλκεὺς καὶ τέκτων, καὶ γραμματεύς. Εἰ δ' ὅτι οὐ δύνασαι ποιῆσαι· πῶς οὐ σκοπεῖς, ὅτι καὶ θυρωρὸς δύνασαι εἶναι, καὶ σαρωτής; ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐχ ὑποβάλλουσί σοι οἱ λογισμοί. τὸ δὲ τοῦ ἡγουμένου καὶ προεχόντος πρόσωπον μόνον ἁρμόττειν

plexus es, ista sectari minime te decet, sed illa potius, per quæ quod profiteris adimpleas. Sed non habet, inquit, Patria virum, qui prudentia pollens, gubernationem ejus suscipiat; ornatiorem reddat. Hactenus ista ratio [vel cogitatio] procedit, ut te vincat ad id, quod professus es, inhabilem & ineptum esse. Si enim aliud est, in quo operam tuam utiliter collocare possis, haud utilis & opportuna fuerat ad id in quo nunc versaris opere. Sin autem, quia prudenti gubernatore patria destituta est, ideo necesse est te istam suscipere provinciam; quid si desint illi faber ferrarius, aut lignarius, aut vero notarius? Quod si ob imperitiam te excusas ab istis: non vides nihil obstare, quin saltem sis janitor, aut æditiuus, cui mundandæ ædis munus incumbat? At de istis nullæ tibi subrepunt cogitationes, sed solam gubernatoris & præsidis personam, quasi tibi convenientem com-

ται λέγοντες, οὐκ ἐῶσιν ἕπεσθαι θεῷ, καὶ εἴκειν εὐχαριστοῦντα εἰς τὴν τάξιν, εἰς ἣν κληθῆναι ἠξιώθης· τίνα οὖν, φασὶ, χώραν ἔχεις ἐν τῇ πόλει; ἣν ἔχειν δύνῃ φυλάττων τὸ ἀνακεῖσθαι θεῷ. Εἰ δὲ ἐν τῇ πόλει τιμᾶσθαι θέλων, τῶν οὐρανίων ἐκπέσῃς, τί τὸ ὄφελος; οὕτω γὰρ καὶ τῇ πόλει κακὸς πολίτης, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐπαχθὴς ἔσῃ.

mendantes, non permittunt te Deo adhærere, & illi cum gratiarum actione adhærentem, servare locum, in quo nos gratiose collocavit. Sed quem tamen locum, inquiunt, habes in civitate? Quem tenens possis Deo jugiter servire, & pietati vacare. Si enim; dum dignitatem in civitate [terrena] consequi satagis: cœlestibus excidas [vel cœlestia curare desinas;] quid admodum lucratus es, cum nec civitati bonus civis apparebis, & fratribus, [quos deseruisti:] odiosus eris?

λβ'.

Προετιμήθη σου τὶς εἰς ἑστίασιν, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι εἰς συμβούλιον; εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτα ἐστὶ, χαίρειν χρὴ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος. εἰ δὲ κακά * * * * γίνωσκε, ὅτι οὐ δύνασαι μὴ τὰ αὐτὰ ποιῶν πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἴσων τοῖς

XXXII.

Est tibi prælatus aliquis, ad convivium [te præterito, vocatus?] aut in salutatione, aut dandi consilii officio? Si quidem ista bona sunt, gaudere debes ejus causa, quod bona consecutus sit. Sin mala * * * * Cæterum pro certo habe, cum non eadem agas quæ alii ad ea paranda quæ non sunt in nostra potestate; fieri non posse,

τοῖς ποιοῦσιν ἀξιοῦται· πῶς γὰρ ἴσον δύναται ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ † παραπέμπων, τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινοῦντι; ἄδικος οὖν ὁ λογισμὸς, ὁ μὴ προϊέμενος ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα δὲ βουλόμενος αὐτὰ λαβεῖν. Εἴ τις τυχὸν, ἔχων ὀβολὸν, καὶ (οὗ τὸ ἴσον ἔχοντος, προοῖτο αὐτοῦ, καὶ λάβῃ θρίδακας· σὺ δὲ μὴ προέμενος, μὴ λάβῃς· μὴ οἴου ἔλαττον ἔχειν ἐκείνου; †† ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει τὰς θρίδακας, οὕτω καὶ σὺ τὸν ὀβολὸν, ὃν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν τούτοις·

ου

posse, ut eadem tibi tribuantur. Nam quæ ratio est, ut ille tantum possit qui fores non frequentat, atque ille qui frequentat? qui non affectatur, atque ille qui affectatur? Iniqua igitur est ista cogitatio, si non numerato quo væneunt illa pretio, gratis ea consequi te postules. Si quis, exempli causa, obolum habeat, tu tantundem: ille obolum suum dat; & lactucas aufert: tu nullum das, nec habes lactucas: An minus te consecutum putas eo, qui lactucas accepit? Ut lactucas habet ille, sic tu obolum, quem non dedisti. Ad eundem modum & hic se res habet. Non vocatus es ad convivium alicujus? nec enim

ven-

† J. Gronovius ex MS. suo hic mavult *προπέμπων*. Sed non erat tanti, diversam istius verbi, & tamquam huic loco magis convenientem notionem ex Stephano huc attrahere; ut ex eodem Lexico promiscuum verborum *παραπέμπειν* & *προπέμπειν* usum cuilibet obvium, dissimulares.

†† *Ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει τὰς θρίδακας.*] Non intellexit locum hunc Cl. J. Gronovius, qui hic de venditore, & de eo, qui obolum habeat ad emendum, sed quem dare noluerit, agi postulet; cum de duobus mentio fiat, quorum alter emerit; alter, etsi *τὸ ἴσον* tantundem obolum scil. habens, emere noluerit. quæ quidem similitudo optime respondet protasi, quam modo dederat, de duobus, quorum alter labore, alter gratis sed inique vitæ istis commodis frui vellet. Quare inhærendum puto vulgatæ, quæ hoc simpliciter mihi velle videtur: *non esse quod quempiam pœniteat suæ sortis, si alium viderit honore & opibus circumfluere; ubi cogitet, fœdo adulandi obsequio, a quo alienum se ipse sentiat, ista plerumque parari.*

οὐ παρεκλήθης εἰς ἑστίασιν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ πωλοῦντι ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου ἐκεῖνος πωλεῖ αὐτό, θεραπείας, κολακείας. Εἰ ἐκείνου ἐπιθυμῶν * βούλει ταῦτα περιέσθαι, καὶ τοῦ δείπνου τυχεῖν; ἄπληστος εἶ. Εἰ δὲ σκοπήσῃς τι ἕξεις † ἀπὸ τοῦ δείπνου, πολλὰ εὑρήσεις· τὸ μὴ ἐπαινῆσαι, ὃν οὐ θέλεις· τὸ[13] μὴ ἀναχέσθαι αὐτοῦ, καὶ ὧν αὐτὸς ἥδηται· τὸ μὴ πάντα τὰ προσόντα αὐτῷ κἂν κακὰ ὦσι, θαυμάσαι. τὸ μὴ συνθέσθαι ψέγοντι πολλάκις τοὺς αὐτοῦ κρείττονας· τὸ ἀπηλλάχθαι τῆς τῶν ὑπηρετούντων περιεργίας, καὶ ὧν ἀποσκώπτουσιν εἰς τοὺς κε-

κλη-

venditori dedisti, quanti vænit convivium. Vendit autem convivator laudatione: vendit obsequio: vendit adulatione. Quod si convivii cupidus, nec illa vis præstare, & tamen istius particeps fieri; iniquus, & avarus es. Si porro tecum pendas, quæ consequare loco convivii; multa reperies; non laudare te, quem nolis: mores ipsius & ineptias tolerare non coactum: non omnia ipsius, qualiacunque, etiam mala, admirari: non assentiri denique melioribus sæpius obtrectanti: præterea, vitare te ministrantium molestam curiositatem, & probrosa quibus appetere solent vocatos diæta. Nam & ita tolerare, [ut placeas:]

ar-

* γρ. μὴ β. † γρ. ἀντί.

13 Τὸ μὴ ἀνασχ. αὐτοῦ, καὶ ὧν ἥδηται.] Ex his verbis aliquando conjiciebam, etiam in *Enchiridio*, cap. 32. (postremis verbis:) veram, aut probabilem saltem lectionem esse, τὸ μὴ ἀνασχ. αὐτοῦ ἐπὶ τοῖς, οἷς ἥδεται. quod à vulgata lectione non adeo remotum. Sed illa præferenda quæ ibi diximus: [quibus addi debuit, in Salmasiana editione ista, τὸ μὴ ἀνασχ. αὐτοῦ, &c. penitus omissa esse, oscitantia crederem (cum alibi quoque integræ lineæ omissæ sint) typographica, nisi & in apposita versione ita res haberet. Wolfii editiones aliter: Veneta: Plantiniana: sed nec Politiano præterita: qui (sensu non nihil immutato) vertit: *quod non ea perfers qua ad ejus limen perferuntur.*

κλημένους. Καὶ γὰρ τὸ ἀναχέσθαι, δυσκατόρθωτον. καὶ τὸ * ἀνθυμαχοῦσαι, ταραχῶδες. καὶ πάντας διεγείρει εἰς ἐπίπληξιν κατὰ σοῦ, ὡς τὴν ἀγάπην ταράξαντος, καὶ τὸν κεκληκότα ὑβρίσαντος, καὶ πολλῶν κόπτοντος τὴν σπουδήν.

arduum pariter, & illiberale est; & repugnare, rixosum est: omnibus illico in te insurgentibus, & tanquam fraternæ concordiæ turbatorem, & eum qui convivium præbuit, contumelia afficientem; & multorum qui aderant alacritatem obtundentem, increpantibus.

λγʹ.

Τὸ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν, ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα. οἷον. ἄλλου παιδάριον κατέαξε τὸ ποτήριον. πρόχειρον εὐθὺς, ὅτι τῶν γεγονότων ἐστίν. ἴσθι οὖν ὅτι ὅτε καὶ τὸ σὸν κατεάγη, τοιοῦτόν ἐστιν οἷον καὶ τὸ τοῦ ἄλλου. ταῦτα μετατίθει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα· ἐὰν παιδίον ἄλλου, ἢ ἀδελφὸς, ἢ ἄλλος τελευτήσῃ, οὐδείς ἐστιν ὅστις οὐκ ἐρεῖ, ὅτι ἀνθρώπινον. μέμνησο οὖν ὅτι καὶ ἐπὶ τοῖς

* ισ. ἀντιμαχῆσαι.

XXXIII.

Naturæ propositum ex iis rebus, quæ ad nos nihil attinent, cognosci potest. Ex. grat. alterius [vicini: vel amici:] servulus poculum fregit: In promptu illud statim est: Ita fieri solere. Memento igitur, si & tuum confractum fuerit, eandem tui quoque poculi naturam esse, qualis alterius. Jam transfer hæc ad majora. Si vicini filius, aut frater, aut de propinquis alius obierit, nemo est cui non statim succurrat, ita natos esse homines. Memento igitur, si & tuo-

τοῖς σοῖς ἀνθρώπινον συνέβη. [14] καὶ ὁ πάντως καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις † ποιήσει ὁ χρόνος, προσεχέτω ἡ σύνεσις. ὥσπερ ὁ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυγχάνειν οὐ τίθεται, οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν τῷ κόσμῳ γέγονε. μή σε ταράξῃ λοιδορῶν τις, ἢ κατηγορῶν. ἄτοπον γὰρ οὕτως εὐχερῆ εἶναι, ἵνα ὅταν θέλῃ τις ψεύδεσθαι, σὺ ταράττῃ.

tuorum aliquis obierit, humanum id quoque: Et quod tempus ipsis vel imperitissimis adfert, fac ut prudentia tibi repræsentet remedium. Quemadmodum aberrandi causa meta non ponitur: sic nec mali natura in mundo existit. Si quis tibi convitietur, aut te criminetur: nolito commoveri animo. Indignum fuerit, usque adeo in alterius esse te potestate, ut quoties visum fuerit illi mentiri, tu doleas.

λδʹ.

Τὰ καθήκοντα ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. πατήρ ἐστι· δέον ἐπιμελεῖσθαι· παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδοροῦντος, παίοντος. ἀλλὰ κακὸς πατήρ ἐστι. μήτι

XXXIV.

Officia [ut plurimum:] pro *relationibus* & qualitatibus personarum definiuntur. Pater est? officii admonetur filius, ut curam ejus habeat; cedat ei in omnibus; toleret convitiantem, ferientem. Sed pa-

14 Καὶ ὁ πάντως καὶ τοῖς ἀπαιδ. ποιήσει ὁ χρόνος.] Cicero sæpius, in Epistolis, alibique. Lib. 5. Epist. 16. *ad Fam. Nam quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit; id nos præripere consilio prudentiaque debemus.* Et lib. 7. 28. *Dies quæ stultis quoque* (hic, ἀπαιδεύτοις) *mederi solet, &c.*

† Ita obstinatè pro MS. suo pugnat Vir Cl. ut vulgatum, tamquam minime Græcum damnare sustineat; quasi vero τὸ ποιεῖν *comparandi*, seu *acquirendi* sensu Græcorum fontes non admittant. Sic igitur ad verbum, *nam quod omnino vel imperitis diuturnitas paritura sit.* &c.

μήτι οὖν πρὸς ἀγαθὸν φύσει οἰκειώθης; * ἀλλὰ πρὸς πατέρα. οὐδὲ γὰρ ὁ Θεὸς, θεσπίσας τιμᾶν σε τὸν πατέρα, προσεῖπεν, ἀγαθόν. αὐτὸ δὲ τοῦτο χρεωστεῖς, τὸν πατέρα τιμῆσαι, διακρῖναι δ' οὔ, ἀλλ' ἐν πᾶσιν εἴκειν, πλὴν τοῦ Θεῷ ἐναντιοῦσθαι. Θεὸς γὰρ πρὸς πατέρα πολλῇ καὶ ἀσυγκρίτῳ τῇ διαφορᾷ σεβαστέος. ὁ μὲν γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων δι' ἀγαθότητα παρήγαγεν, ὁ δὲ ὄργανον γέγονε τῆς θείας προστάξεως.

* Ep. οὐκ, ἀ.

pater malus est. Num igitur natura cum patre bono conjunctus es? Minime, sed cum patre. Neque enim Deus cum in lege sua *Patrem tuum honorare te* præcepit, addidit ***bonum***. Hoc igitur muneris tui est, patrem ut honores, non ut dijudices; sed in omnibus illi morem geras, quæ divinæ legi non sunt contraria. Deus enim si cum patre componatur, longe majore, & quæ comparationem non admittit, mensura venerandus. Ille enim ex nihilo, sola bonitate motus, nos creavit. Hic autem instituti à Deo ordinis [ad hominum procreationem:] fuit instrumentum.

λε'.

Ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τὴν τάξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τί ἐκεῖνος † ποιῆσαι, ἀλλὰ τί σοὶ ποιήσαντι κατὰ φύσιν ἕξει ἡ προ-

† γρ. ποιεῖ σοί. vel ἐπέτεινεν.

XXXV.

Frater injurius est? Tu igitur *relationis* ordinem quo illi conjunctus es, tuere: nec quid ille agat, considera; sed quibus agendis, tuum institutum naturæ futurum sit con-

προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψῃ, ἐὰν μὴ σὺ θέλεις. τότε δ' ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. οὕτω πρὸς φίλον, οὕτω πρὸς γείτονα τὴν ὑποβάλλουσαν σχέσιν τήρει.

consentaneum. Te enim alius non lædet, nisi ipse velis. Tum autem læsus eris, cum te lædi existimaris. Sic igitur erga amicum, *relationem* quam tibi natura commendat, serva.

λϛ'.

Τῆς πρὸς θεὸν εὐσεβείας ἴσθι, ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτοῦ ἔχειν, ὡς ὄντος καὶ διοικοῦντος τὰ ὅλα καλῶς, καὶ δικαίως· καὶ πείθεσθαι αὐτῷ, καὶ ἥκειν, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα εἰς οἵαν σε βούλεται τάξιν εἶναι. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτὲ τὸν θεὸν, οὔτ' ἐγκαλέσεις ὡς ἀμελούμενος. ἄλλως δὲ τοῦτο οὐχ οἷόν τε κατορθοῦν, ἐὰν μὴ ἄρῃς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ εἶναι τὸ ἀγαθὸν

XXXVI.

Religionis erga Deum, præcipuum illud esse scito, rectas de eo opiniones habere; ut esse eum, & mundum bene & juste gubernare, persuasum habeas: tum vero ut pareas illi, cedas illi, & cuicunque te muneri destinarit, libenter amplectaris. Sic enim fiet, ut nec incuses unquam, vel tanquam neglectus, de eo conqueraris. Hoc autem præstare non aliter potes, quam si iis quæ in potestate nostra non sunt abjudicatis, in iis tantum quæ penes nos sunt, boni & mali naturam collocaris. Nam si quid illorum, quæ penes nos non sunt, bonum

θὸν ἢ κακόν. Ἐὰν γὰρ ὑπολάβῃς τι τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν ἀγαθὸν, ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν ὀρέγῃ, καὶ περιπίπτῃς, οἷς ἐκκλίνεις, μέμφεσθαί σε καὶ δυσφημεῖν τὴν διοίκησιν. ἀμήχανον δὲ βλάπτεσθαι, εἰ μὴ τὸ βλαπτὸν ἀγαθὸν ὁριζόμενον· φεύγοντά τε τὸ ὠφελοῦν, ὡς ἐπίπονον, καὶ προσέχοντα τῷ προσαυτίκα, ὡς ἡδεῖ. ἔνθεν πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν τῷ παιδὶ μὴ μεταδῷ. ἔνθεν ὁ γεωργὸς αἰτιᾶται τὸν θεὸν, ἔνθεν ὁ ναύτης, ἔνθεν οἱ τοὺς ἀδελφοὺς, ἢ τέκνα ἀπολλύντες οἴονται ἀδικεῖσθαι.

aut malum crediderís, aliter non poterit, quin cum iis frustratus fueris quæ cupiebas, & in ea quæ nolles incideris, providentiam Dei culpes, & ei maledicas. Sed nec illud potest, ut unquam ille lædatur, nisi qui quod vere nocet [vel, vere nullum est:] ut bonum appetit; quod autem vere utile est, (vel bonum:) quasi damnosum & ærumnosum fugit, & quæ præsentia sunt & momentanea, eis, ut maxime jucundis adhæret. Hinc fit ut & patri filius convitietur, cum quæ in bonis habentur, filio non impertierit: quod agricola & nauta Deum accusent: quod denique qui fratres aut natos amittunt, injuria se affici existimant.

λζ'.

Προσφορὰς προσφέρειν, καὶ [15] δεομένοις ἐπαρκεῖν, ἑκάστῳ προσήκει καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, ἢ ἀμελῶς, μηδὲ γλισχρῶς, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

XXXVII.

Præterea, ad Dei cultum pertinet, ut oblationes offeramus, & egenorum necessitatibus subveniamus, pure & nitide: non negligenter, non sordide, sed neque supra facultates.

λη'.

Προσευχόμενοι μὴ περὶ χρημάτων, ἢ τῶν ἄλλων τῶν ἐκτὸς αἰτώμεθα· μᾶλλον δὲ τὸ θέλημα αὐτοῦ αἰτώμεθα πάντοτε, ὅτι καὶ προγινώσκει ὧν χρῄζομεν, καὶ κήδεται πάντοτε.

XXXVIII.

Cum Deum precamur, ne de re, pecuniis, aut omnino rebus ad externa quælibet pertinentibus precemur: sed id potius, & continuo, ut *fiat ejus voluntas*: qui quibus indigeamus jam rebus multo ante novit, & nos semper curat.

λθ'.

Σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω σοι. δι' ὀλίγων δὲ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα. Εἰ δὲ καὶ τοσαύτη χρεία γέ-

XXXIX.

Ut plurimum, silentium præsta: quæ autem necessaria, paucis dicantur. Quod si ita res postu-

15 Καὶ δεομένοις ἐπαρκεῖν.] Eleganter: & ita purissimi Scriptores: præter ea quæ jam aliis notata; Philostr. De vita Apoll. lib. 5. τοῖς μὲν δεομένοις ἐπαρκῶν. Sed inprimis Pindarus: φίλοις ἐξαρκέων.

γένοιτο, ὥστε λαλεῖν, ὅρα μὴ περί τινος κοσμικοῦ, ἢ βρωμάτων, ἢ δόξης. μάλιστα δὲ πάντων οὐ λαλήσεις περὶ ἀνθρώπων, ψέγων, ἢ συγκρίνων τινάς. Εἰ δὲ ἄλλοι τῶν τοιούτων ἄρξονται, καὶ οἷός τε ἦς, μετάγαγε τὸν λόγον ἐπὶ τὸ προσῆκον. Εἰ δὲ ἀδυνατεῖς τοῦτο ποιεῖν, σιώπα.

postulet, ut loquendum tibi sit, vide ne de rebus mundanis, de cibis, aut dignitate, tua sit oratio. Sed ante omnia id cave, ne de aliis, aut vituperans, aut alium alii præferens. Alii autem si tales sermones aggrediuntur, quantum in te est; traduc eorum sermonem ad alia quæ magis eos deceant. Sin id supra tuas vires est, tu saltem fac sileas.

μ΄.

Γέλως μή σοι πολὺς ἔστω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος.

XL.

Risus ne sit multus, nec ob multa, nec effusus.

μα΄.

Ἑστιάσεις τὰς ἐν οἰκίαις κοσμικῶν ἀπόκρινε· εἰ δέποτε γένηται καιρὸς, ἐντελάσθω σοι ἡ προσοχὴ, μήποτε [16] ὑποσυρῇς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ ὅτι ἐὰν

XLI.

Convivia in sæcularium domibus devita. Sed si quando tulerit occasio, animadversio intendatur, ne forte in vulgares mores prolabaris. Scito enim si alius pollutus

16 Ὑποσυρῇς εἰς ἰδιωτισμόν.] Epict. ὑπερρυῇς· verbo signatissimo: sed cui non cedit, quod hic habemus. Est enim ὑποσύρειν hic, *sensim trahere*, ut minime percipias; & incaute obrepere; quem vocis usum ex Gregor. notavit olim Græcarum literarum decus illud immortale, Budæus; subscribente suppari Stephano, in incomparabili *Thesauro*: nisi quod λύχνον ibi, pro λίχνον, sphalmate typographico.

ἐὰν ἑταῖρος μεμολυσμένος ᾖ, καὶ τὸν συνανατριβόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι ἀνάγκη.

lutus fuerit, eum etiam qui familiariter cum ipso versatur, effugere non posse, quin & ipse polluatur.

μβ'.

Τὰ περὶ τὸ σῶμα μέχρι τῆς χρείας ψιλῆς παραλάμβανε. Τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ὅλως περίγραφε.

XLII.

Quæ ad corpus pertinent, ad usus necessarios adhibe. Quicquid autem ad ostentationem aut delicias, repudiato.

μγ'.

Ἐγκράτειαν τῶν σωματικῶν εἰς δύναμιν ἀσκητέον, καὶ παντὶ σθένει τὰ εἰς αὐτὴν συντελοῦντα μεταδιώκειν ὀφείλεις· μὴ μέντοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς ἄλλοις, μηδὲ ἐλεγκτικὸς, μηδὲ πολλαχοῦ, ὅτι αὐτὸς ἄκρως σωφρονεῖς, παράφερε.

XLIII.

Quæ ad voluptates corporeas attinent, in iis continentiam, quantum potes, exerce, & quæ ad eam tuendam conducunt, totis viribus persequere. Ne tamen aliis ideo molestus sis, vel vitio verte; vel quod ipse perfecte contineas, identidem subinfer.

μδ'.

Ἐάν τις σε λοιδορῶν κακῶς λέγῃ, μὴ πειρῶ τοῖς ἀπαγγέλλουσί σοι ἀπο-

XLIV.

Si quis per convitium male de te loquitur, ne contende iis qui tibi renuntiant, purgare te: sed hoc

ἀπολογεῖσθαι, ἢ μόνον, ὅτι οἰόμενος ἐκεῖνος ἔργον ποιεῖν, κακῶς με λέγει, καὶ οὐκ ἔχω ἐξουσίαν ἄλλον κωλύειν ὃ προέθετο ποιεῖν ἔργου, οὔπω ἐμαυτὸν δυνηθεὶς κωλῦσαι παθῶν. καὶ ὅτι, εἰ μὴ ἤμην ἄξιος τοῦ τὰ τοιαῦτα ἀκοῦσαι, οὐκ ἂν ἤκουον· μάλιστα ἐὰν αἰσθῇς ὅτι τῶν λεχθέντων περὶ σου ἔπραξάς τι.

hoc tantum, si quicquam, responde. Nempe, quod ille sibi faciendum credidit; male de me loquitur, ego vero quis sum, qui alium ab opere quod sibi proponit persequendo impediam, qui proprias animi mei perturbationes prævenire nondum valeo? Et præterea, nisi dignus ego, qui ista audirem; non ita contigisset: præcipuè, si tibi conscius es, aliquid te, quod affine sit iis, quæ tibi objecta sunt, commisisse.

με΄.

Εἰς τὰς ἀγορὰς, ἢ ἐν τοῖς δημοσίοις τόποις ἐπιπολὺ παριέναι, οὐκ ἀναγκαῖον. Εἰ δέ ποτε καιρὸς καλέσοι, μηδενὶ ἄλλῳ φαίνου σπουδάζων, εἰ μὴ σεαυτῷ· τουτέστι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, οἷα ἂν ὦσι. βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπιγελᾷν τινι, ἢ πολὺ συγκινεῖσθαι, ἢ ἀγανακτεῖν περὶ τῶν γινομένων, παντελῶς ἀπέχου.

XLV.

Fora, & quævis alia publica loca, frequentare te, nihil necesse est. Sed si quando tempus tulerit, nulli te, nisi tibi ipsi studere appareat: hoc est, ea duntaxat fieri velis, quæ fiunt, qualiacunque sunt. Clamore autem, aut arrisione, aut corporis motu crebriore, approbationem tuam testari, aut indignari ob ea quæ fiunt, penitus abstineto. Ac post discessum,

χε. καὶ μετὰ ἀπαλλαγὴν, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γεγενημένων διαλέγου, μηδὲ ἃ ἴδῃς, φιλονείκῃ ἐξηγεῖσθαι. μάλιστα, ὅσα μὴ λυσιτελεῖ πρὸς τὴν σὴν πολιτείαν. Εἰ γὰρ περὶ τούτων πολλάκις εἴπῃς, ἐμφαίνεις ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν, ὧν ἔφυγες.

ne multus de iis quæ acta ſunt, tibi ſit ſermo; neque affecta quæ videris, aliis narrare, præcipue quæ ad inſtitutam vitæ rationem, quam profiteris, nihil utilitatis afferunt. Sæpius enim de iis loquendo, manifeſtum erit te admiratum eſſe, quæ invitus ſpectaſſe volebas videri.

μϛʹ.

Εἰς † οἰκίας τινῶν μὴ ἧκε, μηδὲ ῥᾳδίως πάρειθι. παρὼν δὲ τὸ σεμνὸν καὶ εὐσταθὲς καὶ ἀνεπαχθὲς φύλαξαι.

XLVI.

Ad quorundam [qui oſtentando ingenio ſcilicet id agunt, non ut proſint] publicas recitationes, ne veni, neque facile accede. Si tamen acceſſeris, gravitatem & conſtantiam tuere; & id una cave, ne cui ſis moleſtus,

μζʹ.

Ὅταν φοιτᾷν ἀνάγκη πρός τινα τῶν λαμπρῶν τοῦ κόσμου, λόγισαι, ὅτι οὐκ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον· ὅτι οὐ μηνυθήσῃ. καὶ ὅτι ἀκούσεις, τί θέλεις ὁ περιτ-

XLVII.

Cum neceſſitas aliqua te cogit quempiam adire de mundi magnatibus, proponito tibi fore ut domi eum non invenias: ut non illi renuntieris, ut tibi dicatur, Quid ſibi

† Οἰκίας. Legit interpres ἀκοάς.

περιττὸς οὗτος; ὅτι ἀποσκώψουσιν εἴς σε οἱ παῖδες· ὅτι ἐρεῖ σοι ἐκεῖνος, ὅτι ὑπερβαίνει σε ὃ αἰτεῖς. καὶ μηδέποτε εἴπῃς ἐν σεαυτῷ, ὅτι ταῦτά σοι οὐ ποιήσουσιν· ἢ ὅτι αἰδεσθήσονται τὸ ἐπάγγελμα. Ἐὰν γὰρ οὕτω συντύχῃς, καὶ τύχῃ ταῦτα γενέσθαι, ἀταράχως ὑποδέξῃ τὰ γινόμενα, ἅτε μεμελετηκὼς αὐτά. ἐάν τε μηδὲν τούτων συμβῇ, εὐχαριστήσεις τῷ θεῷ λέγων, ἐγὼ μεμελέτηκα ἃ ἤμελλον ἄξιος ὑποστῆναι· ἡ δὲ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία περιέστη μου, καὶ οὐδὲν τούτων εἴασε γενέσθαι.

sibi vult præclarus ille vir? ut te famuli irrideant: ut ipse denique tibi dicat: supra te est quod requiris. Nunquam autem tibi veniat in mentem, non ista te passurum, sed professionem tuam reverituros eos. Si enim ita tibi contingat, & ista vere evenient, imperturbatus ea feres, ut quæ tibi prius meditata & prævisa fuerint. Si nihil autem contingat tale; Deo gratias ages & dices: Ego quidem quæ merebar pati, meditatus ante fueram: sed Dei bonitas adfuit mihi, & non permisit.

μή.

Ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἀπέστω τὸ σεαυτοῦ τινῶν ἔργων, ἢ ἀρετῶν ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι· οὐ γὰρ ὥσπερ σοι ἡδύ ἐστι τὰ σὰ λέγειν, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις τούτων ἀκοῦσαι.

ἐπισφα-

XLVIII.

In familiaribus congressibus, absit factorum tuorum, aut virtutum, frequens & immodica commemoratio. Nec enim ut tibi jucundum est tua narrare, ita & aliis eadem audire. Periculosum autem

est

ἐπισφαλὲς δὲ τὸ εἰς[17] εὐτραπελιλογίαν ἐμπεσεῖν· πάντως γὰρ τὴν πρός σε αἰδῶ τῶν πλησίον ἐκλύει, καὶ παρασκευάζει * δωρολογεῖν· ἐξ ὧν καὶ † ἀκαιρολογία τίκτεται. ὅταν αἴσθῃ τι τοιοῦτον, ἐὰν μὲν οἷός τε ἦς, καὶ ἐπίπληξον. εἰ δὲ μὴ δυνῃ, τῷ ἀποσιωπᾷν καὶ ἐρυθριᾷν, δῆλος γίνου δυσχεραίνων τοῖς τοιούτοις.

est ad jocos & facetias delabi: & tui observantiam apud vicinos minuere, vel maxime idoneum: sed & ad *stultiloquium* viam munit; ex quibus & *turpiloquium* etiam nascitur. Cum autem tale quid in aliis deprehendis: si tibi fas est, objurgatione deterreto: sin id non potes, saltem silentio simul & pudore tuo omnibus liqueat, offendi te istiusmodi sermonibus.

μθ'.

Ὅταν φαντασία ἡδονῆς ἐκπειράσῃ σε, μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ' ὃν τε συγκαταθήσῃ τῇ δοκούσῃ ἡδονῇ, καὶ καθ' ὃν πράξας, ὕστερον μετανοήσεις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορήσῃ· τούτοις τε ἀντίθες, ὅπως περιγενόμενος χαίρῃς, καὶ ὅτι ἀμει-

XLIX.

Si voluptatis alicujus imago animo tuo obversans te irritat, memento utriusque temporis, & ejus, quo voluptati, victus succumbes; & quo postea pœnitebit te, & ipse tibi convitians, exprobrabis. Ad hæc, oppone; si eluctatus fueris gavisurum te; & quanto præstat

17 Εὐτραπελιλογίαν.] Ita rectum puto, quod quis fortasse malit ut magis usitatum, εὐτραπελίαν. Sed ratio verbi non obscura. Proprie enim εὐτραπελία ad mores pertinet, facile mutabiles, & versatiles: quales debent esse illorum, qui mimicam exercent, & histrionicam. Inde ad verba translatum; ut εὐτραπελία, pro εὐτραπελιλογία diceretur.

* γρ. μωρολ.

† γρ. αἰσχρολ.

ἄμεινον συνειδέναι ἑαυτῷ νικήσαντι, καὶ καθαρῶς εὐχομένῳ. μή σε ἡττήσῃ τὸ προσηνὲς αὐτῆς, καὶ ἐπαγωγόν. βέλτιον γὰρ τούτου καὶ ἡδύτερον, τὸ συνειδέναι ἑαυτῷ ταύτην νενικηκότι τὴν νίκην.

ſtat victæ voluptatis conſcientia, & pura ad Deum oratio. Ne te vincant autem pellacia voluptatis, & illecebræ; multo enim præſtantior & ſuavior victoriæ tam bellæ conſcia ſibi mens, & memoria.

ν΄.

Ὅταν ποιῇς τι διαγνοὺς ὅτι σοι συμβάλλεται τῇ πολιτείᾳ, οἱ δὲ ἄλλοι ἄλλως περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνουσιν, ὅρα μὴ φύγῃς αὐτὸ διὰ τὴν τῶν ἄλλων ὑπόληψιν. Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ τὸ ἔργον φεῦγε. εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς;

L.

Quando aliquid aggrederis, certus id ad inſtitutum vitæ tuæ conducere, alii autem aliter judicant, cave ne aliorum judicium reveritus incepti deſinas. Si enim malo conſilio uſus id aggrediaris, opus ipſum fuge: ſin bono, quid illos non bene reprehendentes moraris?

να΄.

Ὅταν συνεσθίεις τινὶ, μή τι παραβάλῃ ἐκεῖνος ἐδώδιμον λογίζου, ἀλλά τι ποιήσας ἀνεπαχθὴς αὐτῷ γενήσῃ, μᾶλλον αἰδήμων.

LI.

Cum conviva alicujus es, ne quid ille tibi edendum apponat cogita; ſed quo pacto non illi gravis, & tanto verecundior appareas.

νβ'.

Ἐὰν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς ἐπάγγελμα, καὶ ἐν αὐτῷ ἀσχημονήσῃς, καὶ ὃ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι ἐκπέσεις.

LII.

Si quam professionem, quæ vires tuas superat, in te susceperis, tum ea simul indecore defungeris; tum illam quam numeris omnibus implere poteras, elabi tibi passus es.

νγ'.

Καθάπερ ἐν τῷ περιπατεῖν προσέχεις μὴ ἐπιβῇς ἥλῳ, ἢ στρέψῃς τὸν πόδα· οὕτω πρόσεχε μὴ βλάψῃς τὸν σεαυτοῦ νοῦν. καὶ οὕτως ἐφ' ἑκάστῳ ἔργῳ παραφυλάττων, ἀσφαλέστερον ἅψῃ ἑκάστου.

LIII.

Quemadmodum inter ambulandum, ne clavum calces, aut pedem distorqueas, caves: sic in degenda vita cave, ne mentem in qua inest dominium rationis, impingens, lædas. Quod si in re unaquaque observaveris, omnia cautius aggredieris.

νδ'.

Μέτρον κτήσεως ἑκάστῳ, τὸ σῶμα· ὡς ὁ πούς, τῷ ὑποδήματι. ἐὰν μὲν ἐπὶ τούτου στῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον. ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ἀνάγκη κατὰ κρημνοῦ φέρεσθαι· καθάπερ δὲ ἐπὶ τοῦ ὑποδή-

ματος

LIV.

Necessariarum ad usum vitæ rerum modus cuique corpus est, ut pes calcei modulus. Si hic constiteris, modum servabis: sin præterieris, jam veluti per præceps ferri te necesse est. Ut autem in calceo: si quis ultra usum

pro-

μαλ☉ ὁ τὴν χρείαν ὑπερβαίνων, ποιεῖ κεντητὸν, εἶτα φοινικοῦν, εἶτα διάχρυσον, πολλοὶ δὲ καὶ λιθοκόλλητον, οὐ * τῶν ὀρέξεων· οὐ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον ὅρ☉ οὐδείς.

progressus fuerit; primo variegatum, postea purpureum: tandem auratum: sunt etiam qui gemmis internitentem gestent, sic in cupiditatibus. Ejus enim, quod modum semel supergressum fuerit, nullus terminus.

νε´.

LV.

Ἀφυΐας σημεῖον, ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα. ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἢ πίνειν, ἢ καθεύδειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον. περὶ δὲ τὸν νοῦν ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιστροφή.

Animi [degeneris, &] à natura male informati, signum est, rebus corporis immorari: ut, diu exerceri: diu edere, vel bibere; vel dormire. Nam hæc quidem facienda sunt obiter: cura autem omnis ad animum transferenda est.

νϛ´.

LVI.

Ὅταν τις κακῶς δοκῇ σοι ποιεῖν, ἢ κακῶς λέγειν, ἐνθυμοῦ, οἰόμεν☉ λυσιτελεῖν αὐτῷ τοῦτο ποιεῖ. εἰ δὲ σοι οὐ λυσιτελεῖ, καί τις

Quandocunque putat aliquis nocere se tibi, vel dictis, vel factis; cogita tu, ideo illum facere, quia expedire id sibi censet: At idem tibi si non expedit, quis tamen cogat alium, eo omis-

* γρ. ἔστω καὶ ἐπὶ τῶν ὀρ.

τις ἀναγκάσῃ τινα, τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον ἀφέντα, τὸ ἄλλου ποιεῖν; ὥστε οὐκ ἦν ἐπὶ σοὶ τὸ κωλῦσαι αὐτόν. τῶν δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, μηδ' ὀρέγεσθαι παρηγγέλμεθα. ἄλλως τε εἰ μὲν ψεύδεται, αὐτὸς βέβλαπται καὶ ἐξηπάτηται τὸ ψεῦδος ἀληθὲς νομίσας. ὥσπερ οὖν εἰ μακρόν σε ἔλεγε κονδὸν ὄντα, ἢ τὸ ἔμπαλιν, οὐκ ἂν ἠγανάκτεις, ἢ ἔχαιρες, διὰ τὸ μὴ τοῖς ἐκείνου ῥήμασιν ἕπεσθαι ἡμῶν τὸ σῶμα· μᾶλλον δὲ καὶ ἐγέλασας ἂν ὡς παράβλωπα τὸν τοιοῦτον. οὕτως ἀόργητος διάμενε· ἐλέει δὲ αὐτὸν τῆς πλάνης. Εἰ δὲ ἀληθῆ λέγει, διόρθωσαι, ἵνα μὴ ἔχῃ τι λέγειν. οὕτω πρὸς πάντας τοὺς λοιδοροῦντας γίνου, ἐπιφθεγγόμενος, ὡς πολλάκις εἴρηται, ὅτι ἐκείνῳ μὲν ἔδοξε ταῦτα λέ-

omiſſo, quod ſibi putat expedire, id curare quod tibi proſit? Non igitur erat in te, illum prohibere: quæ autem in poteſtate noſtra non ſunt, ea non appetere, aut perſequi, profeſſio noſtra eſt. Præterea, ſi falſus eſt, (qui tali de te opinione concepta, tibi male dixit aut fecit:) ipſe læſus eſt, qui deceptus eſt, dum falſum pro vero amplectitur. Quemadmodum igitur, ſi cum puſillus eſſes corpore, diceret te *procerum*: aut contra: non indignareris, ſed neque gauderes, ut qui ab ejus verbis non pendere corporis tui ſtaturam videres: ſed illum potius, ut ſtrabum rideres: ita hic quoque abſtine ab ira omni, ſed ejus potius errorem miſerere. Si autem verum dicat, tu id age, ut te ipſum emendando, deſit illi quod in te reprehendat. Denique erga omnes qui tibi maledicunt, ita (ut jam ſæpius monuimus) affectus eſto, ut ſtatim tibi veniat in mentem: Ita quidem illi viſum eſt, iſta in me dicere:

λέγειν· ἐγὼ δὲ οὐ κατεστάθην εἰς τὸ κωλῦσαι τὸν βουλόμενον λέγειν ἃ θέλει. ἐὰν δὲ ἀδελφὸς ἀδικῇ, ἢ γείτων, μὴ λογίζου, ὅτι παρ' οὗ * ἥκιστα ἐχρῆν, ἠδίκημαι, ὡς ἐνόμισεν· ἢ ὅτι τούτῳ οὐκ ἐχρῆν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπεραγανακτεῖν ἐμοῦ· οὕτω γὰρ θρέψεις τὴν ὀργὴν, καὶ ἕξιν σεαυτῷ ποιήσεις δυσφόρητον· μᾶλλον δὲ ὅτι ἀδελφὸς, καὶ χρεωστῶ αὐτοῦ ἀνέχεσθαι. ὅτι γείτων, κἀγὼ αὐτοῦ ὀφείλω φέρειν τὴν ἄγνοιαν, καὶ ὅτι ἡ νομιζομένη ἀδικία περὶ τὰ ἐκτός. τῆς γὰρ προαιρέσεώς μου, οὐδεὶς κύριος, καὶ οὕτω ῥᾷον ἕξεις.

mei autem non est muneris impedire, quo minus ipse quod vult, non liceat illi loqui. Quod si frater, aut vicinus is est, qui tibi injuriam facit: noli tecum reputare, ab eo quem minime decebat, tibi factam (ut ille quidem credidit:) hanc injuriam: imo ab illo, quem pro te adversus alios commoveri potius æquum erat: sic enim fomentum iræ parabis, & evades tum aliis, tum tibi in vita quotidiana, non tolerabilis: Sed ita potius cogita; Quia frater est, injurias ejus ferre debeo: quia vicinus, quod per ignorantiam [veri boni] commisit, id me patienter ferre, ratio suadet. Præterea, injuriam illam, quæ facta creditur, in rebus externis versari. Voluntatem autem tuam [qua sola censeris] nullius imperio, ac proinde nec injuriæ obnoxiam esse. Ita commodius habebis, [vel facile feres.]

νζ'.

Οὗτοι οἱ λόγοι ἀσυνάρτητοι. Ἐγώ σου πλου-

LVII.

Orationes hæ non cohærent: Ego sum te locu-

* γρ. ἥκιστα.

πλουσιώτερος· ἐγώ σου ἄρα κρείττων. Ἐγώ σου λογιώτερος. *** οὗτοι δὲ μᾶλλον ἀληθεῖς καὶ συνεκτικοί. ἡ ἐμὴ κτῆσις τῆς σῆς κρείττων † σοῦ δὲ οὐδὲ κτῆσις * ἐστὶν οὐδὲ λέξις· γίνωσκε οὖν ὅτι οὐκ ἐπὶ σεαυτῷ ἐπαίρῃ, ἀλλ' ἐπ' ἄλλῳ.

locupletior, ergo sum melior. [vel præstantior.] Ego sum te eloquentior, ergo melior. At illæ magis veræ & cohærentes: [Ego te ditior.] Mea ergo pecunia tua præstat. [Eloquentior, &c.] Tu vero nec pecunia es, nec sermo. Noris igitur te cum sic gloriaris, non in te vere gloriari, sed in alieno.

νή.

Τοῦ σκώπτειν εἶργε σεαυτόν. καὶ μάλιστα μὲν σιώπα τὰ ἀλλότρια. σεαυτῷ δὲ μόνῳ πρόσεχε. εἰ δὲ λαλῇς, λάλει ἀληθῆ, καὶ ἃ βλέπεις, καὶ μὴ ἃ στοχάζῃ.

LVIII.

Ab omni cavillatione abstineto. De rebus externis, quantum potes, sile, tibi intentus uni. Si tamen interdum ita res feret, ut loquendum tibi sit; quæ vera sunt loquere, & quæ comperta habes, non ea quæ conjicis.

νθʹ.

Ἔπιέ τις †† πολὺν οἶνον μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς·

LIX.

Bibit quispiam multum vini? ne dicas bibisse *male*

† γρ. σύ. * γρ. εἶ.

†† Logos & argutias inanes hic captat J. Gronovius, dum Casaubonum ejusque versionem sugillans quærit, *quando suadebunt Christiana dogmata, ut cui liceat alium sic accusare, quasi biberit, multum.* at ubi, ἀγαθέ, ullus hic *accusationi* locus? Num is, qui aliquem, qui multum vini biberit, affirmet *multum bibisse*, ejusmodi bene potum hominem eo sermone *accusasse* dicendus sit? Quin hoc ipsum est, quod Epictetus simpliciter eloqui nos monet, quidquid sit, sive *multum* sive *parum*, quod actionibus aliorum inesse significandum sit. Illud solum caveri vult, ne conjecturis indul-

κῶς· ἀλλ' ὅτι * * * * ἐλούσατο. ἔφαγέ τις πρωῒ ἔτερος; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς· ἀλλ' ὅτι ἔφαγεν. Εἰκὸς γάρ σε μὲν στοχάζεσθαι κακῶς· ἐκεῖνον δὲ * ὅτι καλῶς αὐτῷ πεποιηκέναι, ἢ νόσου βιασαμένης, ἢ ἀδελφῶν ἀναγκασάντων, ἢ ἄλλων εὐλόγων αἰτιῶν, αἵ σοι μὲν οὐ γινώσκονται· ἐκείνῳ δὲ [18] κατὰ νοῦν ἐχώρησαν.

male [vel nimio potu peccasse:] sed [multum.] Lavat quispiam cito, &c. Edit quis alius [vel, socius:] mane? ne dicas *male* illum edisse, [vel, male ab illo factum, quod ederit:] sed edisse [mane. Potest enim, ut tu male conjicias: illum autem vel morbo cogente, vel fratribus, vel aliis fonticis causis urgentibus, quod ipsi expediebat fecisse: quæ causæ, tibi quidem fortasse ignotæ fuerunt; illi autem [cui notæ] res pro voto bene & rite cesserit.

ξ.

Μηδαμοῦ σεαυτὸν ἡσυχαστὴν εἴπῃς, μηδὲ λάλει ἐν ἰδιώταις περὶ δογμάτων. Ἐν ἑστιάσει μὴ λέγε

LX.

Nullibi *Hesychastem* (vel *anachoretam*:) te profitere; neque inter sæculares de dogmatibus tuis

dulgendo *male* de factis aliorum judicemus. Quare supplementum illud Casaubonianæ interpretationis, *ne dicas bibisse male*, sed *multum*, recto stat talo, quippe repetitum justissima ratione ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ἔπιέ τις πολὺν οἶνον.

18 Κατὰ νοῦν.] Sententiæ ratio postulat, ut ad ambiguam τοῦ κατὰ νοῦν notionem allusum sit. Parum enim honesta oratio, quenquam animo suo obsecutum esse, nisi, quod *animus* suadebat, idem & *rationi* consentaneum fuerit. Vide (si vacat) quæ nos in Antoninum lib. 6. p. 79. in ista Antonini: (ἔχει σοι πάντα κατὰ νοῦν.) de hac locutione notavimus. Non igitur (vel hinc discamus) hospes in vetere & meliore philosophia, qui primus ista concinnavit: quamvis posteriorum monachorum ignorantiæ vestigia nonnulla deprehendere fortasse possimus. Plato in Timæo venustissime: Ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο. Hinc posteriores alii, ni fallor.

* ἴσ. ὅτι καλόν· vel ὅτι καλ. α. πεπ.

λέγε πῶς δεῖ ἐσθίειν, ἀλλ' ἔσθιε ὡς δεῖ τύπος γενόμενος ἄλλοις. †† τοῦτο γὰρ ἀπόστολος παραινεῖ λέγων, τύπος γίνου τοῖς πιστοῖς.

tuis[quibus institutæ vitæ ratio nititur:] loquere. In convivio, ne dissere quomodo sit edendum, sed ede ut te decet. Ita enim & Apostolus exhortatur, ubi dicit: *Exemplum esto fidelium.*

ξά.

LXI.

Τὸ πολὺ περὶ δογμάτων ἐν ἰδιώταις μὴ λάλει· ἐὰν δὲ ἐμπίπτῃ λόγος, τὸ ἐπιδεικτικὸν ἔκκοπτε, καὶ σιώπα. μέγας γὰρ κίνδυνος δογματίσαι περὶ ὧν * ἡ ὄντως κατάληψις δυσχερὴς τοῖς πολλοῖς, καὶ ἄγνωστος. καὶ ὅταν εἴπῃ σοί τις, ὅτι οὐδὲν οἶδας, καὶ μὴ δηχθῇς ἐπὶ τούτῳ, τότε γνῶθι, ὅτι ἤρξω τοῦ ἔργου.

Inter *idiotas* [sive sæculares] de dogmatibus tuis ut plurimum sileto. Quod si occasio incidat, tu tamen ostentandi te occasionem vita, & tace. Magnum enim periculum est, disputando de iis rebus asserere, quarum comprehensio de vulgo hominibus difficilis est, & insolens. Quod si quis dixerit te nihil scire, tuque commotus non fueris, scito te jam opus [feliciter] exorsum esse.

ξϐ.

LXII.

Εὐτελῶς φορῶν, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ, μηδὲ ἐὰν ὑδροποτῇς, περι-

Viliter vestitus, ne ideo gloriare, & si aquam bibis, ne obambula, occasionem quærens ali-

†† 1. Tim. 4. 12. * ἰσ. ὄντως.

περιέρχου ζητῶν ἀφορμὴν τοῦ λέγειν, ὅτι ὑδροποτεῖς· ἄσκει δὲ σεαυτῷ μόνῳ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω, ἵνα καὶ ἡ ὠφέλειά σου μόνου γένηται.

alicui dicendi, te aquam bibere. Temperantiæ quam exerces, conscius ipse tibi sis soli, aliis nesciis: ut & merces ad te solida redeat.

ξγ'. LXIII.

Μὴ κατάξηρον ἐπιδείκνυέ σου †† τὸ στόμα, μηδ' ἄσθμαινε συνεχῶς, τεκμήρια τοῖς πέλας τῆς σῆς ἀσκήσεως παρέχων, καὶ ἀναγκάζων ἐρωτᾷν, πόθεν οὕτως ἀσθμαίνεις, καὶ ξηρὸς εἶς.

Ne ostenta os aridum: ne assidue anhela: quæ vicino tuo, vel alii cuicunque obvio, abstinentiæ tuæ sint indicia; quibus ille provocatus quodammodo cogatur interrogare: Quid tu sic anhelas, & aridus es?

ξδ'. LXIV.

Ἀπαιδεύτου χαρακτὴρ, μηδέποτε ὠφέλειαν, ἢ βλάβην προσδοκᾷν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω. Θεοφίλου ἀνδρὸς

Indocti [seu veræ philosophiæ rudis] character & nota certa, nunquam à se ipso damnum expectare, vel utilitatem, sed à rebus externis. Vere pii & religiosi

†† Quamvis licet albis dentibus hic *τὸ στόμα* irrideat J. Gronovius, & Casaubono, qui hic se auferri passus sit, insultet, tamen mihi facile persuadeo, vulgatum sine mendo esse. Etenim si hypotheses istæ debeantur vel primis Ecclesiæ Christianæ viris doctoribus, uti J. Gronovius in Notis existimat, quid facilius cogitare, quam hoc loco prohiberi *κενοσπουδίαν*, & inane se jactandi studium, præsertim tempore jejunii, quo ne aquam quidem primos Christianos aliquando gustasse Auctor est Socrat. Hist. Eccl. l. v. c. xxii. Quibus proinde, cum *solo arido pane vescerentur*, ut idem tradit, quid mirum *κατάξηρον* fuisse *στόμα*? Vid. similia huic præcepto Matth. vi; 16.

δρὸς χαρακτὴρ, πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾶν.

ξή.

Σημεῖα προκόπτοντος, οὐδένα ψέγει· οὐδένα μέμφεται· οὐδενὶ ἐγκαλεῖ. οὐδὲν περὶ αὐτοῦ λέγει, ὡς ὄντος τι, εἰδότος τι· ὅταν ἐμποδισθῇ, ἢ κωλυθῇ, ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ. κἄν τις αὐτὸν ἐπαινέσῃ, καταγελᾷ τοῦ ἐπαινοῦντος παρ' ἑαυτῷ ὡς πλανηθέντος, καὶ ταλανίζει ἑαυτὸν ὡς ἀπατήσαντα τοὺς ἐκτός· καὶ εἰς ψευδολογίας ἐμβάλλοντα. κἂν ψέγῃ τις, οὐκ ἀπολογεῖται. περιέρχεται δὲ ὥσπερ οἱ ἄρρωστοι, εὐλαβούμενός τι κινῆσαι. πᾶσαν ὄρεξιν ἦρεν ἀφ' ἑαυτοῦ. ὁρμῇ ἀνειμένῃ πρὸς πάντα χρῆται. ἂν ἠλίθιος, ἢ ἀμαθὴς δοκῇ, οὐ πεφρόντικεν. ἐνὶ

giosi character & nota, omnem utilitatem & damnum à semet ipso expectare.

LXV.

Signa proficientis; neminem vituperare: neminem culpare: neminem accusare: nihil de seipso quasi aliquis sit, aut aliquid sciat, prædicare. Si in aliquo impeditus fuerit, aut prohibitus, se accusat ipsum. Si ab aliquo laudatus, secum ipse ridet laudatorem, ut deceptum, & miserum se reputat, qui alios deceperit, & falsa de se prædicandi ipsis in causa fuerit. Si reprehenditur, non defendit se: & ut qui recenter [ex morbo] convaluerunt; sic ille [omnia circumspiciens & metuens] ne impingat, obambulat. Omnem cupiditatem à se removit: ††aversationem ad ea sola, quæ naturæ eorum quæ sunt in nostra potestate repugnant, transtulit. Appetitione ad omnia remissa utitur. Si stolidus, si in-

K 4 doctus

†† Desideratur commatis hujus sententia in textu Græco; quæ supplenda ex Epict. Ench. cap. VII.

ἐνὶ δὲ λόγῳ, ὡς ἐχθρὸν ἑαυτὸν παραφυλάττει.

doctus habeatur, perinde habet. Denique ut inimicum & hostem se ipsum observat.

ξϛʹ.

Μὴ ὀρέγου ἐξηγεῖσθαι τὰς γραφάς. † μάλιστα μὴ ἀκριβῶς περὶ αὐτῶν παρειληφώς. ἀλλ' ἄρχου τῷ τὰ ἀπ' * αὐτῶν, καὶ παραχωρεῖ τὸν λόγον τοῖς εἰδόσιν. Εἰ δὲ τὸ μὲν ποιεῖν καταφρονήσεις, ἐπὶ δὲ τὸ ἐξηγεῖσθαι μόνον σχολάσεις, οὐδὲν ἕτερον ἢ γραμματικὸς ἀντὶ ἡσυχαστοῦ γέγονας· ἐν τούτῳ μόνον διαλλάττων, ὅτι τὰς γραφὰς ἀντὶ Ὁμήρου ἐξηγῇ.

LXVI.

Ne affectato *Scripturas* interpretari: præcipue, nondum satis illarum intelligens: sed aliis te peritioribus interpretandi munus concedenti, tibi sufficiat, te documentis ex *Scriptura* promptis obtemperare. Si vero obtemperare, & ad usum convertere negligis; interpretationi autem totus incumbis, ex *Hesychaste*, merus *Grammaticus* factus es: hoc tantum discrimine, quod *Homeri* loco, *Scripturas* interpretaris.

ξζʹ.

Ἐνθυμοῦ ὁποία αἰσχύνη, ὅταν τις ἀναγινώσκων τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἐξηγούμενος αὐτὸ καλῶς, ἀσύμφωνα παρέχῃ τὰ ἑαυτοῦ ἔργα.

LXVII.

Quam turpe sit, cum quis *Euangelium* legit, & præclare interpretatur, sed facta minime consentanea edit; cogita.

* Sc. τὰ ἀπ. α. ποιεῖν, κ.

ξη.

ξη′.

[19] Ὅσα ὀρθῶς προτίθεσαι, τούτοις ὡς νόμοις ἐπίμενε· ὡς παρανομῶν ἑαυτῷ [20] ὁ ἀφῇς. τί δὲ λέγουσιν οἱ πολλοὶ περὶ σοῦ, μὴ φροντίσῃς. οὐ γὰρ ἐπί σοι ἐστὶ κωλῦσαι αὐτοὺς ψέγοντας τὰ καλὰ, ἢ τὰ φαῦλα ἐπαινοῦντας.

LXVIII.

Quæ bene ſemel expenſa & dictante ratione tibi propoſuiſti; in eorum tanquam legum obſervatione conſtans eſto, & ſi quid omittas, leges te tuas violare reputa. Quid autem vulgus de te loquatur, ne ſolicitus ſis. Nam quo minus illi quæ bona ſunt vituperent; & quæ prava, laudent, in te non eſt ſitum.

ξθ′.

Εἰς ποῖον ἔτι χρόνον ἀναβάλλῃ ἀρέσαι θεῷ; ποίαν ἡλικίαν προσδοκᾷς; οὐκ ἔτι εἶ μειράκιον, ἀλλ' ἀνὴρ ἤδη τέλειος. ἐὰν καὶ νῦν ἀμελέσῃς καὶ ἀεὶ προθεσμίαν ἐκ προθεσμιῶν διδῷς σεαυ-

LXIX.

Quouſque tandem differes Deo placere? Quod tandem ætatis tempus expectas? Non jam puer es, ſed matura vir ætate. Itaque ſi porro negliges, & de die in diem certum tempus, aliud ex alio, quo Deo placere incipias, tibi

19 Ὅσα ὀρθῶς προτίθεσαι.] Epict. προτίθεται. nec dubium quin ad ſimilem *Aureorum* Pythagoræ (ut vocant) *carminum* concluſionem alluſum ſit. Sed nec male, ſic; ut hic legimus: ſi ad omnia quæ nobis ſemel decreta & probata, referamus. Virtutum enim maxima prope dixerim *conſtantia:* & tolerabiliora ſæpe prava, (ita memini legere) quam levia ingenia. Sed nec Simplicii expoſitio ab hoc ſenſu aliena.

20 Ὁ ἀφῇς.] Acrior longe ſententia, & ad Enchiridii ſcripturam aptior, ſi legamus, ὃ σίζεις.

σεαυτῷ, καὶ ἡμέραν ἐξ ἡμερῶν ὁρίζεις, ἐν αἷς μέλλεις ἀρέσαι θεῷ, λήσεις σεαυτὸν οὐ προκόπτοντα, [21] ἀλλὰ καὶ κλεπτόμενον, ἕως οὗ καὶ τὸ τέλος φθάσῃ. ἀξίωσον οὖν σεαυτὸν ἤδη ὡς τέλειον, πονῆσαι ἐν τῇ ἀσκήσει καὶ προσοχῇ· ὅτι ἐνταῦθά ἐστιν ὁ ἀγὼν, καὶ * ἡ πάρεστι, καὶ οὐκ ἐπιδέχεται ἀναβολήν. σκόπει δὲ, ὅτι ἔνδοσις † μιᾶς ἀρετῆς, ἢ ἐπίτασις, στεφανοῖ τὸν ἀγωνιστὴν, ἢ ἀστεφάνωτον παρέχεται. οὕτως ὁ μακάριος ** Παῦλος ἀγωνισάμενος ἔλεγεν· Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, καὶ λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. Σὺ δὲ εἰ καὶ μὴ εἶ Παῦλος, ἀλλὰ οὕτως ἀγωνίζου, ὡς ὅμοιος αὐτῷ εἶναι βουλόμενος.

tibi propones; imprudenti tibi proficiendi tempus elabetur, & prius mors occupabit, quam dolorem geri intelliges. Tandem aliquando igitur, ut *asceta*, severiorem religionem, & tolerantiæ disciplinam professus, incipe laborare, & diligentiam adhibere, ut qui jam ad maturitatem perveneris. In hoc enim certamen versatur; & jam certandi tempus adest, quod dilationem non admittit. Considera autem in hac unius [vel, in una] virtutis remissione vel intentione situm esse, vel ut coroneris, vel prætereáris. Ita & beatus Apostolus postquam decertasset, de seipso prædicat: *Bonum certamen certavi*: &c. *In reliquo, reposita est mibi corona justitiæ*. Tu autem quamvis non sis *Paulus*; sic tamen certa, ut qui *Paulo* simillimus esse cupias.

21 Ἀλλὰ καὶ κλεπτόμενον.] Apposita Greg. Naz. verba, quæ profert ex illo (ed. Aldinæ in 8o. elegantissimæ, p. 180.) doctiss. Stephanus: ἐὰν ἀεὶ τὸ σήμερον παρατρέχων ἐπιτηρῇς τὸ εἰς αὔριον, ταῖς κατὰ μικρὸν ἀναβολαῖς ὑπὸ τοῦ Πονηροῦ κλεπτόμενος.

* γρ. ἤδη. † γρ. μία.

** 1 Tim. 4. 7.

ς. Ἐπὶ

ό.

Ἐπὶ πάσῃ περιστάσει καὶ παντὶ πειρασμῷ ἐπαγομένῳ ἡμῖν, πρόχειρον ἔχωμεν τὸ λέγειν. Ἄγε ἡμᾶς ὦ σῶτερ σὺ, καὶ τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα, † ὅπου σὺ καὶ ὅπως φίλον σοι. ὡς ἑψόμεθά γε ἄοκνοι. Εἰ γὰρ μὴ θέλωμεν κακοὶ γενόμενοι, οὐδὲν ἧττον ἑψόμεθα. ὅστις δὲ ἑκὼν εὐπειθῶς ἕπεται θεῷ, σοφὸς παρ' ἡμῖν καὶ θεοφιλής. ὃ γὰρ τῷ θεῷ φίλον, τοῦτο ἡμῖν γενέσθαι εὐχόμεθα.

LXX.

In omni majore quod nos circumstat periculo, & omni tentatione in quam inducimur, in promptu sit hæc oratio: Duc nos, ô Salvator, & Sanctus tuus Spiritus, quo, & modo quocunque tibi gratum. Enimvero sequemur impigri. Quod si præ metu recusaverimus, nihilominus tamen sequemur. Qui vero volens & morigerus Deum sequitur, is à nobis *sapiens* & *Deo charus* habetur. Quod enim Deo gratum & amicum, nobis contingere [ita animati] precamur.

οά.

Βιοῦντας γὰρ οὕτως ἡμᾶς, βλαβῆναι ὑπό τινος ἀδύνατον. κἂν γὰρ, ὡς νομίζουσι, συσκευάζονταί τινες, κἂν ὑποφέρωσιν ὕβρεις, καὶ διώξεις, καὶ εἰς φόνους χωρήσωσι· φονεῦσαι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ

† Ὁπότε, καὶ ἃ.

LXXI.


Sic enim viventes, à quoquam lædi nos impossibile est. Quamvis enim bonis, (ut quidem putant ipsi:) spolient: contumeliæ quamvis & persecutiones exuperent: imo & ad cædes procedant: *Occidere quidem possunt*;

δὲ οὐδαμῶς. ὡς γὰρ μὴ δυναμένων βλάψαι παρήγγειλεν ὁ κύριος, μὴ φοβεῖσθαι λέγων· * Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων.

sunt; non tamen omnino lædere. Ideo, tamquam qui lædere non possint: adhortatur Dominus ne timeamus illos, his verbis: *Nolite timere eos qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere.*

* Matth. 10. 28.

F I N I S.



CEBETIS
THEBANI
Philosophi Platonici,
TABULA,
Græce & Latine,

Qua vitæ humanæ prudenter insti-
tuendæ ratio continetur.

[1]ΚΕΒΗΤΟΣ ΘΗΒΑΙΟΥ [2]ΠΙΝΑΞ.

CEBETIS THEBANI TABULA.

Ἐτυγχάνομεν περιπατοῦντες [3]ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ, ἐν ᾧ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀναθή-

In æde Saturni deambulantes, cum alia complura donaria spectabamus: tum tabulam

[1] Cebetis Thebani mentio fit in Phædone Platonis. Sed an hæc tabula sit illius, nonnihil dubito: quod præter alia, & Peripatetici hic arguuntur, quorum nomen (nisi longissima ætate fuerit usus Cebes) tum nondum celebre fuisse, probabile est: & Platonis citatur autoritas, & in Stoïcorum sententiam autor inclinare videtur. Suidas quidem, ut & Diogenes Laërtius, Cebetis in hanc sententiam meminit; Cebes (inquit) Thebanus philosophus, Socratis discipulus, cujus Dialogi tres circumferuntur, Septima, Phrynicus, Tabula, atque etiam rerum inferarum narratio, & alia quædam. Græca verba, *πίναξ ἐστὶ δὲ ἡ ἐν ᾅδε διήγησις*, corrupta videntur: & pro *ἐστὶ δὲ*, legendum *ἔτι δὲ*: id quod à Justo Velsio, viro doctissimo, est annotatum. Nam tabula hæc, humanæ vitæ, non rerum quæ geruntur apud inferos, descriptionem continet. Legi tamen *ἐστὶ δὲ* potest: cum hæc expositio sit non dissimilis ei, quæ est de sortitione vitarum, in extremo Platonis lib. 10. de Republica, quæ apud inferos fieri perhibetur, & cum Pythagorea pictura sit: ad *μετεμψύχωσιν*, ac potius (ut recte Clemens) *μετενσωμάτωσιν* refertur. *Wolfius.*

De Cebete vide Diogenem Laërtium lib. 2. fol. 172. Chalcidium in Platonis Timæum. & Xenophontem ἀπομν. α. fol. 719. ubi eum numerat in primis Socratis familiaribus, qui innocentia cæteris præstiterint. Plato in Phædone testatur, Cebetem singulari cura investigasse veritatem, nec facile solitum assentiri, nisi evidentibus argumentis convinceretur, pag. 63. Α'εί τοι ἔφη, ὁ Κέβης λόγους τινὰς ἀνερευνᾷ, καὶ οὐ πάνυ εὐθέως ἐθέλει πείθεσθαι, ὅ, τι ἄν τις εἴποι. *Caselius.*

Κ Ε Β. Θ Η Β. *Salmas. præfatione in Tab. Ceb. Arab.* (Cebes Thebanus fuit auctor hujus Dialogi, cui Titulum ipse qui scripsit, fecit: Πίναξ. De quo perperam quidem dubitant, an genuinum opus Socratici illius Cebetis fuerit. Ratio dubitandi vana est, ac futilis quam afferunt, quod Platonis in hoc Dialogo fiat mentio. Quid tum postea? Ergo nec Platonis eadem ratione Dialogus ille fuerit, qui *Phædo* inscribitur, quia meminit in eo hujus Cebetis. Tres Dialogos scripserat hic Cebes, teste Laërtio Diogene. Πίνακα. Ε'βδόμην, & Φρύνιχον. Πίναξ est quem hic habemus. Adde his: quod & Lucianus (περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων) pro genuino Cebete, Cebetem nominans auctorem *Tabulæ*, videtur agnoscere: qui etiam eodem loco ad instar istius *Tabulæ* pulcherrimam & ipse finxit imaginem, qua misera illorum conditio qui mercede conducti, *doctorum*, seu *philosophorum* (*capellanos domesticos* hodie dicere mus:) munus in magnatum domibus obeuntes consenescebant: paucis lineis, nescio quam vere (siquidem ipse quodammodo postea Lucianus retractavit, & *Apologiam* conscripsit) graphice certe depingitur: præstantiss. editionis (Aldinam intelligo p. 103. Quod autem in Suida, ubi de hac *Tabula* loquitur: Πίναξ. ἐστὶ δὲ τῶν ἐν ᾅδου διήγησις: quidam (de quo & Wolfius in Notis; quasi de alio vellet opere; mutant ἐστὶ δὲ, &c. falli eos puto. Quamvis enim humanæ vitæ picturâ proponitur, non tamen ut res gesta narratur; sed eorum quæ vulgo fiunt & accidunt, ortus & principia, ex arcanis originibus quibus *Lex Mundi* continetur, repetuntur: quæ non male: τὰ ἐν ᾅδου nuncupentur: non minus quam quæ apud Platonem, in *Enarratione*, *De Animarum sortitione*. Certe & ibi τὰ τῶν βίων παραδείγματα, (τυραννίδες, &c.) satis evidenter ob oculos posita. Si quid mutandum, præferendum putarem: τῶν ἐνθάδε (id est; ἐν τῷ βίῳ) pro τῶν ἐν ᾅδου. Ita enim non raro loquuntur Græci, tam Christiani, quam alii: ut pet, τὰ ἐκεῖ, quæ ad alteram vitam pertinent, pari elegantia innuunt. Sed nihil muto. Ad Platonici vero nominis & alia quæ habet Wolfius objectionem non improbabiliter & istud respondeti possit, à posterioribus fortasse aliqua, temporibus quibus ipsi vivebant, accommoda, addita esse: quod in plurimis antiquorum scriptis, in propriis præsertim tum hominum, tum locorum nominibus esse factum, certissimum est. *Casaubonus.*

In dialogo Platonis, qui Phædo sive de immortalitate animæ inscribitur, mentio fit inter reliquas personas, quæ ibi introducuntur, etiam Cebetis. Eum autorem esse hujus libelli, credit Caselius; cujus exstant in hanc tabulam notæ. Id vero an ita sese habeat, dubium est Wolfio; qui ante Caselium notatiunculas quoque in eam edidit. Nec præter rationem de eo videtur ambigi, cum in hac ipsa tabula Plato allegetur. Cæterum, ne id quidem satis valet ad probandum, fuisse hunc ab illo Platonico diversum. De Cebete videndus Diogenes Laërtius lib. secundo de vitis philosophorum. Chalcidius in Timæum Platonis, & Xenophontis ἀπομνημονεύματα. *Snecanus.*

2 Tabulam inscripsit, quisquis tandem fuerit author hunc libellum ele-

θήματα ἐθεωροῦμεν. [4] Ἀνέκειτο δὲ καὶ πίναξ τις [5] ἔμπροσθε τοῦ νεὼ, ἐν ᾧ ἦν [6] γραφή τις ξένη, καὶ μύθους ἔχουσα ἰδίους. οὓς οὐκ ἠδυνάμεθα συμβαλεῖν, [7] τί-

lam quandam ante sacellum dedicatam, quæ peregrinas quasdam & peculiares fabulas depictas haberet. Quæ cujusmodi & unde essent con-

elegantem ſane & ſucci plenum ſic inſcribendi : quod in eo ceu in tabula vivis lineamentis vita mortalium oculis ſubjiciatur , non aliter quam fit in ſermone parabolico. Etenim antiquiſſimam fuiſſe hanc conſuetudinem inſtituendi hortandique mortales , ſimilibus ductis à rebus ſenſui obviis ad ea quæ illis ſic non ſunt expoſita , conſtat tum è Platone aliiſque profanis ſcriptoribus , tum etiam è myſticis literis, quæ ab iſta agendi ratione quoque non abhorrent, ut videre eſt Judicum cap. IX. & I I Regum XIV. vel I I Samuelis, quin & non paucis Evangelicæ hiſtoriæ locis. *Idem.*

3 Ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ. *In Saturni templo.*] Id templum ubi locorum fuerit, fateor, mihi non liquere : niſi quod probabile autumo, fuiſſe Athenis, in ipſa Muſarum ſede ac domicilio ; ubi hæc tabula, quæ hic ab auctore propoſita ediſſeritur, fuerit dedicata inter reliqua templi donaria. Niſi quis malit aſſignare ædem hanc Saturniam Thebis Bœotiæ, unde videtur auctor oriundus. *Idem.*

4 Ἐνέκειτο δὲ καὶ πίναξ. *Inerat etiam tabula.*] Quid vero ſi ἀνέκειτο legas ? dedicata erat. Ab ἀνάκειμαι fit ἀνάθημα , ſicut à διάκειμαι διάθεσις non originis , ſed ſignificationis habita ratione. *Wolfius.*

5 Ἔμπροσθε τοῦ νεὼ.] τὸ ἱερὸν eſt totum templum : ὁ ναὸς , & Attice νεὼς , videtur hic eſſe pars templi interior. Suidas, ἱερὸν λέγεται πᾶν τὸ ἀνατεθειμένον τοῖς θεοῖς. Pollux ναὸν καὶ ἱερὸν pro eodem capit, & addit, [illegible] σηκὸς, τέμενος , ut ſit ἱερὸν καὶ ναὸς locus in quo deos colimus : σηκὸς, & τέμενος , in quo ſimulacra collocamus. Videtur tamen ναὸς παρὰ τὸ ναίειν dici, ut ſit ædicula in qua ipſe Deus habitet. Si cui vero hæc diſtinctio τοῦ ἱεροῦ καὶ νεὼ , ut Grammaticorum autoritate non munita, diſplicet : Cebes primum ἱερὸν , deinde νεὼν, varietatis cauſa dixit. *Idem.*

6 Γραφή τις ξένη.] Nova eſt hæc pictura, nec deprompta ex Homero , aut alio Poëta : quas fabulas pictas & ſculptas paſſim videre erat. Etſi autem & ipſæ habent, quibus tenera ætas erudiatur , tamen non prorſus in univerſum eo reſpiciunt, quemadmodum hæc Tabula. Tota enim in hoc occupatur, ut varias vitæ, & omnium quotquot ſunt rationes , ſpectatori proponat , atque itidem vitæ rectam viam, quam qui ingreſſus ſit & perſequatur, rectius vivat & beatius. Ideo non tam eſſe pictura exiſtimanda eſt , quam Philoſophia. Si enim quis ejus interpretem adeat , atque auſcultet ; primum ſe ab erroribus ratione vindicabit , ac deinceps neceſſariis ſive commodis ad inſtitutum rebus paratis, totum ſe ad vitam bene beateque , aut certe commodius multo & melius & felicius agendam , convertet. Id facilius omnino & certius faciet , qui vitæ rationes in utramque partem conſiderarit, & quæ in altera inſint mala , quæ tamen declinari non maximo negotio poſſint, apud animum perpenderit. *Caſelius.*

[7] τίνες καὶ πόθεν ἦσαν. οὔτε γὰρ πόλις ἐδόκει ἡμῖν εἶναι τὸ γεγραμμένον, οὔτε στρατόπεδον· ἀλλὰ περίβολος, ἐν αὐτῷ ἔχων ἑτέρους περιβόλους δύο, τὸν μὲν μείζω, τὸν δὲ ἐλάττω. ἦν δὲ καὶ πύλη ἐπὶ τοῦ πρώτου περιβόλου. πρὸς δὲ τῇ πύλῃ ὄχλος ἐδόκει ἡμῖν πολὺς ἐφεστάναι. ἔνδον δὲ τοῦ περιβόλου, πλῆθός τι γυναικῶν ἑωρᾶτο. [8] ἐπὶ δὲ τῇ εἰσόδῳ τοῦ πρώτου πυλῶνος καὶ περιβόλου γέρων τις ἑστὼς, ἔμφασιν ἐποίει, [9] ὡς προστάττων τι τῷ εἰσιόντι ὄχλῳ. ἀπορούντων δὲ ἡμῶν περὶ τῆς μυθολογίας πρὸς ἀλλήλους πολὺν χρόνον, πρεσβύτης τις παρεστὼς, Οὐδὲν δεινὸν πάσχετε, ὦ ξένοι, ἔφη, ἀποροῦντες περὶ τῆς γραφῆς ταύτης. οὐ γὰρ τῶν ἐπιχωρίων πολλοὶ ἴσασι, τί ποτε αὕτη ἡ μυθολογία δύναται. οὐδὲ γάρ ἐστι πο-

λιτι-

conjicere non poteramus. Pictura enim neque urbem neque castra præ se ferebat: sed erat septum quoddam, alia duo septa continens, alterum majus, alterum minus. Erat & porta in primo septo; cui magna turba astare videbatur. Intra septum vero mulieres complures conspiciebantur. In aditu primi vestibuli & septi, senex quidam stabat, eo gestu, & habitu, ut ingredienti turbæ præcipere aliquid videretur. Cum vero diu inter nos, quid commentum illud sibi vellet, ambigeremus, senex quidam astans: Non mirum, inquit, est hospites, vos de pictura hac dubitare. Nam & ex indigenis pauci norunt fabulæ significationem. Neque enim civitatis nostræ donarium

est:

7 Τίνες καὶ πότε ἦσαν. *Quæ & quando essent.*] Quid si πόθεν, unde? præsertim cum sequatur, οὐ γάρ ἐστι πολιτικὸν ἀνάθημα. *Welsius.*

8 Ἐπὶ δὲ τῇ εἰσόδῳ.] Salmas. absque articulo, ἐπὶ δὲ εἰσόδῳ.

9 Ὡς προστάττων τι.] τὶ, cum gravi. *Idem.*

λιτικὸν ἀνάθημα, ἀλλὰ ξένος τις πάλαι ποτὲ ἀφίκετο δεῦρο, [10] ἀνὴρ ἔμφρων, καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν, λόγῳ δὲ καὶ ἔργῳ [11] Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον. ὃς τό τε ἱερὸν τοῦτο, καὶ τὴν γραφὴν ἀνέθηκε τῷ Κρόνῳ. Πότερον οὖν ἑώρων ἐγὼ, καὶ αὐτὸν τὸν ἄνδρα γιγνώσκεις ἑωρακώς; καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πο-

est: sed olim hospes quidam, vir cordatus, & eruditione præstans, qui & dictis & factis Pythagoreæ & Parmenideæ vitæ studium præ se ferret tam templum hoc, quam picturam Saturno dedicavit. An vero, inquam, ipsum hominem vidisti, & nosti? Atqui etiam, inquit, longo tempore fui eum admiratus. Nam junior

10 Ἀνὴρ ἔμφρων, καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν.] Dedicator Tabulæ Philosophus est, qui cognitionem de rebus susceperit, & in studio sapientiæ plurimum profecisset. Hæc est via nimirum ad sapientiam, *omnia considerare quæ facias, nihil temere gerere*: ut de ea parte loquar, quæ actiones spectat. Nec alienum ab instituto, ut imitandos nobis proponamus optimos quosque, non ut in certorum hominum verba juremus; sed ut spectatissimorum vitæ vestigiis ingrediamur. Amplectenda sunt, quæ bene dixerint: æmulanda, quæ fecerint. Parum enim est sentire recte, ni facias recte. Itaque id est, quod ait, λόγῳ καὶ ἔργῳ. Contra evenire videmus, ut sæpe sapientum dicta in ore habeamus, de eorum factis itidem exprimendis nihil cogitemus. *Caselius.*

11 Πυθαγόρειον καὶ Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον.] Cum Thebanus fuerit Cebes, probabile est, Thebis hæc quæ narrantur, gesta fingi, aut describi: & per hunc Pythagoreum Lysidem Epaminondæ & Philippi Macedonis præceptorem intelligi. Sed hæc nihil ad rem. *Wolfius.*

Πυθαγόρειόν τινα.] Longum foret omnia referre de Pythagora. Ejus vitam persequuntur Laërtius lib. 8. Jamblichus, Malchus: de Philosophia ejus præcipue videndus Hierocles. De Parmenide idem Laërtius lib. 9. *Caselius.*

Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον.] De Pythagora, cujus titulo circumfertur τὸ Υ, seu litera humanæ vitæ speciem sive imaginem præferens, videat, cui prolubium est, prolixe scribentem Jamblichum; qui vitam ejus posteritati prodidit. Et Laërtium lib. VIII. De philosophia ejus præcipue videndus Hierocles; qui ad aurea carmina ipsius commentatus est. De Parmenide consulendus Laërtius lib. IX. Dubito, idemne sit hic Parmenides cum eo, cujus extat libellus de Politiis; qui continet ἀποσπασμάτιον universalis historiæ Nicolai Damasceni. *Snecanus.*

πολὺ λεγόνοι. [12] νεώτερος γὰρ ὤν, πολλὰ καὶ σπουδαῖα διελέγετο. καὶ περὶ ταύτης δὲ τῆς μυθολογίας πολλάκις αὐτοῦ ἠκηκόειν διεξιόντος. Πρὸς Διὸς τοίνυν, ἔφην ἐγὼ, εἰ μή τις σοὶ μεγάλη ἀσχολία τυγχάνει οὖσα, διήγησαι ἡμῖν. Πάνυ γὰρ [13] ἐπιθυμοῦμεν ἀκοῦσαι, τί ποτέ ἐστιν ὁ μῦθος. Οὐδεὶς φθόνος, ὦ ξένοι, ἔφη. ἀλλὰ τοῦτο δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι, [14] ὅτι ἐπικίνδυνόν τι ἔχει

nior cum esset, multa præclare disserebat: & hujus ipsius fabulæ doctrinam sæpe eum audivi exponentem. Obsecro igitur, inquam, nisi magna quæpiam occupatio te impedit, fabulam nobis explica, cujus audiendæ avidissimi sumus. Nihil, inquit, obstat, hospites: sed illud vobis tenendum, enarrationem periculi non expertem esse. Cujusmodi

12 Νεώτερος γὰρ ὤν. Οἱ φιλόσοφοι φρονοῦσι βέλτιον, οἱ νεώτεροι λέγουσι βέλτιον. ὡς ἄριστα γοῦν οἱ νέοι τῶν φιλοσόφων. Recte igitur induxit tabulæ interpretem, hominem & doctum & florentem ætate. Namque nec satis doctrinæ in adolescente admodum, & dicendi partes sunt graves seni. Itaque apud Platonem senex alicubi ex instituto sermone discedit ad sacra. *Caselius.*

Ambigua verborum sententia. Si enim τὸ νεώτερος ad σπουδαῖα referas: juvenis σπουδαῖος tanto laudabilior, & dignior qui advertatur; quanto per naturam illa ætas, ad alia potius apta & propensa. Unde vulgatum illud Aristotelis, τὸν νέον, τῆς πολιτικῆς ἀκροάσεως auditorem minus idoneum statuentis: quod ἄπειρος τῶν κατὰ βίον πράξεων, & quod τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικός. sin, ad τὸ διαλέγεσθαι: tum quo minus miremur, ratio redditur, (innuitur saltem) exuperantis in juvene facultatis; ipsa juventus scilicet. Quo pertinet locus à Caselio allatus: οἱ φιλόσοφοι φρονοῦσι βέλτιον· οἱ νεώτεροι, λέγουσι βέλτιον. In utramque partem multa possent adferri, si res postularet. Priorem sensum versio Arabica secuta est: posteriorem Caselius expressit. Lector, ut volet; per me licet. *Casaubonus.*

Νεώτερος γὰρ ὤν.] Legendum forte: νεωτέροις γὰρ ἔν, uti mihi indicavit Incomp. Gronovius. Juvenes enim è senibus, non senes à juvenibus discunt.

13 Ἐπιθυμοῦμεν ἀκοῦσαι.] Parum proficit, qui non accedit ad discendum cum desiderio: contra qui inflammatus est discendi cupiditate, de eo non dubia spes. *Caselius.*

14 Ὅτι ἐπικίνδυνόν τι ἔχει ἡ ἐξήγησις. *Enarrationem periculi non expertem esse.*] An est aliquid periculi in eo, si quis hanc narrationem audiat? Videtur esse per se nihil, sed in altero, si quis ad usum non transferat ea, quæ acceperit. Qui enim ejusmodi salutaria vitæ præcepta neglexerit, suapte culpa perit, non quod

ἔχει ἡ ἐξήγησις. Οἷόν τι; ἔφην ἐγώ. Ὅτι, [15] εἰ μὲν προσέξητε, ἔφη, καὶ συνήσητε τὰ λεγόμενα, [16] Φρόνιμοι καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθε. εἰ δὲ μή, ἄφρονες, καὶ κακο-

modi, inquam; id est? Quia, si auscultaveritis, atque intellexeritis ea quæ dicentur, prudentes & beati evadetis: sin minus; facti vecor-

quod ea audivit, quibus servari potetat. In vita literaria in universum nihil periculi est: tamen idem esse apparet. Qui discit literas, nec se ad earum præcepta conformat, se in periculum conjicit, & in exitium præcipitat, & ei aliquando satius etiam, non acuisse ingenium doctrinis subtilioribus, quibus jam abutatur. *Idem.*

Merito quæritur, quomodo intelligendum, quod affirmet, non protius periculi esse expers, hanc enarrationem audire. Videtur itaque dicendum, per se quidem nihil huic rei inesse periculi, videlicet in auditione, sed, si quis ad usum non transferat ea quæ acceperit, nihil ipsi profuturum quod audiverit, quinimo ipsi id pernicìosum fore. Quippe qui ejusmodi salutaria vitæ præcepta neglexerit, suapte perit culpa, nec habet quod excuset: imo tanto justius punitur, quanto pulchrior ipsi affulserit proficiendi occasio. Idem fere docet ὁ σωτὴρ, Luc. 12. 47. *Snecanus.*

15 Εἰ μὲν προσέξητε καὶ συνήσητε.] Non προσέξητε, nisi etiam συνήσητε, per η legatur, *Wolfius.*

Εἰ μὲν προσέξητε.] Ὅτι προσέχειν τὸν νοῦν καὶ συνιέναι δεῖ. τοῦτ' ἐστι προαιρεῖσθαι τοῦτον τὸν βίον. Non satis est animum advertere & intelligere; sed ubi intellexeris, animum advertere & intendere oportet, ut facias: hinc Prudentia, & à prudentia vita illa beata. *Casel.*

16 Φρόνιμοι καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθε.] An qui prudens idem beatus? Beatam vero vitam intelligimus non omnibus numeris perfectam: siquidem tale quippiam in hominem non cadit; sed commodam, aut certe incommodis, quæ plerique ultro adsciscunt, vacantem. An igitur, qui prudens, idem beatus? an non potius, qui omnibus virtutibus præditus est? Hoc verum, nec illud falsum, quando eodem res redit. Est enim Prudentia omnium Virtutum oculus: nec prudens caret virtutibus cæteris. συνακολουθοῦσιν γὰρ αἱ ἀρεταί: ubi una de virtutibus sit, ibi & esse cæteras necesse est. Quod cum de omnibus ita se habeat, de prudentia maxime verum esse oportet, sine qua nulla virtus, nulla virtutis actio. Sic igitur Prudens beatus, nempe in civili consuetudine: intelligimus vero τὸν ἐνεργοῦντα κατ' ἀρετήν. Prudens vero hoc beatior, quod non solum facit, quæ sunt virtutis privatæ, sed quod & meritis ornat rempublicam. Primus ad prudentiam aditus est, intelligere vitæ humanæ rationes omnes. Hæ magis illustrantur contrario. Qui enim stolidi, nec rationem ducem sequuntur in omnibus, iidem miseri: in iisdem malitia & inscitia: ὥστε μετ' ἀφροσύνης καὶ παραφροσύνης τὴν προαίρεσιν εἶναι κακήν; quos male, quod in utroque malum; & misere, quod in malo miseria, vivere necesse est. Est igitur τὸ κακῶς ἀθλίως, καὶ κακοδαιμόνως. Inscitiam autem nominare non est novum, cum vel ignoratur, quid facere quemque oporteat: vel, etiamsi liquet, non

 faciat

κακοδαίμονες, [17] καὶ πικροὶ καὶ ἀμαθεῖς γενόμενοι, κακῶς βιώσεσθε. Ἔστι γὰρ ἡ ἐξήγησις ἐοικυῖα τῷ τῆς Σφιγγὸς αἰνίγματι, ὃ ἐκείνη προεβάλλετο τοῖς ἀνθρώποις. εἰ μὲν οὖν αὐτὸ συνίη τις, ἐσώζετο. εἰ δὲ μὴ συνίη, ἀπώλλυτο ὑπὸ τῆς Σφιγγός. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐξηγήσεως ταύτης. [18] ἡ γὰρ Ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώ-

cordes, infelices, acerbi atque indocti, male vivetis. Est enim expositio, Sphingis ambagibus similis, quas illa hominibus proponebat: quas qui intellexerat, manebat incolumis; qui non assecutus erat, à Sphinge occidebatur. Eadem est enarrationis hujus ratio. Nam Amentia Sphinx est hominibus

facias tamen. Recte igitur intelligere oportet, si quis ita loquatur. Sic & perturbatum reipub. Syracusanæ statum adscribit inscitiæ ep. 7. ad Dionis propinquos Plato. ἐξ ἀμαθίας, inquit, πάντα τὰ κακὰ πᾶσι ἐρρίζωται, καὶ βλαστάνει. Id est, *ex Inscitia quicquid est malorum, radices agit & pullulat.* Ipse quoque Aristoteles, etsi hanc doctrinam magis illustrat, cum ostendit virtutes non esse scientias, quod Socrati visum fortasse videri possit, tamen ab his non dicit discrepantia, ubi ait Ethic. 3. ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς ὁ μοχθηρὸς, ἃ δεῖ πράττειν, καὶ ὧν ἀφεκτέον. Inscitiam intelligimus, non quæ est in scientiis, sed quæ res agendas respicit: nec tamen inscitiam rerum minutarum, sive puerilium, quas ignorare turpiculum forte est: sed hæc nec infamiam adfert, nec per se grave incommodum, quemadmodum injuste facta. In quibus igitur hæc inscitia? In rebus ad vitæ cultum pertinentibus, ut de iis non falsas imbiberimus opiniones, cujus generis sunt: *nihil prius esse honore, aut imperio, aut opibus, aut voluptatibus; nihil esse miserius humilitate; servitute, paupertate, doloribus:* & similia.

An nesciunt, qui agunt contra virtutem? quæ hæc inscitia? In multis non intelligunt, quid faciendum sit: in plerisque, quod vident, non satis vident: aliquibus non assentiuntur, quæ vident: quibus judicio assentiuntur, nec ea volunt, ut & sic nescire videantur. Inde [illegible]m est, ut & vulgo quoque dicamus, ebrium, aut ita percitum, aut amoribus irretitum, nescire quid agat, etsi horum nemo sit, qui scire nonnihil saltem videatur. *Caselius.*

17 Καὶ πικροὶ καὶ ἀμαθεῖς.] Caseliana, ut & Salmasiana edit. πονηροὶ καὶ ἀμ. quod probabilius. Aristoteles autem eximie (ut omnia; quod & Sacris Oraculis consonum est) docet omnem πονηρίαν ex ἀγνοίας, vel quod eodem redit, ἀμαθείας proficisci, *Casaubonus.*

18 Ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις Σφίγξ ἐστιν.] Σφίγξ παρὰ τὸ σφίγγειν, διὰ τὸ ἐσφιγμένα, καὶ δυσνόητα λέγειν τὰ ῥήματα. Stephanus è veteri Lexico.

θρώποις Σφίγξ ἐστιν. αἰνίττεται δὲ καὶ τάδε, [19] τί ἀγαθὸν, τί κακὸν, τί οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ. ταῦτ' οὖν ἐὰν μή τις συνίῃ, ἀπόλλυται ὑπ' αὐτῆς οὐκ εἰσάπαξ, ὥσπερ ὁ ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς καταβρωθεὶς ἀπέθνησκεν· ἀλλὰ κατὰ μικρὸν

nibus. Obſcure autem & hæc innuit, quid in vita ſit bonum, quid malum: quid neque bonum, neque malum. Quæ qui non intelligit, ab ea non ſemel interit, ut is, qui à Sphinge occiſus, devorabatur: Sed paulatim per omnem ætatem, ut qui, conjecti

Auſonius: Carm. 280.

Terruit Aöniam volucris, leo, virgo, triformis
Sphinx: volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Φῖκα nominabant Bœoti, ut apud Heſiodum Theogonia:

Ἡ δ' ἄρα Φῖκ' ὀλοὴν τέκε Καδμείοισιν ὄλεθρον.

Verba ipſius Scholiaſtæ ſunt edit. Clar. noſtri Heinſii, fol. 267. *ἡ δὲ σφίγξ πραγματικῶς μὲν γυνὴ ἦν λῃστρὶς, καὶ εἶχε πολλοὺς σὺν αὐτῇ τοὺς συναρπάζοντας. ἐντ[illegible] δὲ τὴν κρυφίνην καὶ μερικὴν κεκρυμμένην κακίαν λέγει.* Annot. Zetzes, Heſiodum *ἀλληγορικῶς* annotare *τὴν κρυφίνην κακίαν·* revera fuiſſe *γυναῖκα λῃστρίδα, ἔχουσαν πολλοὺς τοὺς σὺν αὐτῇ συναρπάζοντας.*

Amentia autem Sphinx eſt. nihilque habet præter opiniones varias, perplexas, dubias, ad unam omnes falſas: quarum modo his aſſentitur, modo illis, qui rectis ſententiis imbutus non eſt, ut modo in pretio habeat pecuniam, modo in voluptates prodigat: modo voluptatibus nihil anteferat, modo dicat nihil eſſe pernitioſius: denique opiniones, nec bonum, nec malum, nec indifferens definiunt. Sic enim diſtinxerunt etiam Stoici, ut infra explicabitur. Deinde etiam in eo cum Sphinge comparatur Amentia, quod miſere torquet, & conficit animos hominum, quos & quotidie novis variisque mortibus afficit. Perpetuo enim & ſubinde aliis atque aliis modis cruciati, eſt mille modis perire. Contra pulchrum, & ſalutis plenum, vindicare ſe ab inſcitia: qui hoc facit, ſternit iter ſibi ad arcem beatæ vitæ, ſive ſapientiæ. Hic tandem in civili conſuetudine beatus, ille miſer: ut recte quoque Lucretius initio lib. 2.

- - - nil dulcius eſt, bene quam munita tenere
Edita doctrina ſapientum templa ſerena:
Deſpicere unde queas alios, paſſimque videre
Errare, atque viam palanteis quærere vitæ:
Certare ingenio, contendere nobilitate:
Noctes atque dies niti præſtante labore:
Ad ſummas emergere opes, rerumque potiri. Caſelius.

19 *Τί ἀγαθόν.*] τί cum acuto, etiam in iis quæ ſequuntur ſcribendum. *Welſius.*

κρὸν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ καταφθείρεται, [20] καθάπερ οἱ ἐπὶ τιμωρίᾳ παραδιδόμενοι. ἂν δέ τις γνῷ, ἀνάπαλιν ἡ μὲν Ἀφροσύνη ἀπόλλυται, αὐτὸς δὲ σώζεται, καὶ [21] μακάριος καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ. Ὑμεῖς οὖν προσέχετε, καὶ μὴ παρακούετε. Ὦ Ἡράκλεις, ὡς εἰς μεγάλην τινὰ ἐπιθυμίαν ἐμβέβληκας ἡμᾶς, εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει. Ἀλλ' ἔστιν, ἔφη, οὕτως ἔχοντα. Οὐκοῦν φθάνοις τοίνυν διη-

jecti in carcerem, manum carnificis expectant, contabescit: Sin ea cognorit aliquis, vice versa perit Amentia: ipse vero salvus manet, perque omnem vitam, malorum expers, beatus efficitur. Vos igitur attenti estote, nec obiter audite. Dii boni, quantam nobis cupiditatem injecisti, si ista ita sint! Ita, inquit, res est. Quamprimum igitur narres velim. Nam nos quidem haud

20 Καθάπερ οἱ ἐπὶ τιμωρ. παραδιδ.] Non intellexerunt interpretes quid τιμωρία hoc loco sibi vellet. Non enim *qui damnati carnificis manum expectant*; ut hic: aut *qui quæstioni subjiciuntur*; ut Caselius; aptum sunt hic exemplum, ὅ ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ κατὰ μικρὸν καταφθειρομένων: sed illi qui male actæ vitæ aut impiorum facinorum sibi conscii secretis conscientiæ flagellis (quæ vera Erynnis, sed quæ, non omnibus facinorosis contingit in hac vita:) quotidie lancinantur & torquentur. De quibus optime Satyricus:

Magne pater Divum, sævos punire tyrannos
Haud alia ratione velis: - - -
Virtutem videant intabescantque relicta.

Intabescere, plane hic quod Cebes, κατὰ μικρ. καταφθείρ. Porro, τιμωροὶ δαίμονες Synesio, aliisque: qui vulgo: ἀλάστορες. Cebes ipse (quod mirum interpretes non advertisse) in sequentibus ita exponit: ὅταν [...] πάντα ἀπολείπῃ, παραδίδωσι (iisdem quibus hic verbis:) τῇ τιμωρίᾳ: &c. *Casaubonus.*

21 Μακάριος καὶ εὐδαίμων.] Idem utroque indicatur, ut alterum alterius declarandi caussa positum videatur: qui distinguunt, tribuunt hominibus εὐδαιμονίαν, μακαριότητα Diis immortalibus, quos & μάκαρας nominant, quod omne ævum summa cum voluptate, quæ non nisi de animi voluptate intelligi potest, agant, παρὰ τὸ μᾶν, τοῦτ' ἔστι, σφόδρα χαίρειν. Sic etiam ἐτυμολογεῖ Ἀριστοτ. ἠθ. VII. c. 12. Καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οἱ πλεῖστοι μεθ' ἡδονῆς εἶναι φασιν· διὸ καὶ τὸ μακάριον ὠνομάκασιν ἀπὸ τοῦ χαίρειν. *Caselius.*

22 Ἐπι-

διηγούμενος, ὡς ἡμῶν προσεχόντων οὐ παρέργως, ἐπείπερ καὶ τὸ [22] ἐπιτίμιον τοιοῦτόν ἐστιν. Ἀναλαβὼν οὖν ῥάβδον τινὰ, καὶ ἐκτείνας πρὸς τὴν γραφὴν, Ὁρᾶτε, ἔφη, τὸν περίβολον τοῦτον; Ὁρῶμεν. Τοῦτο πρῶτον δεῖ εἰδέναι ὑμᾶς, ὅτι καλεῖται ὁ τόπος οὗτος, Βίος· καὶ ὄχλος ὁ πολὺς, ὁ παρὰ τὴν πύλην ἐφεστὼς, οἱ μέλλοντες εἰσπορεύεσθαι εἰς τὸν βίον, οὗτοί εἰσιν. ὁ δὲ γέρων, ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος [23] Δαίμων

haud obiter audiemus, in tanti præsertim & præmii & supplicii exspectatione. Sublato igitur baculo, & ad picturam extento: Cernitis, inquit, septum hoc? Cernimus. Hoc primum vobis tenendum est, locum hunc appellari *Vitam:* & magnam multitudinem quæ portæ assistit, eos esse qui in vitam venturi sunt. Senex vero is, qui superne stat, chartam quandam una manu tenens, altera vero quiddam veluti monstrans, *Genius* dicitur. Mandat autem ingredientibus, quid eis, ubi

22 Ἐπιτίμιον.] Utrumque significat & præmium & supplicium, quasi dicat est operæ pretium hæc nosse, siquidem pereundum est ei, qui ea neglexerit: certa spes contra sit, servatum iri, qui illa sibi curæ habuerit.

Hæc tamen ita se habent, ut Philosophus docet, non ut necesse sit, jam servari, qui hæc intelligat, & de iis argute disserat, & sæpe sermonibus usurpet. Ethic, lib. 2. cap. 3. ἀλλ' οἱ πολλοί, &c. usque ad finem capitis. Hunc locum sic illustravit Themistius Orat. 2. fol. 31. Edit. Steph. τούτους δὲ αὐτοὺς ᾧ δή τινι, &c. usque ad illa verba ἐκείνῳ ἰατρικῆς. *Idem.*

23 Δαίμων καλεῖται.] Genius ad portam est præco sapientiæ, interpres rationis. quod chartam manu teneat, hoc indicatur, si quis desideret vera ad vivendum sapientiæ præcepta nosse, ei volvenda monumenta veterum. qui tot sæculis invenerunt, quibus vita hominum expoliretur & emendaretur: neque non id esse divinum beneficium existimandum, & ab authore sapientiæ proficisci. De quibus Genius ille docet, de quibus potissimum informari ad vitam oporteat, ea sub extremum hujus sermonis breviter perstringit scriptor. *Idem.*

μων καλεῖται. Προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, [24] ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον. καὶ δεικνύει ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, [25] εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. Ποίαν οὖν ὁδὸν κελεύει βαδίζειν, ἢ πῶς; ἔφην ἐγώ. Ὁρᾷς, εἶπε, παρὰ τὴν πύλην θρόνον τινὰ κείμενον κατὰ τὸν τόπον τοῦτον, καθ' ὃν εἰσπορεύεται ὁ ὄχλος, ἐφ' οὗ κάθηται γυνὴ πεπλασμένη τῷ εἴδει, καὶ πιθανὴ φαινομένη, καὶ ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσα [26] ποτήριόν τι; Ὁρῶ· ἀλλὰ τίς ἐστιν αὕτη, ἔφην. [27] Ἀπάτη καλεῖται, φησιν, ἡ πάντας τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσα. Εἶτα τί πράττει αὕτη; Τοὺς εἰσπορευομένους εἰς τὸν βίον ποτίζει [28] τῇ ἑαυτῆς δυνάμει. Τοῦτο δὲ

τί

ubi in vitam venerint; faciendum sit: & cui viæ se committere debeant, si salvi esse in vita velint, ostendit. Quam igitur, inquam ego, viam ingredi eos jubet, aut quomodo? Viden', inquit, juxta portam solium positum, qua turba ingreditur, cui mulier insidet, ficto vultu; argutaque specie, & manu poculum quoddam tenens? Video, inquam; sed quæ ea est? *Impostura*, inquit, quæ omnes homines seducit. Ecquid agit ea? Iis, qui in vitam ingrediuntur, facultatem suam propinat. Quæ verò est illa potio? *Error*, in-

quit,

24 Ὡς ἂν εἰσέλθωσιν.] ὡς pro ἐπειδὴ, postquam. *Wolfius.*

25 Εἰ σώζεσθαι μέλλουσι.] μέλλουσι, pro θέλουσι. *Idem.*

26 Ποτήριόν τι.] Non τί. *Idem.*

27 Ἀπάτη.] Impostura est conturbatio rationis multiplex ut nimia vitæ & voluptatis. Hæc inducit in errorem & inscitiam. *Caselius.*

28 Τῇ ἑαυτῆς δυνάμει.] Optime ita habent quas vidi editiones, excepta Caseliana, in qua pessime legitur τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει, quia hæc ad ἀπάτην sunt referenda. Posset tamen Caselii lectio aliquo modo probari, si vox ποτόν, quæ mox sequitur, præcesserat.

τί ἐστι τὸ ποτόν; Πλάνη, ἔφη, καὶ Ἄγνοια. Εἶτα τί; [29] Πιόντες τοῦτο, πορεύονται εἰς τὸν βίον. Πότερον οὖν πάντες πίνουσι τὸν πλάνον, ἢ οὔ; Πάντες πίνουσιν, ἔφη. ἀλλ' [30] οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἧττον. ἔτι δὲ οὐχ ὁρᾷς [31] ἔνδον τῆς πύλης πλῆθός τι γυ-

quit, & *Ignorantia*. Quid tum? Hac pota, veniunt in vitam. Num ergo omnes Errorem bibunt? Omnes bibunt, inquit: sed alii plus, alii minus. Nonne præterea intra portam vides turbam quandam mulierum meretricum, va-

29 Πιόντες τοῦτο.] Wolfiana, Plantiniana, cæteræque editiones inter se conveniunt. Verum in Caseliana habes *πίνοντες* in præsenti, sed non probandum, licet postea bis præsens subsequatur.

30 Οἱ *μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἧττον.*] Janus Pannonius ad animum suum:

Nec te, cum porta Cancri egrederere calentis,
Lethea nimium proluit humor aqua. *Wolfius.*

Οὐκ ἔστιν ἴση πάντων κρᾶσις. Alii plus ἐπιθυμίας, alii minus: alii plus habent θυμοῦ, alii minus. *Caselius.*

31 Ἔνδον τῆς πύλης πλῆθός τι γυναικῶν ἑταιρῶν.] In spatio, quod inter primum & secundum septum, ingressis portas variæ & opiniones & voluptates statim fiunt obviæ. Opiniones sunt innumeræ, nec ejusdem generis: tales sunt, opes ante omnia quærendas: non esse colendas literas, è quibus rem non facias: nihil esse pulchrius honoribus; in genere esse omnia, nihil esse miserius paupertate: beate vivere, qui voluptuariam vitam agant: magnum esse, cæteris imperare. Earum pleræque, & multæ harum similes, non solum plebem, sed & principes viros divexant, & avertunt à via salutis ad miseriam. Cum enim cœperunt sinistre judicare, cupiditatibus alii aliis inflammati, ad honores, ad opes, ad imperia; ad convivium, ad amores, ad luxum, & somnum, & alia se totos convertunt, & quisque sua voluptate pereunt. Hæ mulieres sunt inhonestæ: neque tamen non pollicentur suis cultoribus aureos montes, & vitam beatam, quemadmodum & voluptatem adversus virtutem differentem Prodicus induit, & refert ἀπομν. β. Eas fucatas rationes distinguere oportet à veris: denique mendacium à veritate. Apparet prætetea fortuna, veris picta coloribus: de qua & opiniones & virtutem scire est operæ pretium. De Fortuna autem agit Logicus, Orator, Ethicus, Jurisconsultus, Politicus, Physicus, Metaphysicus.

Definitio Fortunæ ex Aristotele A. Ἡ Τύχη ἐστὶν αἰτία. Qualis neutra essentialium, neque materia, neque forma: neque est causa finalis, quoniam ageret, est igitur efficiens, & prædicatur DOMINA RERUM, ut in Proverbio. Vitam regit Fortuna non sapientia. Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία. quod de multis verum, de plerisque falsum.

B Κατὰ συμβεβηκός. Quia omnis causa per se est determinata, & sciri certe

certe potest, & semper, vel, ut plurimum eodem modo operatur, & si sit efficiens, agit ad obliquum finem determinatum, quem sibi habet propositum. Horum cum nihil sit in fortuna, causa per se esse non potest.

C Ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν. Fortuna tantum in iis est, qui agunt προαιρέσει, ut est solus homo: nec dicitur fortunatus, aut infortunatus, nisi homo.

D Ut si quis in regiam veniens, non nisi aulæ splendorem & magnificentiam spectatum, & præter spem vel muneribus ornetur, vel in aulam adsciscatur. Utroque enim nomine, si præscivisset, eo se contulisset. Sic si quis animi vel valetudinis causa inambulans, aurum inveniat. Namque & hoc nomine non minus exisset.

E Οὔτ' ἀεὶ, οὔθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Hæc enim sunt caussarum per se. Cum his consentanea sunt, & ex eisdem deprompta hæc Rhetoricorum primo, ut ipse Philosophus profitetur.

Ἔστι δ' ἀπὸ τύχης μὲν τὰ τοιαῦτα γιγνόμενα, ὅσων ἥτε αἰτία ἀόριστος καὶ μὴ ἕνεκα τοῦ γίγνεται, καὶ μήτε ἀεὶ, μήθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, μήτε τεταγμένως. δῆλον δ' ἐκ τοῦ ὁρισμοῦ τῆς τύχης περὶ τούτων. Sunt autem fortunæ ejusmodi, eum fiunt, quorum causa indefinita est, quæque non fiunt propter aliquid, & neque semper, neque ut plurimum, neque ordinate. De his vero etiam liquet ex definitione fortunæ. Actiones autem omnino discerni oportet fortuitas à cæteris, maxime ab iis, quæ in nostra potestate sunt. Nec enim illis; sed his tribuuntur laudationes & vituperationes, & destinantur præmia & pœnæ. Discrimen autem apparet evidentius, si fontes considerentur eatum, de quibus hæc divinitus tradita sunt. Et idem secundo de arte dicendi.

Πάντες δὴ, inquit, πάντα πράττουσι. τὰ μὲν οὐ δι' αὐτούς. τῶν μὲν μὴ δι' αὐτοὺς, τὰ μὲν διὰ τύχην πράττουσι, τὰ δὲ ἐξ ἀνάγκης, τὰ μὲν βίᾳ, τὰ δὲ φύσει. ὥστε πάντα, ὅσα μὴ δι' αὐτοὺς πράττουσι, τὰ μὲν ἀπὸ τύχης, τὰ δὲ φύσει, τὰ δὲ βίᾳ. ὅσα δὲ δι' αὐτοὺς καὶ ὧν αὐτοὶ αἴτιοι, τὰ μὲν δι' ἔθος, τὰ δὲ δι' ὄρεξιν: καὶ τὰ μὲν διὰ λογιστικὴν ὄρεξιν, τὰ δὲ δι' ἀλόγιστον. ἔστι δὲ ἡ βούλησις μετὰ λόγου ὄρεξις ἀγαθοῦ. οὐδεὶς γὰρ βούλεται, ἀλλ' ἢ ὅσον οἰηθεὶη εἶναι ἀγαθόν. ἄλογοι δ' ὀρέξεις, ὀργὴ καὶ ἐπιθυμία. ὥστε πάντα, ὅσα πράττουσιν, ἀνάγκη πράττειν, δι' αἰτίας ἑπτὰ, διὰ τύχην, διὰ βίαν, διὰ φύσιν, δι' ἔθος, διὰ λογισμὸν, διὰ θυμὸν, διὰ ἐπιθυμίαν. Sed eadem iterum subjiciemus oculis, ut facilius animo lectoris inhæreant.



Cum his conveniunt hæc in 3. Ethicorum, αἰτία γὰρ δοκοῦσιν εἶναι, φύσις καὶ ἀνάγκη, καὶ τύχη. ἔτι νοῦς καὶ πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου. In quarto enim comprehenduntur λογισμὸς, ἔθος, θυμὸς, ἐπιθυμία. Cæterum non solum magnum imperium habet fortuna in res humanas; sed plerique etiam mortales, qui causas rerum nesciunt, & rationis patum habent, primas ei deferunt, & tantum non omnia accepta ferunt. De ea hæc ex opinione hominum Plinius lib. 2. cap. 7. *Invenit tamen inter has utrasque sententias*, &c. usque ad illa verba, *qua Deus probatur incertus.*

Quantum in fortuna boni esse videatur, quam ejus dona dubia & lubrica omnia, quamque illi minime fidendum, indicant variæ imagines,

qui-

γυναικῶν ἑταιρῶν, παντοδαπὰς μορφὰς ἐχουσῶν; Ὁρῶ. Αὗται τοίνυν, Δόξαι, καὶ Ἐπιθυμίαι, καὶ Ἡδοναὶ καλοῦνται. Ὅταν οὖν εἰσπορεύηται ὁ ὄχλος, ἀναπηδῶσιν αὗται, καὶ συμπλέκονται πρὸς ἕκαστον· εἶτα ἀπάγουσι. [32] Ποῖ δὲ ἀπάγουσιν αὐτούς; [33] Αἱ μὲν

variis præditarum formis? Video. Hæ ergo *Opiniones*, *Cupiditates*, & *Voluptates* appellantur; turbaque ingrediente, exilientes amplectuntur singulos, atque abducunt. Quo vero abducunt eos? Aliæ ad salutem, inquit, aliæ

quibus eam pingebant: plerasque Dion Chrysostomus his verbis & retulit, & interpretatus fuit: Oration. 1. de fortuna, pag. 398. †† *Οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ ξυροῦ ἔστησαν αὐτὴν, οἱ δὲ ἐπὶ σφαίρας, οἱ δὲ πηδάλιον ἔδωκαν κρατεῖν, οἱ δὲ τὰ κρείττω γράφοντες, τὸ τῆς Ἀμαλθείας ἔδοσαν κέρας, πλῆρες καὶ βρύον ταῖς ὥραις, ὃ ἐν μάχῃ Ἡρακλῆς Ἀχελώου ἀπέρρηξε· τὸ μὲν οὖν ξυρὸν, τὸ ἀπότομον τῆς εὐτυχίας μηνύει. ἡ δὲ σφαῖρα, ὅτι εὔκολος ἡ μεταβολὴ αὐτῆς ἐστιν. ἐν κινήσει γὰρ τυγχάνει πάντοτε ὂν τὸ θεῖον· τὸ δὲ πηδάλιον δηλοῖ, ὅτι κυβερνᾷ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἡ τύχη· τὸ δὲ τῆς Ἀμαλθείας, μηνύει τὴν τῶν ἀγαθῶν δόσιν τε καὶ εὐδαιμονίαν, &c.* Et hic vero pingitur fortuna cœca, ut Plutus apud Aristophanem; furiosa, surda, insistens globo, *ὅτι οὐκ ἀσφαλὴς, οὐδὲ βεβαία παρ᾽ αὐτῆς δόσις.* Recte igitur Aristoteles ibidem: *ὅτι ἀβέβαιον εὐτυχία, εὐλόγως, ἡ γὰρ τύχη ἀβέβαιος. οὔτε γὰρ ἀεὶ, οὔθ᾽ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἷόν τε εἶναι τῶν ἀπὸ τύχης οὐδέν.* i. Præterea, quæ bona fortuna dicitur, res incerta est, nec id causa caret. Fortuna enim incerta est. Fieri enim non potest, ut quicquid à fortuna profectum, vel semper sit, vel ut plurimum. *Caselius.*

Interpres vertit *ἑταιρῶν* meretricum: sed videtur potius *sociarum* vertendum; nam dicuntur paulo post quosdam ad salutem adducere; quod scortis non convenit. Nam ibi dicitur POENITENTIA hominem hunc per omnia malorum genera circumactum ex iis tandem eripere, eique OPINIONEM aliam inserere, & CVPIDITATEM, ad VERAM ERVDITIONEM eum perducturam. Sed *ἐπέχω*. quod videam, infra voces hanc etiam pro meretricibus usurpari. Quod Cebes in tabula proponit, idem Prodicus Sophista Herculi fabulatur evenisse; ut est apud Xenophontem Memorabilium secundo. *Snecanus.*

†† Ad eundem fere modum elegantissimus Phædrus *occasionem* sive *fortunam* depingit, *pendentem in novacula*; quæ verba, ut de occasione *leviter novacula insistente* accipiam, Græca faciunt Chrysostomi: *ἐπὶ ξυροῦ ἔστησαν αὐτήν.*

32 *Ποῖ δὲ ἀπάγουσιν αὐτούς;*] Non *αὐτοὺς*. nam *ἔγκλισις* & *ἐρώτησις* acutum in fine postulant, non gravem. *Wolfius.*

33 *Αἱ μὲν εἰς τὸ σώζεσθαι, αἱ δὲ εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι διὰ τὴν ἀπάτην.*] Intelligi potest, falsas opiniones, pravas cupiditates, & turpes voluptates deducere ad interitum:

μὲν εἰς τὸ σώζεσθαι, ἔφη, αἱ δὲ εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι, διὰ τὴν ἀπάτην. Ὦ δαιμόνιε, ὡς χαλεπὸν τὸ πόμα λέγεις; Καὶ πᾶσαί γε, ἔφη, ἐπαγγέλλονται ὡς ἐπὶ τὰ βέλτιστα ἄξουσαι, καὶ εἰς βίον εὐδαίμονα καὶ λυσιτελῆ. οἱ δὲ διὰ τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸν πλάνον, ὃν πεπώκασι παρὰ τῆς Ἀπάτης, οὐχ εὑρίσκουσι ποία ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ὁδὸς ἡ ἐν τῷ βίῳ· ἀλλὰ πλανῶνται εἰκῇ,
34 ὥσπερ

aliæ ad interitum, ob imposturam. O vir optime, quam gravem potionem dicis! Et quidem omnes pollicentur, se illos ad optima quæque perducturas, & ad vitam beatam, in qua acquiescant. Illi vero propter ignorantiam & errorem, quem apud *Imposturam* hauserunt, veram degendæ vitæ viam non inveniunt; sed temere oberrant, ut vides.

contra, veras, tectas & honestas, ad salutem. Sunt enim δόξαι, ἐπιθυμίαι, ἡδοναὶ, τῶν μέσων, hoc est, ejusmodi voces, quæ alias in bonam, alias in malam partem capiuntur, atque adjectivis nominibus distinguuntur: sicut

τύχη { ἀγαθὴ,
κακή.

Sed quia sequitur διὰ τὴν ἀπάτην, significare videtur, eos, qui errore se ingurgitarint, perire: qui vero eum leviter degustarint, servari posse. *Idem.*

Hic hærent aliqui, qua ratione *meretrices* (ita enim supra, δόξας omnes nuncupat:) dici potuerint, quæ ad salutem perducunt. Ex mente Platonis, optime: cui omnis δόξα, quamvis alioquin optima & verissima, donec ad ἐπιστήμην perducatur, res levis & momentanea: ut nos alibi ex ipso docuimus. Sed & Cebes ipse postea iterum, circa finem: ut ex eadem Schola prodisse facile colligamus. Hinc Stoïcorum scitum, *sapientem non* δοξάζειν. Et sane δοξαστικοὶ eo nomine à Galeno quoque, qui minime Stoïcus, valde reprehensi; quod quascunque opiniones semel arripuerant, eis adeo mordicus & perdite addicti erant, ut pro illis (seu veris, seu falsis) non aliter ac pro aris ac focis pugnarent. Merito igitur vel hoc nomine in *meretricum* numero: quamvis veras illas interdum esse, & ad veram ἐπιστήμην perducere, quod hic sub finem asseritur, nihil obstet. Cæterum, ut professas *meretrices* in matronæ mulieris (apud Comicum:) conspectum venire nefas; ita hic quoque servata Decori lege (& fortasse non sine aliqua ad Atticos mores allusione) hæ δόξαι, alias haud malæ; scientiæ, & comitatus ejus consortio excluduntur. *Casaubonus.*

[34] ὥσπερ ὁρᾷς. Ὁρᾷς καὶ τοὺς πρότερον εἰσπορευομένους, [35] ὡς περιάγοντας, ὅπη ἂν αὗται δεικνύωσιν; [36] Ὁρῶ τοῦτο, ἔφην. ἡ δὲ γυνὴ ἐκείνη τίς ἐστιν, ἡ ὥσπερ τυφλὴ καὶ μαινομένη τις εἶναι δοκοῦσα, καὶ ἑστηκυῖα ἐπὶ λίθου τινὸς στρογγύλου; [37] Καλεῖται μὲν, ἔφη, Τύχη. ἔστι δὲ οὐ μόνον τυφλὴ, ἀλλὰ καὶ μαινομένη καὶ κωφή. Αὕτη οὖν τί ἔργον ἔχει; Περιπορεύεται πανταχοῦ, ἔφη· καὶ παρ' ὧν μὲν ἁρπάζει τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἑτέροις δίδωσι. παρὰ δὲ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀφαιρεῖται παραχρῆμα ἃ δέδωκε, καὶ ἄλλοις δίδωσιν εἰκῆ καὶ ἀβεβαίως. διὸ καὶ τὸ

vides. Vides item, prius ingressos circumire quo illæ monstrarint? Video hæc, inquam. Sed quæ, est illa mulier, quæ cæcæ & furenti similis, saxo rotundo insistit? Vocatur, inquit, illa quidem *Fortuna*: neque cæca solum est, sed & insana & surda. Ea ergo quo munere fungitur? Passim, inquit, vagatur: & aliis quod habent, rapit, aliisque largitur; iisdemque rursus statim eripit quæ dedit, eaque donat aliis temere & inconstanter. Rectè igitur signum ejus naturam declarat. Quodnam

34 Ὥσπερ ὁρᾷς. Ὁρᾷς καὶ τοὺς πρότερον εἰσπορευομένους.] Male legitur in Wolfiana, Ὥσπερ ὁρᾷς. καὶ τοὺς πρότερον εἰσπορευομένους. Hanc voculam in Plantiniana etiam desiderari observavit Incomparabilis Gronovius. Cæteræ editiones cum nostra conveniunt.

35 Ὡς περιάγοντας.] Fortassis περιάγοντας, vides circumduci: vel ut circumducantur: etsi περιάγοντας pro περιιόντας capere licet. *Wolfius.*

Ita etiam Celeberrimus Gronovius contendit debere legi.

36 Ὁρῶ τοῦτο.] Non τοῦτον.

37 Καλεῖται μὲν, ἔφη, Τύχη. *Vocatur, inquit, illa quidem* FORTUNA.] Apposite ad hunc locum is, quem laudavimus, Caselius, fortunæ definitionem attulit ex Aristotele, eamque membratim examinavit. Quam vero ea instabilis sit atque incerta, docet Dio Chrysostomus Orat. 1. de fortuna, & Galenus in Oratione exhortatoria ad bonas artes. Nec in ejus natura edisserenda infans est autor. *Sanecanus.*

τὸ σημεῖον καλῶς μηνύει τὴν φύσιν αὐτῆς. Ποῖον τοῦτο; ἔφην ἐγώ. ὅτι ἐπὶ στρογγύλου λίθου ἕστηκεν. Εἶτα τί τοῦτο σημαίνει; Οὐκ ἀσφαλὴς, οὐδὲ βεβαία ἐστὶν [38] ἡ παρ' αὐτῆς δόσις. [39] Ἐκπλώσεις γὰρ μεγάλαι καὶ σκληραὶ γίγνονται, [40] ὅταν τις αὐτῇ πιστεύσῃ. Ὁ δὲ ὄχλος ὁ πολὺς οὗτος, ὁ περὶ αὐτὴν ἑστηκὼς, τί βούλεται, καὶ τίνες καλοῦνται; Καλοῦνται καὶ οὗτοι [41] ἀπροβούλευτοι. αἰτοῦσι

nam illud? inquam; Quod rotundo saxo insistit. Id vero quid sibi vult? Non tuta & firma. ejus esse munera, significat. Magnæ enim & graves jacturæ fiunt, cum quis ei fidem habet. Quid? magna illa turba quæ eam circumstat, quid petit, & quei vocantur? Dicuntur hi *Inconsiderati.* Singuli vero ea petunt, quæ illa abjicit. Quei ergo fit,

38 Ἡ παρ' αὐτῆς δόσις.] Fortuna levis est: cito reposcit quæ dedit. Eademque vitrea est: & cum splendet, frangitur: autore Mimographo. Sic ille: momento est brevior, auraque levior. *Wolfius.*

39 Ἐκπλώσεις γὰρ μεγάλαι.] ἐκπίπτειν, excidere aliqua re, frustrari spe sua, voti non fieri compotem. *Wolfius.*

Ἐκπλώσεις μεγάλαι καὶ σκληραί.] Ἐκπλώσεις sunt lapsus, ut in dicto: *Tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant.* Sive frustrationes, ut ille loquitur apud Comicum, *quanta de spe decidi?* sive amissiones: atque hæc iis accidunt, qui fortuna, ejusque bonis, nituntur, seque iis tutos, beatosque, esse autumant. *Caselius.*

Ἐκπλώσεις. *Jactura.*] Videntur potius significari frustrationes; quales sunt eorum qui præsenti fortunæ confisi quævis sibi de illa pollicentur, cum ea plerumque frangatur, si quando maxime splendet, ut docet Mimographus. Istiusmodi vero homines dicuntur Epimethei, qui non nisi malo accepto sapiunt, ac proinde ἀπροβούλευτοι, hoc est, inconsiderati, habentur. *Snecanus.*

40 Ὅταν τὶς αὐτῇ πιστεύσῃ.] Non αὐτῇ. *Wolfius.*

41 Ἀπροβούλευτοι.] Inconsiderati, qui iidem sunt Epimethei. De Epimetheo est Ἡσιόδου. παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω, ὅτε δὴ κακὸν εἶχ' ἐκ ἐνόησεν. Sunt in his, quorum educatio negligitur, qui prava educatione corrumpuntur, qui se ad vitam non parant, qui non capiunt mature de suis rebus consilium, qui in prima ætate se non instruunt virtute & consiliis, qui de incommodis vitæ non in tempore cogitant, ut res adversas vel ratione declinent, vel forti animo perferant; sed contra, veluti navigium sine remis & gubernaculo fluctibus, sic se vitæ, cujus

τοῦσι δὲ ἕκαστος αὐτῶν [42] ἃ ῥίπτει. Πῶς οὖν οὐχ ὁμοίαν ἔχουσι τὴν μορφὴν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν δοκοῦσι χαίρειν, οἱ δὲ ἀθυμοῦσιν, ἐκτετακότες τὰς χεῖρας; Οἱ μὲν δοκοῦντες, ἔφη, χαίρειν καὶ γελᾶν αὐτῶν, οἱ εἰληφότες τι παρὰ τῆς Τύχης εἰσίν. οὗτοι δὲ καὶ [43] Ἀγαθὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσιν. οἱ δὲ δοκοῦντες κλαίειν, [44] καὶ τὰς χεῖρας ἐκτετακότες, εἰσὶ παρ' ὧν ἀφείλετο ἃ δέδωκε πρότερον αὐτοῖς· οὗτοι πάλιν Κακὴν Τύχην αὐτὴν καλοῦσι. Τίνα οὖν ἐστιν ἃ δίδωσιν αὐτοῖς, ὅτι οὕτως [45] οἱ μὲν λαμβάνοντες χαίρουσιν,

fit, ut non eodem sint vultu; sed alii lætari, alii mœrere passis manibus videantur? Qui lætari & ridere videntur, ii sunt, inquit, qui aliquid à *Fortuna* acceperunt; iidemque *Fortunam Prosperam* eam vocant. Qui vero plorantium specie manus extendunt, ii sunt, quibus ea eripuit quæ ante dederat. Hi contra, *Malam Fortunam* candem appellant. Quæ sunt ergo illa quæ largitur, cum & ii, qui ea accipiunt, ita

ſus ſpatium primum ineunt, committunt. Eſt autem hæc maxima pars mortalium, ſe temeritati fortunæ credentium. *Caſelius.*

42 Α῟ ῥίπτει.] Scilicet ἡ τύχη. Ea quæ Fortuna temere projicit. *Wolfius.*

43 Ἀγαθὴν τύχην αὐτὴν καλοῦσιν.] Quid ſit ἀγαθὴ τύχη Ariſtoteles *ρυσικ.* β. cap. 5. &c τύχη δὲ ἀγαθή. Quæ non ita facile reddi poſſunt, quando Græcis duobus modis dicitur, quod dupliciter ſignificat, & utrumque Latini uno nomine bonæ fortunæ reddunt: ita & de contrario. *Caſelius.*

44 Τὰς χεῖρας ἐκτετακότες. *Qui manus extendunt.*] Idem ſupra habuit, & ſignificavit hac phraſi geſtum eorum qui mœſto ſunt animo, niſi quod addatur infra adverbium προθύμως. *Snecanus.*

45 Οἱ μὲν λαμβάνοντες χαίρουσιν, οἱ δ' ἀποβάλλοντες κλαίουσιν.] Tanti ſunt bona fortunæ τοῖς ἀπροβουλεύτοις, quibus ſapientes acceptis non efferuntur, amiſſis non cruciantur. Pauci igitur ſapientes, ſive prudentes, ſive boni viri, ſive fortes. Hæc namque omnia iiſdem conveniunt. *Caſelius.*

σιν, οἱ δὲ ἀποβάλλοντες κλαίουσι; [46] Ταῦτα, ἔφη, ἃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ εἶναι ἀγαθά. Ταῦτα οὖν [47] τίνα ἐστί; Πλοῦ-

ita lætentur; & qui amittunt, plorent? Hæc quæ vulgo bona censentur. Ea quæ sunt? Divi-

46 Ταῦτα, ἔφη, ἃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ εἶναι ἀγαθά.] Unam atque alteram bonorum differentiam, quæ faciunt ad hujus loci explicationem, præmittemus: ἠθικοῖς μεγάλοις lib. 1. Cap. 2. pag. 87. A. ἐστι γὰρ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν τίμια, &c. usque ad τάξιν ἔχει.

Quæ hoc in loco δυνάμει ἀγαθὰ nominat, eadem ad Eudemum l. 7. φύσει ἀγαθά. Verba hæc sunt ex ultimo capite: quibus etiam probat, quæ ejus generis sunt, ea esse bona ἀγαθοὺς μὲν οὖν ἐστιν, &c. usque ad κόσμοις. Eam divisionem inprimis meminisse oportet, quam Plato diserte tradidit in epist. ad Dionis propinquos, & ad eam omnes vitæ rationes accommodare jubet: quod qui negligat, eum vel miseram vel turbulentam illam agere necesse est: qui observet, quantum quisque potest, tutius vivet, & non paulo quietius. Ἀλλ' ὄντων τριῶν, inquit, ψυχῆς καὶ σώματος, ἔτι δὲ χρημάτων, πρώτην μὲν τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἔχειν δεῖ. δευτέραν δὲ τὴν τοῦ σώματος ὑπὸ τῇ τῆς ψυχῆς κειμένην. τρίτην δὲ καὶ ὑστάτην, τὴν τῶν χρημάτων τιμὴν, δουλεύουσαν τῷ σώματί τε καὶ τῇ ψυχῇ. Et Aristoteles Ethic. 1. eadem respiciens, idemque tradens, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων· τῶν δὲ περὶ ψυχὴν κυριώτατα λέγομεν, καὶ μάλιστα ἀγαθά. Idem ἐν ἠθικοῖς μεγάλοις· ἔστι γὰρ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν ἐν ψυχῇ, οἷον αἱ ἀρεταί. τὰ δὲ ἐν τῷ σώματι, οἷον ὑγίεια, κάλλος. τὰ δὲ ἐκτὸς, πλοῦτος, ἀρχή. τιμὴ, ἢ εἴ τι ἄλλο τῶν τοιούτων.

Sic partiuntur bona Peripatetici accommodatissime & vitæ hominum & rebus ipsis. Ex ea vero distinctione, qua alia dicuntur animi, alia corporis, alia exteriora, quæ à fortuna proficiscuntur, & proficisci possunt: quorum permulta etiam aliter, nempe bonis artibus & virtute parantur. In hoc genere sunt.

Εὐγένεια.	ὑγίεια.
εὐτεκνία,	
πολυτεκνία	κάλλος.
πλοῦτος.	
εὐδοξία.	μέγεθος.
τιμή.	εὐγηρία.

Hæc recensentur, Rhetor. 1. ut partes vitæ beatæ, etsi sunt tantum secundæ tertiæque classis &c. Ibi igitur Philosophus explicat, quæ sit εὐτυχία, & cujusmodi bonorum causa fortuna sit, & insuper alia. Verba hæc sunt memoratu digna: quibus non hæ solum, sed & aliæ vitæ beatæ primariæ partes continentur, nec tamen hæc reperemus altius. Εἰ δὴ, inquit, ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία τοιοῦτον, ἀνάγκη αὐτῆς εἶναι μέρη, εὐγένειαν, πολυφιλίαν, χρηστοφιλίαν, πλοῦτον, εὐτεκνίαν. πολυτεκνίαν, εὐγηρίαν ἔτι τὰς τοῦ σώματος ἀρετάς. οἷον ὑγίειαν, κάλλος, ἰσχὺν, μέγεθος, δύναμιν ἀγωνιστικήν· δόξαν, τιμὴν, εὐτυχίαν, ἀρετὴν, ἢ καὶ τὰ μέρη αὐτῶν, φρόνησιν, ἀνδρείαν, δικαιοσύνην, σωφροσύνην.

47 Τίνα ἐστί.] Non ἐστὶ, ut paulo post, ἀγαθά. *Wolfius.*

Πλοῦτος δηλαδή, καὶ δόξα, καὶ εὐγένεια, καὶ τέκνα, καὶ τυραννίδες, καὶ βασιλεῖαι, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα τούτοις παραπλήσια. Ταῦτα οὖν πῶς οὐκ ἔστιν ἀγαθά; [48] Περὶ μὲν τούτων, ἔφη, καὶ αὖθις διαλεξόμεθα. νῦν δὲ περὶ τὴν μυθολογίαν γενώμεθα. Ἔστω οὕτως. [49] Ὁρᾷς οὖν; ὡς ἂν παρέλθοις τὴν πύλην ταύτην, ἀνώτερον ἄλλον περίβολον, καὶ [50] γυναῖκας ἔξω τοῦ περιβόλου ἑστηκυίας κεκοσμημένας ὥσπερ ἑταῖραι εἰώθασι; Καὶ μάλα. Αὗται τοίνυν, ἡ μὲν Ἀκρασία καλεῖται, ἡ δὲ [51] Ἀσω-

vitiæ scilicet, gloria, nobilitas, liberi, imperia, regna, & id genus alia pleraque. Eho; numnam ista bona non sunt? De his quidem alias disputabimus: nunc autem explicationi fabulæ intenti simus. Fiat ita. Vides ergo, ubi portam istam præterieris, aliud septum altius, & mulieres extra septum stantes, meretricum instar ornatas? Omnino. Harum alia *Incontinentia* vocatur, alia *Luxu-*

48 Περὶ μὲν τούτων καὶ αὖθις.] Quæ bona, quæ mala sint, in fine libelli docet. Sed & Satyricus hunc errorem taxat his versibus:

Omnibus in terris, quæ sunt à Gadibus usque
Auroram & Gangem, pauci dignoscere possunt
Quæ sint vera bona, atque illis diversa: remota
Erroris nebula. *Idem.*

49 Ὁρᾷς οὖν, ὡς ὅταν πα[illegible]τὴν πύλην ταύτην ἀνώτερο[illegible]ἄλλον περίβολον.] Tria septa majora facit, quorum primi & tertii οἰκήματα, hoc est exstructa intra septa domicilia etiam περιβόλους vocat.

Hæc neque sine pictura facile intelliguntur, & in ipsa pictura facillime aberratur:

Præsertim si sit spatiis exclusus iniquis. *Idem.*

50 Γυναῖκας ἔξω τοῦ περιβόλου ἑστηκυίας.] His mulieribus depingit vitia sive improbos mores divitum, qui male educati, & perperam sentientes, omnem felicitatem, beatamque vitam in opibus collocant: eorumque itidem vitia, qui se ad fortunatos, ut simul illis bonis fruantur, applicant.

Haud facile est æqua commoda mente pati,

ut ait Poëta. Res secundæ facile pariunt contumeliam: quod etsi perpetuum non est, tamen ut plurimum ita fit, ut quo fortunatior quisquam sit, eo & contumeliosior καὶ ὑβριστικώτερος, præsertim qui petulanti ingenio sint, & minus recte educati. Si qui modesti sint & boni, eos aut natura ad beneficentiam tactos, aut probe educatos, aut literis emendatos in tempore fuisse oportet: etsi aliquos emendat etiam calamitas. Eam sententiam expressit Solon:

Τίκτει τοὶ κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται.

Quem versum correxit nonnihil Theognis hoc modo: fol. 14. v. 154.

Τίκτει τοὶ κόρος ὕβριν ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται.
Ἀνθρώπῳ, καὶ ὅτῳ μὴ νόος ἄρτιος ᾖ.

Vide Commentaria Græca Camerarii in hunc Poëtam, fol. 24.

Eandem & his verbis reddidit Thucydides, quæ citantur à Clemente Alexandrino. Εἰώθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, φησὶν, οἷς ἂν μάλιστα, καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραγία ἔλθῃ εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. *Solent*, inquit, *multi mortalium, quibus maxime & celerrime inopinata felicitas obvenerit, ad contumeliam converti.* Eum locum ab hoc historico sumptum Philistus sic explicavit, in altera parte iisdem pene verbis usus. τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα ἀσφαλέστερα τῶν παρὰ δόξαν καὶ κακοπραγίαν. Εἰώθασι γὰρ μάλιστα οἱ παρὰ δόξαν ἀπροσδοκήτως εὐπραγοῦντες εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. *Ut plurimum quæ res secundæ hominibus bonis rationibus obvenerunt* (ut hæreditate, laboribus, & quibuscunque meritis) *esse firmiores, quam quæ inopinato & maleficiis. Solent namque maxime qui præter opinionem insperato felicitatem adepti sint, converti ad injurias.* Primum præcipitantur in voluptates, ac deinde rebus secundis ebrii, bonas vitæ rationes nullas vident, contra pessimæ quæque in eorum animos insinuant. Eæ sunt hic depictæ mulieres, sive ut dixi vitia familiaria fortunatis, & iis, qui se ad eos applicant.

Ἀκρασία.	Ἀπληστία.
Ἀσωτία.	Κολακεία.

Galenus libello de affectibus. Intemperantia & Incontinentia pro eodem vitio in vulgus usurpantur. Qui enim voluptatibus corporis dediti sunt, eos modo intemperantes, modo incontinentes nominant. Sed discernunt docti, ut revera differunt. Etenim intemperantia habitus est: incontinentia ad voluptates illius generis propensio, cui, ut velit quis, imperare nequeat tamen: præterea intemperans omni studio illud agit; incontinens, quod vitare malit, eo invitus abripitur. Adulatio est amicitiæ simulatio, lucri gratia: Adulator blanditiis verborum & varii generis obsequiis alteri præsto est, ut vel pecuniam, vel quæ pretio parantur, adipiscatur. Insatiabilitas est, cupiditati modum non ponere, nec expleri posse iis, quæ desideres. Cupiditas est multarum rerum, ut cibi & potus, voluptatum, divitiarum, honoris, gloriæ, imperii: quotum alia necessaria sunt, alia vitæ ornamento: quæ si eousque exspectantur, & conquiruntur, hoc & recte fit, & satis idipsum. Etenim si quid in necessariis desideretur, miseria, ut est, ita perhibetur. Nec enim nunc de iis agam, quæ ornamento sint, & honestæ voluptati. Qui præter utraque illa quid expetit & urget; is molestias graves induit, nec sibi quidquam amplius proficit. Frivolum porro & falsum est, quod suorum se rationem habere ajunt: cum eos, cum id agunt negligant. Non dicam, quod gravius est, quodque sive Democriti, sive Socrati tribuitur: immodicas opes animos impedire, ne agant, quæ suarum

sint

sint partium, quemadmodum demissa ad talos vestimenta corpus impediunt. Id ita refertur: οἱ μὲν ποδήρεις ἐσθῆτες τὰ σώματα. ἡ δὲ ὑπέρμετρος περιουσία τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσι. Insignis est hac de re locus apud Galenum libello de Affectibus, consideratu dignus, quo multis verbis docet, ἀπληστίαν εἶναι οἷόντε συνεχῆ τινὰ ἐπιθυμίαν τῶν οὐκ ἔτι ἀναγκαίων, ἀλλὰ περιττῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ βλαβερῶν, sive quod per se noxia sunt, sive quod eorum usus nimius nocet, ut in usu elementorum ibidem docet. Affinia sunt illis συκοφαντία, διαβολή. Nominant & Latini Sycophantas, alteri dicantur malitiosi: tertii sunt calumniatores. Sycophantæ rem faciunt ex accusationibus non gravis culpæ affinium, & aliquando nullius, occasione arrepta ex re perpusilla. Malitiosi, quæcunque, utut sint dicta factaque rectissime, in sinistram partem rapiunt.

Calumniam, & quidem eam, quæ princeps est cæterarum, sic definit Lucianus in aureo libello, quo docet, non esse temere credendum calumniæ. ἔστι τοίνυν διαβολὴ κατηγορία τις, ἐξ ἐρημίας γιγνομένη, τὸν κατηγορούμενον λεληθυῖα, ἐκ τοῦ μονομεροῦς ἀναντιλέκτως πεπιστευμένη. *Est ergo calumnia accusatio quæpiam ejus, qui in judicio non comparet, quique de illa nihil cognoverit, ut ab accusatore solo allata fuit, ita accepta & credita, omni facultate respondendi adempta reo.*

Cæterum ita ad exitium pergitur una cum ipsis fortunæ bonis, ut alia ex aliis vitia oriantur, quæ ipsa quoque pro pœnis sint. Prima omnium est servitus dura & perpetua, quam illis mulieribus serviunt. Hæc enim est gravissima & perpetua servitus, animi videlicet: ut prima libertas est animi libertas, quam sapientes tanti fecerunt, ut ejus retinendæ gratia quamlibet corporis servitutem, & quodvis supplicium leve duxerint. Præcipitant non in levia quadam flagitia; sed in nefaria scelera, ut non levia, seque prorsus indigna admittant; id enim est ἀσχημονεῖν. Sunt autem:

Ἀποστέρησις.	*Furtum.*
Ἱεροσυλία.	*Sacrilegium.*
Ἐπιορκία.	*Perjurium.*
Προδοσία.	*Proditio.*
Ληΐζεσθαι.	*Latrocinia.*

Quorum nihil non capitale, nec solum illa digna suppliciis; sed per se supplicia. Pingit hic mulieres turpes, sordidas, laceris vestibus: earum Princeps est sive mater τιμωρία, *Pœna*: præter hanc λύπη, *mœstitia animi* sive *conscientia*, quæ intime sceleratos excruciat: item ὀδύνη, quæ nobis *ærumna* sit, quæ signis dolorem ostendit, & evulsione capillorum: adest & ὀδυρμὸς *Planctus*, qui in verba & querelas erumpit: & ἀθυμία, *desperatio*. Quis dubitet, qui cum iis sit, quin perpetuo perierit? Id est, quod traditur ad κακοδαιμονίαν sive *calamitatem*, semper futurus in vitiis & miseriis. Nec vero alia est eorum conditio, qui in primo ambitu consenescunt, sive plures annos agunt. Consenescent namque pauci, confecti vitiis & miseriis vel brevi tempore. Pereunt igitur quotquot nimium processerint. Qui enim capitalibus sceleribus se devoverint, de iis actum fuerit in perpetuum; paucissimi in errorem forte inducti in viam reducentur, quibus forte μετάνοια, *Pœnitentia* occurrat; qui in tempore errorem, in quo sint, animadvertant. Id profecto divinum beneficium est, & divinitus, vel, quemadmodum Plato loquitur, θείᾳ μοίρᾳ fieri existimandum. Vix millesimus quisque in viam redit: sed si qui redeunt, eorum animos pœnitentia non afficit solum, sed & quasi manu prehensos à devia semita in rectam, aut rectæ propiorem ducit: sive, ut picturæ insistamus, ducit aut recta ad ἀληθινὴν παιδείαν aut ad ψευδοπαιδείαν. Qui illi traduntur, salvi sunt; qui huic, de iis aliquid bonæ spei, nec nullus tamen metus. In primo ambitu

sunt improbi; in secundo non satis probi, etsi in ipsis est, quod probes: errant in hoc maxime, quod suis artibus omnia adscribunt, & sese iis beatos somniant, cum tamen eorum plerique iisdem affines vitiis sint, quibus primi perierant. Illic principatum obtinent fortunæ bona; hic dominantur bona ingenii: quæ suapte natura illis præstant, quanto præstantiora sunt animi bona bonis exterioribus. Exteriora enim bonis etiam corporis inferiora sunt, nec cum iis ullo modo comparanda, nedum cum multo maximis, omniumque primis. Etsi enim in hoc ambitu sunt quidam, qui ex primo ambitu mala secum adferunt, & aliquamdiu fovent; tamen nihil vetat, quo minus illis repudiatis, vel meliore studio exclusis ex hoc medio in tertium cum suis artibus transeant, & ascendant denique salutis arcem. Dum in suis septis manent, expertes manent εὐδαιμονίας. Id quemadmodum in singulis animadvertendum sit aperiemus.

Primi sunt Poëtæ. Quid igitur de his sentiendum? idemne de omnibus? In hoc idem, quod nemo eorum calcat salutis atria, quoad Poëta; sed si quis, quod is idem alius, & multis rebus præstantior. In cæteris aliud de aliis sentiendum. Infimæ notæ sunt, & in iis pessimi, quamvis optimi poëtæ, qui nihil nisi delitias agunt, & quasi Sirenes lectorem in omne genus fœdarum voluptatum vocant: æque mali, qui bonis & virtuti convitium faciunt. Contra boni, sive utiles potius, qui virtutem & bonos laudant, & quasi iter ad virtutem sternunt, etiamsi ipsi non prorsus viri boni. Hoc spectarunt legumlatores, ut comœdiis & tragœdiis theatra aperirent, ut spectatores de vita hominum, & de Virtute quoque docerentur. In iis primus est Euripides, qui propterea *Theatricus Philosophus* dictus fuit: quod forte movit Aristophanem, ut ei præ omnibus malediceret. Sed iidem poëtæ & nocent & juvant: quod primum Argumentum Platonis est adversum poëtas: quando & bonos & malos, & bona & mala imitantur, cum aliis, tum ipse Homerus: qui tamen, si recte usurpemus, magister virtutis esse negari non potest, dici recte potest. De puris item poëtis, ut Philosophis exempla non habemus: quum ipsi, qui versibus vitam informare professi sunt, miscuerunt parum sibi consentanea, ut ipse etiam Theognis, in quem tamen irrepserunt alia multa. Ergo è Philosophia interpretandi sunt, ut in societate hominum usui sint. Illustris est locus apud Dionem de Regno, ubi narrat, quos Poëtas contempserit, quos in pretio habuerit Alexander. Pulcra sunt, & digna consideratione l. 2. de regno, in quo ita sermonem Philippus cum filio instituit. διὰ τί πόλε, ὦ παῖ, σφόδρα ἅτως ἐμπέπληξαι τ Ὅμηρον, &c. usque ad illa verba fol. 41. ἄγομαι. Haud alia ratio est Oratorum, quorum cum sit dicere ad persuadendum idonea, & tonare verbis, non utuntur omnes arte sua ad salutem publicam: non solum, non constituunt civitates, sed etiam evertunt. Non sunt igitur Oratores, quos quærimus, qui nec ipsi ejusmodi beati videlicet, nec tales efficere alios laborant. Ad rem nihil facit, quod admirationi sunt: nec tamen nisi ad vulgus. Non placuit paucis in exercitu Thersites, laudetur tamen Vlyssis orationis flumen: item Menelai brevitas, qui tamen omnia dicebat ad rem: & suum locum tenet Ægyptius in senatu Ithacensium,

Ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην καὶ μυρία ᾔδη,

principem vero Nestor:

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

cujus similes in senatu optat sibi decem Agamemnon. Igitur quoad ora-

[51] Ἀσωτία, ἡ δὲ Ἀπληστία, ἡ δὲ Κολακεία. Τί οὖν ὧδε ἑστήκασιν αὗται; Παρατηροῦσιν, ἔφη, τοὺς εἰληφότας τι παρὰ τῆς Τύχης. Εἶτα τί; Ἀναπηδῶσι, καὶ συμπλέκονται αὐτοῖς, καὶ κολακεύουσι, καὶ ἀξιοῦσι [52] παρ᾽ αὐταῖς μένειν, λέγουσαι ὅτι βίον ἕξουσιν ἡδὺν, καὶ ἄπονον, καὶ κακοπάθειαν [53] ἔχοντα οὐδεμίαν. Ἐὰν οὖν τις [54] πεισθῇ ὑπ᾽ αὐτῶν εἰς τὴν ἡδυπάθειαν, μέχρι μέν τινος ἡδεῖα δοκεῖ εἶναι ἡ διατριβὴ, ἕως ἂν γαργαλίζῃ τὸν ἄνθρωπον,

Luxuria; alia *Aſſentatio*. Quid [i] ergo heic aſtant iſtæ? Obſervant eos qui aliquid à Fortuna acceperunt. Quid tum? Exultant, & eos amplectuntur, & adulantur: utque apud ſe manere velint, poſtulant: ac vitam eis pollicentur ſuavem, otioſam, & omnis expertem moleſtiæ. Quod ſi quis eis obſecutus, delicias amplexus fuerit: ei jucunda videtur ad tempus illa vitæ ratio, dum hominem quaſi titillarit; cum revera talis non ſit. Ubi enim

orator, quiſque hominum in ſecundo ambitu locum habet. Neque tamen dicendi ars negligenda eſt, etiamſi id, quod primum eſt, non habeat, neque præſtet; cum ſit in vita & utilis & neceſſaria, & inſtrumentum Politicæ proprium; ut illa ipſa ſæpe eſſe viſa fuerit pene eundem habitum gerens. *Caſelius.*

51 Ἀσωτία.] Non ἀσωτεία. Prodigalitas. *Wolfius.*

Occurrit hic vox Ἀσωτίας. cujus ſenſum non expreſſit interpres; quin eam reddere neglexit; nam vox LUXURIAE potius referenda eſt ad ἀπληστίαν, quæ quod expleri neſciat, ſic dicta eſt. Id vero ἀσωτίας vitium ex compluribus tantum non vitiis eſt conflatum: ut unica etiam voce Latina haud facile expreſſeris. Quippe totalem includit à virtute defectionem, adeo ut ea laborantes ſervari non poſſe videantur. Ea eſt Græcæ vocis ἐνέργεια. Video tamen, & *luxuria* voce in Latino explicari. Tribuitur vero id vitii filio prodigo, Luc. 15. v. 13. ubi propemodum habes παραλληλισμὸν hujus loci. Vide, ſi placet, ad hunc locum ſeſe diffundentem Caſelium. *Snecanus.*

52 Παρ᾽ αὐτὰς μένειν.] Fortaſſis αὐταῖς, aut eſt ἀντίπτωσις. *Wolfius.*

53 Ἔχοντα οὐδεμίαν.] Malim μηδεμίαν, ut concurſus vocalium vitetur. *Idem.*

54 Πεισθῇ (non πείθῃ) ὑπ᾽ αὐτῶν εἰς τὴν ἡδυπάθειαν.] Niſi verbum aliquod defuerit, rarior conſtructio videbitur. *Idem.*

πον, εἶτ' οὐκ ἔστιν. [55] ὅταν γὰρ ἀνανήψῃ, αἰσθάνεται [56] ὅτι οὐκ ἤσθιεν ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς κατησθίετο, καὶ ὑβρίζετο, διὸ καὶ ὅταν ἀναλώσῃ πάνθ' ὅσα ἔλαβε παρὰ τῆς Τύχης, ἀναγκάζεται [57] ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν, καὶ πάνθ' ὑπομένειν, καὶ ἀσχημονεῖν, καὶ ποιεῖν ἕνεκεν τούτων ὅσα ἐστὶ βλαβερά. οἷον, ἀποστερεῖν, ἱεροσυλεῖν, ἐπιορκεῖν, προδιδόναι, λῄζεσθαι, καὶ πάνθ' ὅσα τούτοις παραπλήσια. [58] ὅταν οὖν πάντα αὐτοῖς ἀπολείπῃ, παραδίδονται τῇ Τιμωρίᾳ. Ποία δὲ ἐστιν αὕτη; Ὁρᾷς ὀπίσω τι αὐτῶν, ἔφη, ὥσπερ θύριον μικρὸν, καὶ τόπον στενόν τινα, καὶ σκο- τει-

enim resipuerit, se non comedisse, sed ab iis, & comesum, & contumeliose tractatum esse, sentit. Itaque jam consumptis iis quæ à Fortuna acceperat omnibus, mulieribus istis servire cogitur, & omnia perpeti indecoreque se gerere, & propter eas quævis perniciosa in se admittere: cujusmodi sunt, fraudare, fana spoliare, peierare, prodere, latrocinari, cæteraque his consimilia. Sed cum eos hæc omnia defecerint, traduntur Pœnæ. Qualis ea est? Vides à tergo eorum aliquid fenestellæ simile, & locum quendam

55 *Ὅταν γὰρ ἀνανήψῃ. Ubi enim resipuerit.*] Ad verbum, ad sobrietatem redierit; nisi malimus dicere *evigilaverit*. Est enim prægnans verbum, ut loquuntur Grammaticorum filii, quod hic usurpat author, cujus thema est *ἀνανήφω* evigilo, sobrius fio. *Snecanus.*

56 *Ὅτι οὐκ ἤσθιεν ἀλλ' ὑπ' α.*] Dixit prius *ὅτι ἐσθίειν δοκεῖ εἶναι ἡ δίαιτα.* nihil de cibo. Videtur legendum *ἤσθιε* non *ἤσθιεν*. Cogitet lector. Oppositio plenior, si τὸ *ἤσθιεν* retineatur. Arabs ab *αἰσθάνομαι* deduxisse videtur: aut certe verbum inde deductum reperisse. *Casaubonus.*

57 *Ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν.* Salmasiana absque articulo: *Ταύταις γυναιξὶ δουλεύειν.*

58 *Ὅταν οὖν πάντα αὐτοῖς ἀπολείπῃ.*] Malim *αὐτοὺς ἐπιλείπῃ*, ut Isocrates in Paræneſi: *ἐπιλίπῃ δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος*, &c. *Wolfius.*

τεινόν; Οὐκοῦν καὶ γυναῖκες αἰσχραὶ, καὶ ῥυπαραὶ, καὶ ῥάκη ἠμφιεσμέναι δοκοῦσι συνεῖναι; Καὶ μάλα. Αὗται τοίνυν, ἔφη, ἡ μὲν τὴν μάστιγα ἔχουσα, καλεῖται Τιμωρία· ἡ δὲ τὴν κεφαλὴν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχουσα, Λύπη· ἡ δὲ τὰς τρίχας τίλλουσα ἑαυτῆς, Ὀδύνη. Ὁ δ' ἄλλος οὗτος ὁ παρεστηκὼς αὐταῖς, δυσειδής τις καὶ λεπτὸς, καὶ γυμνὸς, καὶ μετὰ ταῦτα τις ὁμοία αὐτῷ, αἰσχρὰ, καὶ λεπτὴ, τίς ἐστιν; Ὁ μὲν Ὀδυρμὸς καλεῖται, ἔφη· ἡ δὲ ἀδελφὴ αὐτοῦ Ἀθυμία. τούτοις οὖν παραδίδοται, καὶ μετὰ τούτων συμβιοῖ τιμωρούμενος. εἶτα πάλιν ἐνταῦθα εἰς ἕτερον οἶκον ῥίπτεται, εἰς τὴν Κακοδαιμονίαν, καὶ ὧδε τὸν λοιπὸν βίον καταστρέφει ἐν πάσῃ κακοδαιμονίᾳ, [59] ἂν μὴ Μετάνοια αὐτῷ ἀπὸ

dam angustum & tenebrosum? Atque etiam mulieres quædam fœdæ, & sordidæ, & pannis obsitæ, ibi esse videntur? Omnino. Ea igitur quæ flagellum tenet, *Pœna* dicitur: Quæ caput ad genua demittit: *Mæstitia*: Quæ capillos evellit, *Ærumna*. Alius vero quidam, illis qui astat, deformis, extenuatus, & nudus, ac post eum mulier quædam, ei similis, deformis, & tenuis, quinam sunt? Ille quidem, inquit, *Luctus* vocatur: ejus vero soror, *Desperatio*. His igitur traditur, & cum his in cruciatibus vitam agit. Deinde rursus in aliam domum conjicitur, *Infœlicitatis*; ubi, quod reliquum est ævi, in omni miseria exigit, nisi ei *Pœnitentia* forte fortuna occurrerit. Quid tum

59 Ἂν μὴ μετάνοια αὐτῷ ἀπὸ τῆς τύχης συναντήσῃ.] Fortassis ἀπὸ τύχης, idem quod κατὰ τύχην, forte fortuita ἀπὸ τῆς τύχης videtur significare, pœnitentiam à Fortuna interdum obviam mitti afflictis. Sed sensus eodem recidit utroque modo. *Idem.*

ἀπὸ τῆς Τύχης συναντήσῃ. Εἶτα τί γίγνεται; Ἐὰν ἡ Μετάνοια αὐτῷ συναντήσῃ, ἐξαιρεῖ αὐτὸν ἐκ τῶν κακῶν, καὶ συνίστησιν αὐτῷ ἑτέραν Δόξαν καὶ Ἐπιθυμίαν, τὴν εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσαν, ἅμα δὲ καὶ τὴν εἰς τὴν Ψευδοπαιδείαν καλουμένην. εἶτα τί γίγνεται; ἐὰν μέν φησι, τὴν δόξαν ταύτην προσδέξηται*, τὴν ἄγουσαν αὐτὸν εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, καθαρθεὶς ὑπ᾽ αὐτῆς σώζεται, καὶ μακάριος καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ· εἰ δὲ μή, [60] πάλιν πλα-

tum fit? *Pœnitentia*, obviam ei facta, ex istis malis eum eripit, eique *Opinionem* aliam, & *Cupiditatem*, ad *Veram Eruditionem* perducturam, inserit; unaque eam, qua ad *Falsi nominis eruditionem* perveniat. Quid tum fit? Siquidem, inquit, eam opinionem comprehenderit, quæ ipsum ad *Veram eruditionem* perducat, ab ea purgatus servatur: & omnis calamitatis expers, ac beatus omne tempus ætatis degit: sin minus, de-

Ἀπὸ τῆς τύχης.] Caselius *à Fortuna*: quod melius quam ut hic *forte fortuna*. Est autem *Fortuna* apud multos qua Græcos, qua Latinos scriptores, plane idem quod *Deus*: aut *providentia Dei*: quod alibi multis exemplis ostendimus; interdum una eademque periodo; *Fortuna & Deus*: aut *divina providentia*; synonyma. Hierocles τῇ ἐπισυνθέσει ἐπιπλοκῇ τοῦ νόμου (fati:) πρὸς τὴν προαίρεσιν, ἣν δὴ τύχην καλοῦμεν. Apulejus: *Sed nimirum nihil fortuna renuente licet homini nato dexterum provenire: nec consilio prudenti, vel remedio sagaci divinæ providentiæ fatalis dispositio subverti, vel reformari potest.* *Casaubonus.*

60 Πάλιν πλανᾶται ὑπὸ τῆς ψευδοδοξίας] ψευδοδοξίας legendum (ut Clemens, Νικᾷ μὲν ἀλήθεια, ψευδοδοξία δὲ καταλύεται) ac potius ψευδοπαιδείας, nam de ea tantum hic agitur. Cum Cebete Plato consentit Epistola ad Aristodorum, cujus verba adscribere visum est. τὸ βέβαιον, καὶ πιστὸν, καὶ ὑγιές. τοῦτο ἐγώ φημι εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν· τὰς δὲ ἄλλας τε, καὶ εἰς ἄλλα τεινούσας σοφίας τε καὶ δεινότητας, κομψότητας οἶμαι προσαγορεύων, ὀρθῶς ὀνομάζειν. Hoc est: Constantiam, fidem, integritatem, veram philosophiam esse judico. Cæteras autem & alio spectantes scientias & artes, elegantiam quandam & venustatem si dixero, recte me dicere arbitrabor. Et alibi: πᾶσα ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουρ-

πλανᾶται[61] ὑπὸ τῆς Ψευδοδοξίας. Ὦ Ἡράκλεις, ὡς μέγας ὁ κίνδυνος ἄλλος οὗτος; ἡ δὲ Ψευδοπαιδεία, ποία ἐστίν; ἔφην ἐγώ. Οὐχ ὁρᾷς τὸν ἕτερον περίβολον ἐκεῖνον; Καὶ μάλα, ἔφην ἐγώ. Οὐκοῦν ἔξω τοῦ περιβόλου παρὰ τὴν εἴσοδον γυνή τις ἕστηκεν, ἣ δοκεῖ πάνυ καθαρὰ, καὶ εὔτακτος εἶναι; Καὶ μάλα. Ταύτην τοίνυν οἱ πολλοὶ [62] καὶ εἰκαῖοι τῶν ἀνθρώπων, Παιδείαν καλοῦσιν· οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλὰ Ψευδοπαιδεία, ἔφη. οἱ μέντοι σωζόμενοι, ὁπόταν βούλωνται εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἐλθεῖν, ὧδε πρῶτον παραγίγνονται. Πότερον οὖν ἄλλη ὁδὸς οὐκ ἔστιν

denuo à Falsi nominis eruditione seducitur. Pro Jupiter, ut ingens est, & alterum hoc discrimen! Qualis vero, inquam, est *Falsi nominis eruditio*: Nonne vides, inquit, alterum illud septum? Utique, inquam. Extra id septum, juxta vestibulum, stat mulier quædam, quæ valde munda & composita esse videtur. Eam vulgus, & vani homines, Eruditionem vocant: cum ea non sit, sed Falsi nominis eruditio. Ad hanc igitur ii, qui servandi sunt, & ad veram eruditionem perventuri, huc primum divertunt. Numquid ergo alia via nulla est, quæ ad Veram erudítio-

ουργία, οὐ σοφία φαίνεται. Hoc est: Omnis scientia quæ remota est à justitia, cæterisque virtutibus, calliditas potius quam sapientia est appellanda. *Wolfius.*

61 Ὑπὸ τῆς Ψευδοδοξίας.] Ita omnes habent editiones: sola Caseliana ὑπὸ τῆς Ψευδοπαιδείας.

62 Καὶ εἰκαῖοι τῶν ἀνθρ.] Casel. *non de vulgo homines*: quod quamvis quidam, quibus Græca nunquam inspecta, laudent: excusari tamen aliter non potest, nisi dicamus Caselium: οὐκ εἰκαῖοι (qui tamen aliter ipse edidit.) reperisse: vel certe verum ita esse (de quo tamen nihil in Notis:) judicasse. Sed repugnat τὸ οἱ πολλοὶ, quod præcessit. *Casaub.*

Εἰκαῖοι τῶν ἀνθρώπων. *Vani homines.*] Melius alius interpres; *quidam non de vulgo homines.* Videtur significare id genus mortalium, in quos præsumptio non cadit quod errent, quales sunt quos postea seriatim enumerat. *Snecanus.*

ἐστιν ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσα; Ἔστιν, ἔφη. Οὗτοι δὲ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἔσω τοῦ περιβόλου ἀνακάμπτοντες, τίνες εἰσίν; [63] Οἱ τῆς Ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἐρασταὶ, ἠπατημένοι, οἰόμενοι μετὰ τῆς ἀληθινῆς παιδείας συνομιλεῖν. Τίνες οὖν καλοῦνται οὗτοι; Οἱ μὲν ποιηταὶ, ἔφη, οἱ δὲ Ῥήτορες, οἱ δὲ [64] Διαλεκτικοὶ, οἱ δὲ [65] Μουσικοὶ, οἱ δὲ [66] Ἀριθμητικοὶ, οἱ δὲ Γεωμέτραι, οἱ δὲ Ἀστρολόγοι

tionem ducat? Est, inquit. Isti vero homines, qui intra septum obambulant, qui sunt? Falsi nominis eruditionis amatores, inquit, decepti, atque opinantes, se Veræ eruditionis frui consuetudine. Quibus ergo nominibus appellantur isti? Alii Poëtæ, inquit, alii Oratores, alii Dialectici, alii Musici, alii Arithmetici, alii Geometræ, alii

63 Οἱ τῆς Ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἐρασταὶ, ἠπατημένοι.] Ita omnes quas vidi editiones: Salmasianæ editionis præfectus à vulgata lectione recedens legebat male: Οἱ τῆς Ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἐρασταὶ, καὶ ἠπατημένοι. Vocula enim conjunctiva καὶ hoc loco redundat.

64 Διαλεκτικοί.] Διαλεκτικοὶ. quot modis dicantur, & quis usus artis, quæ necessitas, longius foret explicare, & ad alium locum magis proprie pertinet. Proprie Dialectica est, cui respondet demonstratio; alii usurpant improprie pro Logica, cujus proprie non nisi pars est: & ipsam facultatem differendi nominamus, qua qui præditi sunt, dicuntur & ipsi Dialectici, quos hoc loco intelligimus. Divinum sane bonum, videre rationes, quæ in utramque partem faciant, & ad veritatem eruendam pernecessarium: quo qui præditus sit, magnum etiam adminiculum habeat ad spatium recte perficiendum. Namque secundum Platonem, *& Diis & hominibus ad bona dux est veritas.* Nec ignorandum, sæpe Platonicis esse Dialecticum, ipsum sapientem. *Caselius.*

65 Μουσικοί.] Plato opponit μουσικὴν καὶ γυμναστικήν: & Pythagoræi, & nominatim Timæus, ipsam Philosophiam Musicam appellat. Qui autem voce, fidibus, tibiis canunt, & mirifica suavitate regum, fortunatorumque hominum non aures solum, sed etiam animos demulcent, ut ille apud poëtam θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδήν; felicitate alios impertiunt, & tamen adhuc veris bonis vacant, & interdum toto cælo à beatitate absunt. *Idem.*

66 Ἀριθμητικοὶ, γεωμέτραι, ἀστρολόγοι.] Huc refer, quod Aristippus censuit apud Diogenem Laërtium lib. 2. τοὺς τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων μετασχόντας, φιλοσοφίας δὲ ἀπολειφθέντας, ὁμοίους ἔλεγεν εἶναι τοῖς τῆς Πηνελόπης μνηστῆρσι, καὶ γὰρ ἐκεί-νους

λόγοι, οἱ δὲ [67] Ἡδονικοὶ, οἱ δὲ [68] Περιπατητικοὶ, [69] οἱ δὲ Κριτικοί. Καὶ ὅσοι ἄλλοι

alii Astrologi, alii Voluptarii, alii Peripatetici, alii Critici, cæterique

νῆς, Μελανθὼ μὲν καὶ Πολυδώραν, καὶ τὰς ἄλλας θεραπαίνας ἔχειν. πάντα δὲ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν δέσποιναν δύνασθαι γῆμαι. *Qui disciplinas encyclias sibi comparassent, neglecta Philosophia, eos similes esse ajebat procis Penelopes. Habere enim ipsos Melantho & Polydoram, & ancillas alias, & quavis potius ducere posse, quam ipsam Dominam. Idem.*

Arithmeticos Caselius in Græco textu præterivit, cum tamen in versione justum locum obtineant.

67 Ἡδονικοί.] Ἀπὸ τέλους ἢ διαθέσεως. *Caselius.*

68 Περιπατητικοί.] Ἀπὸ συμπτωμάτων. Lege Procemium Diogenis Laërtii, ubi traduntur pleraque, & Galen. in historia Philosoph. *Idem.*

69 Κριτικοί.] Ut Aristoteles, qui Iliada correxit Alexandro, ut Aristarchus, & hujus sæculi plures quidam perridiculi.

Nec enumerantur omnes; sed ad eosdem referuntur tamen hi quoque: etsi neque sic omnes numerabimus:

Ζωγράφοι.
Ἀνδριαντοποιοί.
Ἀρχιτέκτονες.

Φιλοθεάμονες sive φιλίστορες, quorum princeps celebratur Ulysses, qui

Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Ἱστορικοί.
Νομικοί.
Πολύγλωττοι.
Πολυμαθεῖς.

de quibus apud Platonem est hic versus:

Πολυμαθημοσύνη τῆς ἐ κενεώτερον οὐδέν.

De his autem & nonnullis superioribus insignis locus est 4. libro de Regno apud Dionem Chrysostomum, ubi inducit Diogenem disserentem cum Alexandro fol. 124. Ἢ σὺ οἴει, inquit Diogenes: τοὺς σοφιστὰς εἶναι, τοὺς διδάσκοντας βασιλεύειν, &c. usque ad illa verba fol. 128. παρὰ τοῖς κακοδαίμοσι σοφισταῖς, id est: *An tu artem regnandi à Sophistis esse expetendam dicis? At multi ex his non solum non gubernandi, sed ne vivendi quidem artem noverunt. An nescis, disciplinam esse geminam, alteram divinam, alteram humanam? Divina magna est, & firma & facilis. Humana exigua, imbecillis, plena periculorum, & vanitatis habet non parum; sed illa tamen ad priorem recte adjungitur. Hanc multi disciplinam nominant (& puto esse disciplinam) quique multas Persicas, Græcas, Syriacas, & Phœnicias artes didicerit, libros plurimos collegerit, hunc sapientissimum, & plane doctissimum arbitrantur. Iidem si forte in improbum quempiam, timidum, aut avarum inciderint, rem contemnendam, & hominem nullius pretii judicant. Alteram vero, interdum disciplinam, interdum fortitudinem, & animi excellentiam nominant: atque ita misso vulgato disciplinæ nomine, veteres illi nihilominus eos, quibus bona educatio obtigisset, quique animi fortitudine præditi essent, educatos disciplina appellabant, ut Herculem illum: sed tamen qui hac disciplina præditus est, etiam alterius facile potest fieri particeps, si paucula saltem audit, & illis maximis & potissimis initiatus fuerit, & ea intimis sensibus custodierit: à quibus nullum ipsum neque tempus, neque homo, neque Sophista facile, ne quidem igne combusturus, deduxerit. Quin etiam siquis hominem cremare velit,*

ἄλλοι τούτοις εἰσὶ παραπλήσιοι. 7° Αἱ δὲ γυναῖκες

rique horum non dissimiles. Mulieres vero illæ,

velit, uti Herculem tradunt, seipsum combussisse; tamen hærerent in monte præcepta, non minus, quam hominum combustorum ajunt dentes manere, reliquis membris igne absumptis omnibus. Non enim discere, saltem recordari opus est, postea continuo novit & intelligit, quod ab initio præcepta illa complexus est animo. Præterea, si in virum quempiam inciderit, ceu gnarum viæ, ab eo sine labore ullo informari, citoque expediri poterit. Sin cum Sophista ignaro & superbe egerit, hic eum circumducit, modo in Orientem, modo in occasum, modo in Septentrionem: ipsemet ignarus omnium; sed opinione tantum Sapiens, ut qui olim ab hujuscemodi ostentatoribus in errorem inductus sit: ut enim imperiti & indomiti canes in ipsa venatione non solum ipsi nihil intelligunt, nec indagare possunt; sed latratu suo, & ipsa specie decipiunt alios: qui hos visos frequenter clangentes temere sequuntur: ex his muti alii sunt, nec quicquam vocis amittunt; sed soli decipiuntur: alii petulantiores multo, magisque stulti, illos priores imitati tumultuantur, & alios in fraudem conantur impellere. Idem inter Sophistas quos dicunt, deprehendas, multitudinem concomitantem hominum insipientium, ut parum omnino inter Sophistam & Eunuchum lascivum intersit. Hæc audito, mirari Alexander, & quærere: cur Sophistam cum Eunucho contulisset, Ille contra: Eunuchos, ajunt, viros omnium libidinosissimos esse, & amatores mulierum: cum quibus & concumbere, & eas fatigare; sed præterea nihil fieri affirmant, si vel dies integras noctesque cum iis rem habeant. Eodem modo multos apud Sophistas nihilo prudentiores factos, consenuisse, invenies: multo miserius in errorem circumductos sermonibus, quam Vlyssem in mari errantem inducit Homerus. Ante quidem inferi adeundi forent, quam audiendo & dicendo bonus existeret. Tibi vero; cum talis sis, si intelligentis viri data potestas fuerit, vel una dies ad cognitionem rerum, & artis sufficeret: nec quicquam subtilibus Sophismatibus, aut sermonibus opus esset. Sin nec Iovem præceptorem, nec alium quempiam ad dicendum res necessarias idoneum paratumque nactus fueris, nihil proficies, si vel tempus vitæ omne, vigilando & esuriendo apud Sophistas illos infælices, ætatemque consumseris. *Idem.*

Οἱ δὲ Κριτικοί. *Alii Critici.*] Tales dicebantur olim qui libris emendandis incumbebant, & in iis τὰ γνήσια ab adulterinis distinguebant, hæc obelo configentes. Sic Aristoteles in gratiam Alexandri Magni correxit Iliada Homeri. Talis fuit Aristarchus Grammaticus, & hujus sæculi non infæliciter huic studio operati. *Snecanus.*

70 Αἱ δὲ γυναῖκες.] Non sunt contemnendi, qui in secundo septo sedes suas habent. Neque enim toti sunt demersi in voraginem vitiorum; sed iisdem nihilominus obnoxii sunt: tamen aliqua spe è paucis malis emergendi, cum de prioribus prorsus desperatum sit. Conflictantur, quamdiu ibi morantur, cum Incontinentia, quæ neminem sinit sapere, & cum cæteris vitiis. Opinionibus quoque prioribus sunt dementati, & inscitia mancipati: tantisper enim, dum quis opinatur, à vero aberrat, & ab inscitia se non vindicavit. denique opinio inscitia est, & inscitiæ. Ubi autem falsæ opiniones ut de gloria, honoribus, divitiis, genere, forma, viribus, & cæteris fortunæ bonis; ibi earum rerum nimio & perverso studio homines intemperantiæ, avaritiæ, injustitiæ, quibusque vitiis dediti sunt, student. Contra, si de illis rebus vere sentirent, & recte statuerent, re-

κες ἐκεῖναι αἱ δοκοῦσαι περιτρέχειν ὅμοιαι ταῖς πρώταις, ἐν αἷς ἔφης εἶναι τὴν Ἀκρασίαν, καὶ αἱ ἄλλαι αἱ μετ' αὐτῶν, τίνες εἰσίν; Αὗται ἐκεῖναί εἰσιν, ἔφη. [71] πότερον οὖν καὶ ὧδε εἰσπορεύονται; Νὴ Δία καὶ ὧδε, σπανίως δέ, καὶ οὐχὶ ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ. πότερον οὖν καὶ αἱ Δόξαι; Ναί, ἔφη. ἔτι μὲν γὰρ καὶ ἐν τούτοις τὸ πόμα, ὃ ἔπιον παρὰ τῆς Ἀπάτης, καὶ ἡ Ἄγνοια μένει, Νὴ Δία, καὶ μετ' αὐτῆς γε ἡ Ἀφροσύνη. καὶ οὐ μὴ ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτῶν οὔθ' ἡ Δόξα, οὔθ' ἡ λοιπὴ Κακία, μέχεις ἂν [72] ἀπογνόντες τῆς Ψευδοπαιδείας, εἰσέλθωσιν εἰς τὴν ἀληθινὴν ὁδόν, [73] καὶ πίωσι τὴν τού-

του

læ , quæ circumcurſare videntur , primis ſimiles , inter quas eſſe dicebas *Incontinentiam* , & reliquas illius ſocias , quænam ſunt? Illæ ipſæ, inquit, ſunt. Num qui ergo & huc ingrediuntur ? Et huc medius fidius , ſed raro : nec ita frequenter, ut in primum ſeptum. Numquid ergo & Opiniones? Næ , inquit, nam & in his etiamnum Potio, ab Impoſtura propinata, & Ignorantia, manet: atque etiam mehercule , una cum ea , Amentia. Neque vero ab eis vel Opiniones vel cætera vitia recedent, donec , repudiata Falſi nominis eruditione veram ingreſſi viam , purgatricem iſtarum rerum vim bi-

referrent ſe totos à vitiis ad virtutes. Non poſſunt autem , donec ſunt ſub diſciplina pſeudopædiæ , quæ magiſtra quidem eximia eſt, & in admiratione multorum , nec à bonis prorſus contemni debet , nec poteſt ; ſed hoc ipſa neque tenet, neque docet , quod vera diſciplina, ſive veritatis magiſtra , quæ aliud habet collegium , & alibi ſedem fixit, ad quam quæ via ducat, deſpiciendum ſive quærendum eſt. Res enim magni momenti , imo id , in quo cujuſque ſalus vertitur. *Caſelius.*

71 Πότερον οὖν καὶ ὧδε.] Non οὖ. *Wolfius.*

72 Ἀπογνόντες τῆς ψευδοπαιδείας.] Deſperata ope falſæ doctrinæ: vel ea rejecta: vel averſati eam. *Idem.*

73 Τὴν τούτου καθαρτικήν.] A καθαίρω. non τούτου καταρκτικήν. *Idem.*

Καὶ

τοῦ καθαρτικὴν δύναμιν καὶ ἐκβάλωσι τὰ κακὰ πάνθ' ὅσα ἔχουσι, καὶ τὰς Δόξας, καὶ τὴν Ἄγνοιαν, καὶ τὴν λοιπὴν πᾶσαν Κακίαν. τότε ἂν οὕτω σωθήσονται. ὧδε δὲ μένοντες παρὰ τῇ Ψευδοπαιδείᾳ, οὐδέποτε ἀπολυθήσονται, οὐδὲ ἐλλείψει αὐτοὺς κακὸν οὐδὲν ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων. ποία οὖν αὕτη ὁδός ἐστιν, ἡ φέρουσα ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν παιδείαν; Ὁρᾷς, ἔφη, ἄνω τόπον τινὰ ἐκεῖνον, ὅπου οὐδεὶς ἐπικατοικεῖ, ἀλλ' [74] ἔρημος δοκεῖ εἶναι; Ὁρῶ. [75] Οὐκοῦν καὶ θύραν τινὰ μικρὰν, καὶ ὁδόν τινα [76] πρὸς τῆς θύρας, ἥτις οὐ πολὺ

biberint, & mala omnia, quibus urgentur, ut Opiniones & Ignorantiam, & reliquam omnem Vitiositatem, ejecerint; tum demum enim fervabuntur. Dum vero heic manserint apud Falsi nominis eruditionem, nunquam liberabuntur: nec ullum malum, illarum quidem desciplinarum subsidio, profligabunt. Quæ ergo via est, quæ ad Veram eruditionem ferat? Videsne, inquit, editum illum locum, qui à nemine incoli, ac desertus esse videtur? Video. Ergo & januam, parvam, & viam quandam ante januam, parum frequentem, & à per-

Καὶ πίωσι τὴν τούτου καθαρτικὴν δυν.] τοῦ πόματος scil. quod paulo ante memoratum. τὴν τούτου καθαρτ. δυν. igitur est *passive* dictum, non *active*, ut θηρὸς μόρος: *mors feræ*: i.e. *à fera illata*: & id genus alia sexcenta. Possis & ad περίβολον referre: Sed ita quoque *passivum* fuerit. Fortasse legendum τούτων: quod ita & Wolfius in Notis voluisse, aut ita reperisse videtur. *Casaubonus.*

74 Ἔρημος εἶναι δοκεῖ.] Pauci vetum iter ingrediuntur. Sic & apud Poëtam:

- - - pauci: quos æquus amavit
Iupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus,
Diis geniti potuere. Caselius.

75 Οὐκοῦν καὶ θύραν. *Ergo & januam.*] Conveniunt omnes quas perlustravi editiones excepta Caselii, in qua minus ornate οὐκοῦν θύραν? Sed tamen in versione sua melius vim interrogationis expressit quam Wolfius: apud quem legitur: *Nonne & fores quasdam pusillas?* Et ita etiam paulo infra: οὐκοῦν καὶ βουνός τις ὑψηλὸς: *Nonne & jam collis quispiam perexcelsus?*

76 Πρὸ τῆς θύρας,] Non πρὸς nisi dativo jungatur, πρὸς τῇ θύρᾳ vel

πολὺ ὀχλεῖται, ἀλλὰ πάνυ ὀλίγοι πορεύονται, [77] ὥσπερ δυσανόδου τινὸς [78] καὶ τραχείας [79] καὶ πετρώδους εἶναι δοκούσης; Καὶ μάλα ἔφην. Οὐκοῦν καὶ [80] βουνός τις

perpaucis tritam, ut quæ & præceps & aspera, & prærupta esse videatur? Omnino, inquam. Ibi & Tumulus excelsus cernitur, & angustus

vel, *πρὸς ταῖς θύραις*, eodem fere sensu. *Wolfius.*

77 *Δυσανόδου τινός.*] Est via ardua & ascensu difficilis. *Caselius.*

Ὥσπερ δυσανόδου. Ut quæ præceps sit.] Ad verbum, quæ difficilem habeat aditum sive ingressum. Idem expressit Hesiodus: cum ait, *τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοί*, &c.

Noti enim sunt versus. Quos etiam expressit utcunque author τοῦ ὑ ψιλοῦ Pythagoræ inscripti. Nec abludunt ab hac phrasi mysticæ literæ. *Snecanus.*

78 *Καὶ τραχείας.*] Et aspera & dumis obsita. *Caselius.*

79 *Καὶ πετρώδους.*] Denique saxea & dura. *Idem.*

80 *Βουνός.*] Tumulus: quia est editiore loco, non humilis virtus & salus.

Μεγάλη. ὑψηλή· κύκλῳ ἀπόκρημνος.

De asperitate viæ ducentis ad Virtutem Simonides, citante Clemente Alexandrino 4. *Στρωμ.* *Ἐστί τις λόγος τὰν ἀρετὰν ναίειν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις, νῦν δέ μιν θοὰν χῶρον ἁγνὸν ἀμφέπειν οὔτε πάντων βλεφάροις θνατῶν ἔσοπτος, ᾧ μὴ δακέθυμος ἱδρὼς ἔνδοθεν μόλῃ, ἵκηται ἄκρον ἀνδρείας.*

Ibidem apud Clementem Æschylus.

Τῷ πονοῦντι δ' ἐκ θεῶν ὀφείλεται
Τέκνωμα τοῦ πόνου κλέος.

Pindarus ult. Pyth.

Εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν, ἄνευ
Καμάτου οὐ φαίνεται.

Idem alibi:

Ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες.

Ad omnes res præclaras gerendas opus est *ἐγκρατεία καὶ καρτερία*, maxime ad virtutem adipiscendam, & quasque actiones Virtutis designandas. Continentia, ut desideria voluptatum corporis exuas, aut certe, quam maxime fieri possit, minuas. Tolerantia, ut molestias & labores ne extimescas, sed intrepide subeas: interdum & pericula. Proinde Epictetus in omni vita jussit tolerare & abstinere. Refertur enim ad eum hoc, *Ἀνέχου καὶ ἀπέχου.* Cujus verbi hæc vis est, ut dura ultro subeamus, adsuescamus curis, molestiis, laboribus, vigiliis; toleremus æstum, frigus, ventos, imbres, quascunque tempestates: nec frangi nos adversis patiamur: paupertate, exilio, conviciis improborum & odiis, & quicquid est adversæ fortunæ: deinde, ut nec ulli cujuscunque generis voluptatum corporis succumbamus: Fieri enim non potest, qui iis incumbit, virtuti se totum devoverit. Quin ipsum etiam corpus voluptatibus conficitur. qui locus copiose facile illustrari potest. Sic in literis si velis proficere, *ἀπέχου* à vino, ab amoribus, à somno, ab alea, à pigritia, & hujus generis omnibus. Idem facit venator: nec solum à suavibus abstinet; sed & famem, sitim, nives: gelu, imbrem totos dies tolerat: incertus spei futuræ: nec deterret eum ab institu-

τις ὑψηλὸς δοκεῖ εἶναι, καὶ ἀνάβασις στενὴ πάνυ, καὶ κρημνοὺς ἔχουσα [81] ἔνθεν κἀκεῖθεν βαθεῖς; Ὁρῶ. Αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἔφη, ἡ ἄγουσα πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν. Καὶ μάλα γε χαλεπὴ προσιδεῖν. Οὐκοῦν καὶ ἄνω γε περὶ τὸ βουνὸν ὁρᾷς πέτραν μεγάλην, καὶ ὑψηλὴν, κύκλῳ ἀπόκρημνον; Ὁρῶ, ἔφην. Ὁρᾷς οὖν καὶ γυναῖκας δύο ἑστηκυίας ἐπὶ τῆς πέτρας, λιπαρὰς, καὶ εὐεκτούσας τῷ σώματι, καὶ ὡς ἐκτετάκασι τὰς χεῖρας προθύμως; Ὁρῶ· ἀλλὰ τίνες καλοῦνται· ἔφην, αὗται; [82] Ἡ μὲν Ἐγ-

stus aditus, utrinque in profundum præceps. Video. Hæc igitur, inquit, via est, quæ ad veram eruditionem ducit. Et quidem aspectu, inquam, valde ardua. Ergo & superne juxta tumulum magnam rupem vides, & altam, undique præruptam? Video, inquam. Vides ergo & duas mulieres, succi plenas, & robusto corpore in rupe stantes, quæ manus alacriter extendunt? Video, inquam, sed quæ eis nomina sunt? Una, inquit, Continentia vocatur, altera Tolerantia. Sunt autem sorores.

to, εἰ καὶ δὶς καὶ τρὶς ἠτύχησεν. In studiis igitur literarum & virtutum, in potiundi earum certa spe, perpeti quidvis oportet, & à jucundis non solum abstinere: sed & ea, quibus frui possis & liceat, fugere. Ut plurimum contra fit, ut voluptatum cupiditate faciamus turpia, & fuga molestiæ honesta mittamus, id quod his verbis ostendit Philosophus: *Διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν*, inquit, *τὰ φαῦλα πράττομεν. διὰ δὲ τὴν λύπην καλῶν ἀπεχόμεθα. Idem.*

81 Ἔνθεν κἀκεῖθεν βαθεῖς.] Optime uti solet Vir summus Gronovius conjicit hic forte esse legendum: ἔνθεν κἄνθεν βαθεῖς: hæc enim plerumque à scriptoribus conjunguntur.

82 Ἡ μὲν ἐγκράτεια καλεῖται, ἔφη, ἡ δὲ καρτερία. *Una inquit, continentia vocatur, altera tolerantia*] Continentia, quod ex Ethicis patet, versatur circa voluptates, uti tolerantia circa labores, quos jubet magno animo ferre, ut illa voluptates spernere. Proinde Epictetus in omni vita jussit tolerare & abstinere. Quippe horsum pertinet celebre illud dictum ipsius, Ἀνέχου καὶ ἀπέχου. *Sustine & abstine.* Quibus duobus man-

Ἐγκράτεια καλεῖται, ἔφη, ἡ δὲ Καρτερία. εἰσὶ δὲ ἀδελφαί. Τί οὖν τὰς χεῖρας ἐκτετάκασιν οὕτω προθύμως; Παρακαλοῦσιν, ἔφη, τοὺς παραγινομένους ἐπὶ τὸν τόπον, θαῤῥεῖν, καὶ μὴ ἀποδειλιᾷν, λέγουσαι, ὅτι βραχὺ ἔτι δεῖ καρτερῆσαι αὐτοὺς, εἶτα ἥξουσιν εἰς ὁδὸν καλήν. Ὅταν οὖν παραγένωνται ἐπὶ τὴν πέτραν, πῶς ἀναβαίνουσιν; ὁρῶ γὰρ ὁδὸν φέρουσαν οὐδεμίαν ἐπ' αὐτήν. Αὗται ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ προσκαταβαίνουσι, [83] καὶ ἕλκουσιν αὐτοὺς ἄνω πρὸς ἑαυτάς. [84] εἶτα κελεύουσιν αὐτοὺς διαναπαύσασθαι, [85] καὶ μετὰ μικρὸν διδόασιν [86] Ἰσχὺν

rores. Cur vero manus adeo alacriter extendunt? Hortantur, inquit, viatores ad eum locum progressos, ut bonis sint animis, nec per ignaviam desperent. Fore enim, ut post parvi temporis difficultates, in amœnam viam perveniant. Ubi autem ad rupem accesserint; quo pacto ascendunt? Nullam enim, quæ eo ferat viam perspicio. Ipsæ à præcipitio ad eos nonnihil descendunt, eosque sursum ad sese attrahunt. Postea jubent eos requiescere: & paulo post eis dant Robur &

mandatis omnem virtutum chorum sibi videbatur complexus. *Snecanus.*

83 *Καὶ ἕλκουσιν αὐτοὺς ἄνω.*] Notanda vox. Negat enim Hierocles in Deo situm esse, ut quenquam *trahat:* Christianos, ut opinor, sugillans ob dictum Johannis, vel *Domini Salvatoris* in Johanne potius: *Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατ. ὁ πέμψας με, ἑλκύσῃ αὐτόν.* Eodem verbo utitur & Hierocles. *Εἰ γὰρ ἐπὶ τῷ θεῷ ἐστιν ἑλκύσαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἄκοντας, τί αὐθαίρετα πήματα ἔχειν αὐτοὺς ἐγκαλοῦμεν;* Respondet hic Cebes, ex cujus explicatione lux huic verbo & controversiæ, si quis attendat, haud contemnenda: sed hoc non agimus. *Casaubonus.*

84 *Εἶτα κελεύουσιν αὐτοὺς διαναπαύσασθαι.*] Ut intendere non oportet violenter, ne frangatur arcus, ita cavendum, ut laboribus moderemur, ne iis concidamus. Tantum denique laborandnm est, quantum & corporis & animi nervi facere valeant. *Caselius.*

85 *Μετὰ μικρὸν διδόασιν.*] Id est, ubi habitum nobis pepererimus, vicerimus: nec tum illa est difficultas, quæ fuerat initio. *Idem.*

86 Ἰσχὺν καὶ Θάρσος, καὶ ἐπαγγέλλονται αὐτοὺς καταστῆσαι πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, καὶ δεικνύουσιν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν, ὡς ἔστι καλή τε, καὶ ὁμαλὴ, καὶ εὐπόρευτος, καὶ καθαρὰ παντὸς κακοῦ, ὥσπερ ὁρᾷς. Ἐμφαίνεται νὴ Δία. Ὁρᾷς οὖν, ἔφη, καὶ ἔμπροσθε τοῦ ἄλσους ἐκείνου τόπον τινὰ, ὃς δοκεῖ καλός τε εἶναι, καὶ λειμωνοειδὴς, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμενος; Καὶ μάλα. Κατανοεῖς οὖν καὶ ἐν μέσῳ τοῦ λειμῶνος περίβολον ἕτερον, καὶ πύλην ἑτέραν; ἔστιν οὕτως. Ἀλλὰ τίς καλεῖται ὁ τόπος οὗτος; 87 Εὐδαιμόνων οἰκητήριον, ἔφη. ὧδε

& Fiduciam, & pollicentur se eos ad veram eruditionem perducturas: ac demonstrant, quam ea via sit amœna, & plana, & expedita, & omnis expers mali, ut vides. Ita certe quidem apparet. Videsne porro, inquit, ante lucum illum locum quendam, qui & amœnus videtur, & prati instar, multaque luce illustris? Utique. Videsne in prati medio etiam aliud septum, & aliam portam? Et ita. Sed quomodo vocatur locus ille? Beatorum domicilium, inquit. Hic enim

86 Ἰσχὺν καὶ Θάρσος.] Ne debilitentur vires, & ne concidat animus. Qui contemnit voluptates, & laborem in se suscipit, sive qui non alio pellicitur voluptatibus, nec deterretur laboribus, ἰσχύϊ καὶ θάρσει. His ducibus progredi cuique integrum ad doctricem sinceram & perfectam. Hæc de difficultate vix nihil negans, novam viam ostendit, amœnam, planam, expeditam, puram. Primus aditus gravis est; ubi ardua superaveris, via amœna & jucunda est, omnia tempe & lux ipsa. Idem & Hesiodus testatur:

Ῥηϊδίη δὲ ἔπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα. *Idem.*

87 Εὐδαιμόνων οἰκητήριον.] Beatorum domus, quam incolunt virtutes, & ipsa beatitudo. Hæc enim absque illis non est, & illæ sunt hæc ipsa. Qui virtutem adepti fuerint, eorum est bona conditio, eorum vita beata, sicut ipsi beati censendi. Pingitur beatitudo, ut virtus apud Prodicum, in Xenophonte: ætate integra, nec enim infans, nec puellula sine mente, neque vetula: sem-

per

ὧδε γὰρ διατρίβουσιν αἱ Ἀρεταὶ πᾶσαι, καὶ ἡ Εὐδαιμονία. [88] Εἶεν, ἔφην ἐγώ, ὡς καλὸν τὸν τόπον εἶναι. Οὐκοῦν παρὰ τὴν πύλην ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι γυνή τις ἐστὶ καλή, καὶ καθεστηκυῖα τὸ πρόσωπον, [89] μέση δὲ καὶ κεκριμένη ἤδη τῇ ἡλικίᾳ, [90] στολὴν δ' ἔχουσα ἁπλῆν,

enim degunt Virtutes omnes, & Beatitudo. Amœnus dubio procul is locus eſt. Vides ergo, inquit, juxta portam ſtare matronam formoſam, conſtanti vultu, ætate media, & jam ad ſenectutem declinante, veſte ſimplici,

per enim viret virtus: nihil in ea fucatum aut aſcititium: ſimplex habitus, ut & color. In quadrato lapide conſiſtunt:

Παιδεία. Ἀλήθεια. Πειθώ.

Lapis quadratus indicat certam ad ſalutem ſemitam, & certas firmaſque veræ diſciplinæ dotes: proinde & ipſi virtute perfecti quadrati primum à Simonide, deinde & à Platone & Ariſtotele dicti fuere; nec dubium eſt, quin Cebes ex eodem Poëta hanc imaginem deſumpſerit. Platonis hæc ſunt verba in Protagora: λέγει γὰρ που Σιμωνίδης πρὸς Σκόπαν τὸν Κρέοντος υἱὸν τοῦ Θετταλοῦ, ὅτι ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀληθῶς γενέσθαι χαλεπὸν, χερσί τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου τετυγμένον. Ariſtotel. 1. Ethic. Ἀεὶ γὰρ ἢ μάλιστα πάντων, πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετὴν, καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα. καὶ πάντη πάντως ἐμμελῶς ὅ γ' ὡς ἀγαθὸς ἀληθῶς καὶ τετράγωνος, ἄνευ ψόγου. Idem Ariſtot. Ethic. 3. εἶεν τὸ ἀγαθὸν ἄνδρα φάναι εἶναι τετράγωνον, μεταφορά, ἄμφω γὰρ τέλεια, ἀλλ' οὐ σημαίνει ἐνέργειαν. *Idem.*

88 Εἶεν, ἔφην ἐγώ, ὡς καλὸν τὸν τόπον εἶναι.] Videtur aliquid deeſſe, aut ponitur pro συγχωρῶ, ὅτι καλὸς ὁ τόπος ἐστί. Aſſentior amœnum eſſe locum. *Wolfius.*

89 Μέση δὲ καὶ κεκριμένη ἤδη τῇ ἡλικίᾳ.] Κεκριμένην ἡλικίαν intelligo, τὴν ἐπὶ τὸ γῆρας μᾶλλον νεύουσαν. etſi fortaſſe legendum κεκλιμένη, ut alludat ad Platonicum illud: Beatum eſſe, cui vel in ſenectute contigerit veras habere de rebus opiniones. Tribuit autem Cebes veræ eruditioni judicium de rebus bonis, malis, & mediis: præ quo omnem aliam cognitionem contemnit. Genevenſe Lexicon κεκριμένην ἡλικίαν interpretatur ætatem, quæ ſit firmo judicio prædita. *Idem.*

Salmaſ in *Præfat.* [Ἡλικία μέση καὶ κεκριμένη, eſt media ætas & ſtata. Nam κεκριμ. hic pro τεταγμένη accipitur, ut etiam exponit Heſychius *Caſaubonus,*

†† Recte Caſaubonus τὴν κεκριμένην ἡλικίαν, mediam & ſtatam ætatem interpretatur. Ea autem eſt inter adoleſcentiam & ſenectutem media, Ciceroni *conſtans* dicta, in de Seneƈt. c. xx.

Κεκριμένη ἤδη τῇ ἡλικίᾳ. *Ætate media & jam ad ſenectutem declinante.*] Videtur interpres legiſſe κεκλιμένη, à verbo κλίνω: id enim eſſet *inclinante.* Locus ſane mihi de mendo ſuſpectus eſt. *Snecanus.*

90 Στολὴν ἔχουσα ἁπλῆν καὶ καλ-

λω-

ἁπλῆν, [91] καὶ οὐδένα καλλωπισμόν; ἕστηκε δὲ οὐκ ἐπὶ στρογγύλου λίθου, ἀλλ' ἐπὶ τετραγώνου. ἀσφαλῶς κειμένου. καὶ μετὰ ταύτης ἄλλαι δύο εἰσί. [92] θυγατέρες τινὲς δοκοῦσιν εἶναι. Ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν. Τούτων τοίνυν ἡ μὲν ἐν τῷ μέσῳ, Παιδεία ἐστίν. [93] ἡ δὲ, Ἀλήθεια. ἡ δὲ Πειθώ. Τί δὲ ἕστηκεν ἐπὶ λίθου τετραγώνου αὕτη; Σημεῖον, ἔφη, ὅτι ἀσφαλής τε καὶ βεβαία ἡ πρὸς αὐτὴν ὁδὸς ἐστὶ τοῖς ἀφικνουμένοις, καὶ τῶν διδομένων ἀσφαλὴς ἡ δόσις τοῖς λαμβάνουσι. Καὶ τίνα ἐστὶν, ἃ δίδωσιν αὕτη; Θάρσος, καὶ Ἀφο-

ci, & aſciticii cultus experte? Inſiſtit autem ſaxo non globoſo, ſed quadrato atque immobili. Ei adſunt aliæ quædam duæ, filiæ ejus, ut videtur. Ita quidem videtur. Harum igitur media, Eruditio eſt, inquit: altera, Veritas: altera, Suadela. Cur autem quadrato ſaxo inſiſtit? Indicio, inquit, eſt, & viatoribus viam ad eam eſſe tutam ac firmam: & accipientibus, munerum ejus fructum ſecurum. Ecquæ ſunt ejus munera? Fiducia, Securitas, Vacuitas à pertur-

λωπισμόν.] Aut ἁπαλὴν, Veſte tenera & ornata: aut ἁπλῆν καὶ ἀκαλλώπιστον. nam veſtis ſimplex & inornata magis decere videtur Eruditionem. Niſi forte καλλωπισμὸς hic intelligatur τὸ καθάριον, mundities & elegantia. *Wolfius.*

91 Οὐδένα καλλωπισμόν.] Sequimur Salmaſium & alios viros doctos, qui nobis locum hujus tabulæ perperam exhibuerunt: Verum Caſelianæ editionis lectionem improbare non poſſum, in qua excuſum eſt; στολὴν δὲ ἔχουσα ἁπλῆν καὶ ἀκαλλώπιστον. Verum optime omnium placet quod Clariſſ. Gronovius, noſtrum præſidium & grande decus, ad oram ſui codicis annotaverat, fortaſſe legendum eſſe, ἄνευ καλλωπισμοῦ: ita enim conjectabat, quia mendoſe in Plantiniana inveniebat: στολὴν δ' ἔχουσα ἁπλῆν, καὶ καλλωπισμόν.

92 Θυγατέρες τινές.] Scilicet ἐκείνης. & τὸ τινὲς, πλεονάζειν δοκεῖ. *Wolfius.*

93 Plato: Ἀλήθεια δὴ, πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἡγεῖται, πάντων δὲ ἀνθρώποις. Vide Procemium Alexandri Aphrodiſæi εἰς τὸ πρῶτον τῶν προτέρων ἀναλυτ. Sic apud Xenophontem virtus ad Herculem pro-

Ἀφοβία, ἔφη ἐκεῖνος. Ταῦτα δὲ τίνα ἐστίν; Ἐπιστήμη, ἔφη, τοῦ μηδὲν ἄν ποτε δεινὸν παθεῖν ἐν τῷ βίῳ. Ἡράκλεις, ὡς καλά, ἔφην, τὰ δῶρα. [94] Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἔξω τοῦ περιβόλου ἕστηκεν οὕτως; Ὅπως τοὺς παραγενομένους, ἔφη, θεραπεύῃ καὶ [95] ποτίζῃ τὴν καθαρτικὴν δύναμιν. εἶθ' ὅταν καθαρθῶσιν, οὕτως αὐτοὺς εἰσάγῃ πρὸς τὰς Ἀρετάς. πῶς τοῦτο; ἔφην ἐγώ. οὐ γὰρ συνίημι. Ἀλλὰ συνήσεις, ἔφη. [96] ὡς ἂν εἴ τις [97] φιλοτίμως κάμνων ἐτύγχανε, πρὸς τὸν ἰατρὸν ἂν

turbationibus, inquit ille. Quamnam iſta vim habent? Eam, ut ſciant, nihil unquam in vita ſibi mali eventurum. Dii boni, inquam, quam præclara munera! Sed cur ſic extra ſeptum adſtat? Ut hoſpites, inquit, ſanet, eiſque Vim purgatricem propinet. Ubi vero purgati fuerint; tum demum eos ad Virtutes adducit. Quomodo iſtud? inquam. Neque enim intelligo. Sed intelliges, inquit, Fit enim hic perinde, ut ſi quis gravi affectus morbo ad medicum

profitetur, ſe vera dicere, &c.

Θάρσος. Ἀφοβία.

Eodem ambo redeunt, ut recte faciat, nec à veritate ac juſtitia ullo periculo, ac ne morte quidem, aut ulla mortis ſpecie deterrentur. *Caſelius.*

94 Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν, ἔξω τοῦ περιβόλου ἕστηκεν οὕτως.] ἡ παιδεία ſcilicet, quæ καθαρτικὸν ποτήριον propinat. Verum enim judicium, quod Eruditio confert, aditus eſt ad virtutem, & voluntatem excitat. *Wolfius.*

95 Δύναμις καθαρτική.] Vis purgatrix eſt rationis explicatio, qua fœditas, & virtutis pulchritudo oſtenditur: illius miſeria, hujus felicitas. Sunt autem morbi non minus animi, quam corporis, ut inſcitia & error. Recenſentur & cæteri: glorioſitas, cupiditas, incontinentia, ira, avaritia, cum reliquo morborum animi grege. *Caſelius.*

96 Ὡς ἂν εἴ τις φιλοτ. κ. ἐτ.] Plane ita & Philoſtratus, *De vita Apoll.* lib. 1. *Caſaubonus*

97 Φιλοτίμως κάμνων.] Durum, pro χαλεπῶς, aut φιλοπόνως, ſedulo. Et paulo poſt pro γινόμενος, videtur legendum γενόμενος. & pro καθέστηκεν, lego vel καθέστακεν per α, vel κατέστησεν per τ. Nam καθέστηκεν, & καθίστη, paſſive ſeu abſolute: καθέστακε vero, & κατέστησεν, abſolute ſignificat. *Wolfius.*

ἁπλῆν, [91] καὶ οὐδένα καλλωπισμόν; ἕστηκε δὲ οὐκ ἐπὶ στρογγύλου λίθου, ἀλλ' ἐπὶ τετραγώνου. ἀσφαλῶς κειμένου. καὶ μετὰ ταύτης ἄλλαι δύο εἰσί. [92] θυγατέρες τινὲς δοκοῦσιν εἶναι. Ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν. Τούτων τοίνυν ἡ μὲν ἐν τῷ μέσῳ, Παιδεία ἐστίν. [93] ἡ δὲ, Ἀλήθεια. ἡ δὲ Πειθώ. Τί δὲ ἕστηκεν ἐπὶ λίθου τετραγώνου αὕτη; Σημεῖον, ἔφη, ὅτι ἀσφαλής τε καὶ βεβαία ἡ παρ' αὐτὴν ὁδὸς ἐστὶ τοῖς ἀφικνουμένοις, καὶ τῶν διδομένων ἀσφαλὴς ἡ δόσις τοῖς λαμβάνουσι. Καὶ τίνα ἐστὶν, ἃ δίδωσιν αὕτη; Θάρσος, καὶ Ἀφο-

ci, & asciticii cultus experte? Insistit autem saxo non globoso, sed quadrato atque immobili. Ei adsunt aliæ quædam duæ, filiæ ejus, ut videtur. Ita quidem videtur. Harum igitur media, Eruditio est, inquit: altera, Veritas: altera, Suadela. Cur autem quadrato saxo insistit? Indicio, inquit, est, & viatoribus viam ad eam esse tutam ac firmam: & accipientibus, munerum ejus fructum securum. Ecquæ sunt ejus munera? Fiducia, Securitas, Vacuitas à pertur-

λωπιζμόν.] Aut ἀπαλὴν, Veste tenera & ornata: aut ἁπλῆν καὶ ἀκαλλώπιστον. nam vestis simplex & inornata magis decere videtur Eruditionem. Nisi forte καλλωπισμὸς hic intelligatur τὸ καθάριον, mundities & elegantia. *Wolfius.*

91 Οὐδένα καλλωπιζμόν.] Sequimur Salmasium & alios viros doctos, qui nobis locum hujus tabulæ perperam exhibuerunt: Verum Caselianæ editionis lectionem improbare non possum, in qua excusum est; στολὴν δὲ ἔχουσα ἁπλῆν καὶ ἀκαλλώπιστον. Verum optime omnium placet quod Clariss. Gronovius, nostrum præsidium & grande decus, ad oram sui codicis annotaverat, fortasse legendum esse, ἄνευ καλλωπισμοῦ: ita enim conjectabat, quia mendose in Plantiniana inveniebat: στολὴν δ' ἔχουσα ἁπλῆν, καὶ καλλωπιζμόν.

92 Θυγατέρες τινές.] Scilicet ἐκείνης. & τὸ τινὲς, πλεονάζειν δοκεῖ. *Wolfius.*

93 Plato: Ἀλήθεια δὴ, πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἡγεῖται, πάντων δὲ ἀνθρώποις. Vide Proœmium Alexandri Aphrodisæi εἰς τὸ πρῶτον τῶν προτέρων ἀναλυτ. Sic apud Xenophontem virtus ad Herculem pro-

Ἀφοβία, ἔφη ἐκεῖνος. Ταῦτα δὲ τίνα ἐστίν; Ἐπιστήμη, ἔφη, τοῦ μηδὲν ἄν ποτε δεινὸν παθεῖν ἐν τῷ βίῳ. Ἡράκλεις, ὡς καλὰ, ἔφην, τὰ δῶρα. [94] Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἔξω τοῦ περιβόλου ἕστηκεν οὕτως; Ὅπως τοὺς παραγενομένους, ἔφη, θεραπεύῃ καὶ [95] ποτίζῃ τὴν καθαρτικὴν δύναμιν. εἶθ' ὅταν καθαρθῶσιν, οὕτως αὐτοὺς εἰσάγῃ πρὸς τὰς Ἀρετάς. πῶς τοῦτο; ἔφην ἐγώ. οὐ γὰρ συνίημι. Ἀλλὰ συνήσεις, ἔφη. [96] ὡς ἂν εἴ τις [97] φιλοτίμως κάμνων ἐτύγχανε, πρὸς τὸν ἰατρὸν ἂν

turbationibus, inquit ille. Quamnam ista vim habent? Eam, ut sciant, nihil unquam in vita sibi mali eventurum. Dii boni, inquam, quam præclara munera! Sed cur sic extra septum adstat? Ut hospites, inquit, sanet, eisque Vim purgatricem propinet. Ubi vero purgati fuerint; tum demum eos ad Virtutes adducit. Quomodo istud? inquam. Neque enim intelligo. Sed intelliges, inquit, Fit enim hic perinde, ut si quis gravi affectus morbo ad medicum

profitetur, se vera dicere, &c.
Θάρσος. Ἀφοβία.
Eodem ambo redeunt, ut recte faciat, nec à veritate ac justitia ullo periculo, ac ne morte quidem, aut ulla mortis specie deterrentur. *Caselius.*

94 Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν, ἔξω τοῦ περιβόλου ἕστηκεν οὕτως.] ἡ παιδεία scilicet, quæ καθαρτικὸν ποτήριον propinat. Verum enim judicium, quod Eruditio confert, aditus est ad virtutem, & voluntatem excitat, *Wolfius.*

95 Δύναμις καθαρτική.] Vis purgatrix est rationis explicatio, qua fœditas, & virtutis pulchritudo ostenditur: illius miseria, hujus felicitas. Sunt autem morbi non minus animi, quam corporis, ut inscitia & error. Recensentur & cæteri: gloriositas, cupiditas, incontinentia, ira, avaritia, cum reliquo morborum animi grege. *Caselius.*

96 Ὡς ἂν εἴ τις φιλοτ. κ. ἐτ.] Plane ita & Philostratus, *De vita Apoll.* lib. I. *Casaubonus*

97 Φιλοτίμως κάμνων.] Durum, pro χαλεπῶς, aut φιλοπόνως, sedulo. Et paulo post pro γινόμενος, videtur legendum γενόμενος. & pro καθίστηκεν, lego vel καθέστακεν per α, vel κατέστησεν per τ. Nam καθίστηκεν, & καθίστη, passive seu absolute: καθέστακε vero, & κατέστησεν, absolute significat. *Wolfius.*

ἂν δήπου γινόμενος, πρότερον καθαρτικοῖς ἐξέβαλε πάντα τὰ νοσοποιοῦντα· εἶτα οὕτως ἂν αὐτὸν ἰατρὸς εἰς ἀνάληψιν καὶ ὑγίειαν καθέστηκεν. [98] εἰ δὲ μὴ ἐπείθετο οἷς ἐπέταττεν, εὐλόγως ἂν δήπου ἀπωσθεὶς ἐξώλετο ὑπὸ τῆς νόσου. Ταῦτα συνίημι, ἔφην ἐγώ. Τὸν αὐτὸν τοίνυν τρόπον, ἔφη, καὶ πρὸς τὴν παιδείαν, ὅταν τις παραγίγνηται, θεραπεύει αὐτὸν, καὶ ποτίζει τῇ ἑαυτῆς δυνάμει, ὅπως ἐκκαθάρῃ πρῶτον, καὶ ἐκβάλῃ τὰ κακὰ πάντα, ὅσα ἔχων ἦλθε. ποῖα ταῦτα; τὴν Ἄγνοιαν καὶ τὸν πλάνον; ὃν ἐπεπώκει παρὰ τῆς Ἀπάτης, καὶ τὴν Ἀλαζονείαν, καὶ τὴν Ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, καὶ τὸν Θυμὸν, καὶ τὴν Φιλαργυρίαν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ὧν ἀνεπλήσθη ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ. Ὅταν οὖν καθαρθῇ, ποῦ αὐτὸν ἀποστέλλει; Ἔνδον, ἔφη, πρὸς

dicum perducatur. Is vero purgationibus inprimis omnes morbi cauſas ejicit; ac tum demum vires confirmat, ſanitatemque reſtituit. Sin æger medico non paruiſſet: merito ejectus à morbo interiſſet. Hæc, inquam, intelligo. Ad eum ergo, inquit, modum ad Eruditionem ubi quis pervenerit, ea curat illum, ſuamque illi vim propinat, ut ante omnia, expurget & ejiciat mala quæ ſecum attulerat omnia. Quænam iſta? Ignorantiam, & Errorem apud Impoſturam hauſtum, & Arrogantiam, & Cupiditatem, & Incontinentiam, & Iracundiam, & Avaritiam, cæteraque omnia, quæ in primo ſepto ingurgitarat. Poſtquam autem purgatus fuerit, quo eum mittit? Intro, in-

98 Εἰ δὲ μὴ ἐπείθετο.] Et mox ἀπωσθεὶς ἐξώλετο. Idem.

πρὸς τὴν Ἐπιστήμην, καὶ πρὸς τὰς ἄλλας Ἀρετάς. ποίας ταύτας; οὐχ ὁρᾷς, ἔφη, ἔσω τῆς πύλης χορὸν γυναικῶν, ὡς εὐειδεῖς δοκοῦσιν εἶναι, καὶ εὔτακτοι, καὶ στολὴν ἀτρύφερον καὶ ἁπλῆν ἔχουσιν; ἔτι τε ὡς ἄπλαστοί εἰσι; καὶ οὐδαμῶς κεκαλλωπισμέναι, ὥσπερ αἱ ἄλλαι; ὁρῶ, ἔφην. ἀλλὰ τίνες αὗται καλοῦνται; Ἡ μὲν πρώτη [99] Ἐπιστήμη, ἔφη, καλεῖται. αἱ δὲ ἄλλαι ταύτης ἀδελφαί, Ἀνδρεία, καὶ Δικαιοσύνη, [1] Καλοκἀγαθία, [2] Σωφροσύνη, [3] Εὐταξία, [4] Ἐλευ-

inquit, ad Scientiam, & cæteras Virtutes. Quasnam istas? Non vides, inquit, intra portam cœtum matronarum, quæ & formosæ, & modestæ videntur: atque etiam ficti nihil habent, minimeque comptæ sunt, ut cæteræ? Video, Sed quæ sunt earum nomina? Prima quidem, Scientia dicitur: reliquæ vero ejus sorores, Fortitudo, Justitia, Vitæ integritas, Temperantia, Modestia, Liberalitas, Conti-

99 Ἐπιστήμη.] Virtutes vero scientia non sunt. Est igitur hoc loco *γνῶσις τῶν πρακτέων καὶ τῶν φευκτέων.*

Ἀνδρεία.	Εὐταξία.
Δικαιοσύνη.	Ἐλευθερία.
Καλοκἀγαθία.	Ἐγκράτεια.
Σωφροσύνη.	Πραότης.

Apparet autem in ipsa prudentia, quæ est quasi oculus & dux virtutum omnium. Itaque seorsim nunc non nominat prudentiam, quasi eam per scientiam intelligat: etsi scientia & prudentia multum differunt. quod illa forte absque hac reperiatur, hæc sine illa esse non queat. Vide Ethic. 6. *Caselius.*

1 Καλοκἀγαθία.] Quæ sit; quomodoque intelligenda, & quis hoc nomine censeatur, docet Aristoteles Ethic. *τοῖς πρὸς Εὔδημον.* *Idem.*

2 Σωφροσύνη.] *In ea*, inquit Tullius, *parte honestatis verecundia, & quasi quidam ornatus vitæ, temperantia & modestia, omnisque sedatio perturbationum animi, & rerum modus cernitur. Idem.*

3 Εὐταξία] Huc pertinet interpretatio loci Xenophontei apud Columellam lib. 12. cap. 2. Nam vetus proverbium est; *paupertatem certissimam esse, cum alicujus indigeas, uti eo non posse, quia ignoretur, ubi projectum jaceat, quod desideratur.* Itaque in re familiari laboriosior est negligentia, quam diligentia. Quis enim dubitet, nihil esse pul-

[4] Ἐλευθερία, [5] Ἐγκράτεια, πρᾳότης. Ὦ κάλλισται, ἔφην ἔγωγε· ὡς ἐν μεγάλῃ ἐλπίδι ἐσμέν; [7] Ἐὰν συνῆτε, ἔφη, καὶ ἕξιν περιποιήσεσθε, ὧν ἀκούετε. Ἀλλὰ προσέξομεν ὡς μάλιστα, ἔφην ἔγωγε. Τοιγαροῦν, ἔφη, σωθήσεσθε. ὅταν οὖν παραλάβωσιν αὐτὸν αὗται, ποῦ ἀπάγουσι; [8] πρὸς τὴν μητέρα, ἔφη.

tinentia, Clementia. O pulcherrimas, inquam! Quanta in ſpe ſiti ſumus! Si quidem intellexeritis, inquit, & uſu vitæ confirmabimini in iis, quæ auditis. Enimvero, inquam, ſummo ſtudio elaborabimus. Itaque ſalvi eritis, inquit. Hæ vero cum eum ſuſceperint, quo deducunt?

chrius in omni ratione vitæ diſpoſitione atque ordine? Quod in ludicris ſpectaculis licet ſæpe cognoſcere. Num ubi chorus canentium non ad certos modos, neque numeros præeuntis magiſtri conſentit, diſſonum quiddam ac tumultuoſum audientibus canere videtur; at ubi certis numeris ac pedibus, velut facta conſpiratione conſentit, atque concinuit, ex ejuſmodi vocum concordia, non ſolum ipſis canentibus amicum quiddam & dulce reſonat; verum etiam ſpectantes audienteſque lætiſſima voluptate permulcentur. *Idem.*

4 Ἐλευθερία.] Apud Philonem Euripides, *τ' ἐλευθερία γὰρ ὄνομα παντὸς ἄξιον. κἂν μικρὸν ἔχῃ τις μεγάλ' ἔχειν νομίζεται.* Hæc igitur eſt vere aurea libertas. non altera

totum quæ decipit orbem,

ut ait Poëta. *Idem.*

5 Ἐγκράτεια.] Per quam tranſimus à voluptatibus & cupiditatibus ad temperantiam. Nec enim continentia virtus eſt, ut Peripatetici loquuntur. *Idem.*

6 Πρᾳότης.] Quæ eſt iræ moderatio. de qua Ethic. 4. *Idem.*

7 *Ἐὰν συνῆτε, καὶ ἕξιν περιποιήσεσθαι ὧν ἀκούετε.*] Non meræ doctrinæ res eſt, ſed habitu opus eſt: neque tamen non doctrinam vel præcedere, vel comitari oportet; ſed ea contentum eſſe, quaſique acquieſcere non oportet. Unde illa dicuntur vere & divinitus in Ethicis: *ὅτι τέλος οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις.* Item: *οὐ μανθάνομεν, ἵνα εἰδῶμεν, ἀλλ' ἵνα πράττωμεν.* Ita ſe habet. ut in pictura, ſtatuaria, cithariſtica, architectura, ſimilibus, de quibus meditari, ſcire, diſſerere, nihil eſt, niſi agas, aut ut deinceps agas. *Idem.*

8 Πρὸς *τὴν μητέρα ἀπάγουσι. τέλος ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία.*] Coronatur, quemadmodum victor, à beatitudine, ipſius *δυνάμει*: quia virtutes in ſeſe habent beatam vitam, nec illis eſt aliquid ſuavius, utilius, præſtabilius. At quæ vincimus certamina? *τὰ μέγιστα θηρία*: vitia intelligit, de quibus ſtatim in principio egimus. Summa rei hæc eſt, ut ſuperet animum & cupiditatem ratio: quam primam laudatiſſimam victoriam nominavit Plato: Τὸ *νικᾶν*, inquit, *αὐτὸν ἑαυ-*

ἔφη. Αὕτη δὲ τίς ἐστιν; Εὐδαιμονία, ἔφη· ποία δὲ ἐστιν αὕτη; ὁρᾷς τὴν ὁδὸν ἐκείνην, τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν ἐκεῖνο, ὅ ἐστιν ἀκρόπολις τῶν περιβόλων πάντων; ὁρῶ. οὐκοῦν ἐπὶ τῷ προπυλαίῳ γυνὴ καθεστηκυῖα εὐειδής τις καθῆται ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, κεκοσμημένη ἐλευθέρως, καὶ ἀπεριέργως, καὶ ἐστεφανωμένη στεφάνῳ εὐανθεῖ πάνυ καλῶς; Ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν. Αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ Εὐδαιμονία, ἔφη. ὅταν οὖν ὧδέ τις παραγένηται, τί ποιεῖ; Στεφανοῖ αὐτὸν, ἔφη, τῇ ἑαυτῆς δυνάμει Εὐδαιμονία, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι Ἀρεταὶ, ὥσπερ τοὺς νενικηκότας τοὺς μεγίστους ἀγῶνας. Καὶ

cunt? Ad matrem suam, inquit. Ea vero quæ est? Beatitudo, inquit. Cujusmodi vero est? Videsne viam illam quæ ducit ad fastigium illud, quæ arx est septorum omnium? video. In vestibulo igitur Matrona, constanti ætate, & formosa, in alto solio sedet, compta liberaliter, & citra luxum, corona florida peregregie ornata. Ita sane videtur. Ea igitur Beatitudo est, inquit. Cum autem huc aliquis pervenerit, quid illa agit? Coronat eum, inquit, sua vi, cæteræque virtutes omnes, ut eos qui maximis sint certaminibus defuncti. Qui-

ἑαυτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη. τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ πάντων αἴσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον. Cum his conveniunt & hæc ejusdem, ut Cebes etiam verba ipsa sumpsisse à Platone videatur. τῶν ἡδονῶν, inquit, νίκης ἀκρατεῖς ὄντας ἂν ζῆν εὐδαιμόνως. ἡττωμένους δὲ, τοὐναντίον ἅπαν. Indicat vero etiam non solum ita sapientes loqui, sed & vulgus, ubi inquit, ἡδονῆς μὲν τοίνυν καὶ θυμοῦ λεγόμενον σχεδὸν, ἅπαντες ὡς ὁ μὲν κρείττων ἡμῶν, ὁ δὲ ἥττων ἐστί. Explicantur illæ belluæ uberius: quarum aliæ sunt vitiorum scaturigines, aliæ ipsa vitia, aliæ mala, quæ vitia ipsa comitantur. Ignorantia in errorem inducit, errantes in plerisque graviter delinquimus, ex vitiis denique calamitas. *Idem*,

Καὶ ποίους ἀγῶνας νενίκηκεν αὐτός; ἔφην ἐγώ. Τοὺς μεγίστους, ἔφη, καὶ τὰ μέγιστα θηρία. ἃ πρότερον αὐτὸν κατήσθιε, καὶ ἐκόλαζε, καὶ ἐποίει δοῦλον. ταῦτα πάντα νενίκηκε, καὶ ἀπέρριψεν ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ κεκράτηκεν ἑαυτοῦ· ὥστε ἐκεῖνα νῦν τούτῳ δουλεύουσι, καθάπερ οὗτος ἐκείνοις πρότερον. Ποῖα λέγεις ταῦτα τὰ θηρία; πάνυ γὰρ ἐπιθυμῶ ἀκοῦσαι. Πρῶτον μὲν ἔφη, τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὴν πλάνον. ἢ οὐ δοκεῖ σοι θηρία ταῦτα εἶναι; Καὶ πονηρά γε, ἔφην ἐγώ. Εἶτα τὴν Λύπην, καὶ τὸν ὀδυρμόν, καὶ τὴν Φιλαργυρίαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, καὶ τὴν λοιπὴν ἅπασαν κακίαν; πάντων τούτων κρατεῖ, καὶ οὐ κρατεῖται, ὥσπερ τὸ πρότερον. Ὢ καλῶν ἔργων, ἔφην ἐγώ, καὶ καλλίστης νίκης· ἀλλ' ἐκεῖνο ἔτι μοι εἰπέ, τίς ἡ δύναμις τοῦ στεφάνου, ᾧ ἔφης στεφανοῦσθαι αὐτόν; Εὐ-

Quibus autem certaminibus is est defunctus? inquam. Tum ille: Maximis, inquit: & maximas belluas, quæ prius ipsum devorabant, & cruciabant, nec non in servitutem dabant, superavit omnes, & à se profligavit, ipse sui juris factus: adeo ut illæ jam ei ita serviant; quemadmodum ipse dudum illis serviebat. Quasnam dicis belluas? Perquam enim audire cupio. Primum, inquit, Ignorantiam & Errorem. An vero eas esse belluas non censes? Et quidem maleficas, inquam. Deinde Dolorem, Luctum, Avaritiam, Intemperantiam, & omnia genera vitiorum. His omnibus imperat; non paret, ut prius. O præclara, inquam, facinora, victoriamque pulcherrimam! Verum illud etiam mihi dicito: quæ vis est illius coronæ, qua eum ornari dicebas?

Εὐδαιμονικὴ, ὦ νεανίσκε.
ὁ γὰρ στεφανωθεὶς ταύτῃ τῇ
δυνάμει εὐδαίμων γίνεται,
9 καὶ μακάριος, καὶ οὐκ ἔχει
ἐν ἑτέροις τὰς ἐλπίδας τῆς
εὐδαιμονίας, ἀλλ' ἐν ἑαυ-
τῷ. Ὡς καλὸν τὸ νίκημα
λέγεις; ὅταν δὲ στεφανω-
θῇ, τί ποιεῖ, ἢ ποῖ βαδίζει;
10 Ἄγουσιν αὐτὸν ἀπολα-
βοῦ-

bas? Beatifica, ô adolescens. Nam qui ea vi coronatur, fit beatus, & malorum expers: nec in aliis spem felicitatis habet repositam, sed in semet ipso. O præclaram victoriam! Ubi autem coronatus est, quid facit, quove abit?

9 Καὶ μακάριος, καὶ οὐκ ἔχει ἐν ἑτέροις τὰς ἐλπίδας τῆς εὐδαιμονίας ἀλλ' ἑαυτῷ.] Hæc à Schola Stoica non prorsus abhorrentia, tamen ex ipso Platone desumpta videri possunt cujus hæc sunt verba in Epitaphio: Ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ, inquit, εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, ἢ ἐγγὺς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ, ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἠνάγκασται, καὶ τὰ ἐκείνου, τούτῳ ἄριστα παρεσκεύασται ζῆν· οὗτός ἐστιν ὁ σώφρων, καὶ οὗτος ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνιμος. οὗτος γιγνομένων χρημάτων καὶ παίδων, καὶ διαφθειρομένων, μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ. οὔτε γὰρ χαίρων οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται, διὰ τὸ αὐτῷ πεποιθέναι.

Quem locum sic interpretatus est M. Tullius: *Nam cui viro ex se ipso apta sunt omnia, quæ ad bene vivendum ferunt, nec suspensa aliorum, aut bono casu, aut contrario, pendere ex alterius eventis, & errare coguntur; huic optime vivendi ratio comparata est. Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens: hic & nascentibus & cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis, parebit & obediet præcepto illi veteri: neque enim lætabitur unquam, nec mærebit nimis: quod semper in seipso omnem spem reponat sui.* Quod Plato ait, si ab eo excludatur benevolentia, sive beneficium DEI, falsum sit. Sed cum cæteri clamant, tum Philosophi magnifice prædicant, nihil esse boni, nisi à DEO. & maxima maxime. Sic apud eundem ait Socrates Eutyphrone: οὐδὲν γάρ ἐστιν ἡμῖν ἀγαθὸν, ὅ, τι ἂν μὴ ἐκεῖνοι δῶσιν. Nec de Platonis mente dubitari potest, qui inter Philosophos maxime omnium religiose scripsit. Sic & Aristoteles Ethic. 1. περὶ εὐδαιμονίας, ὅτι μάλιστα θεόσδοτος. *Idem.*

10 Ἄγουσιν αὐτόν.] Nec enim è cætu mortalium se abducit vir bonus, etiamsi salutem sit consecutus; sed in re domestica & publica operam ipse navat generi mortalium. Hoc autem ipsum est beatum sive divinum, bene de amicis, bene de patria, bene de multis mortalibus mereri. Quando vero etiam quis animadvertit errorem maximæ multitudinis mortalium, duplicatur ei id, quo potitus fuit, summum bonum: quod & Lucretius affirmat suavissimis versibus.

Suave mari magno turbantibus æquora ventis, &c. Idem.

βοῦσαι αἱ Ἀρεταὶ πρὸς τὸν τόπον ἐκεῖνον, ὅθεν ἦλθε πρότερον, καὶ δεικνύουσιν αὐτῷ τοὺς ἐκεῖ διατρίβοντας, ὡς κακῶς καὶ ἀθλίως ζῶσι, καὶ ὡς ναυαγοῦσιν ἐν τῷ βίῳ, καὶ πλανῶνται, καὶ ἄγονται κατακεκρατημένοι, ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων· οἱ μὲν ὑπ' Ἀκρασίας, οἱ δὲ ὑπ' Ἀλαζονείας, οἱ δὲ ὑπὸ Φιλαργυρείας, ἕτεροι δὲ ὑπὸ Κενοδοξίας, οἱ δὲ ὑφ' ἑτέρων κακῶν· ἐξ ὧν οὐ δύνανται ἐκλῦσαι ἑαυτοὺς τῶν δεινῶν, οἷς δέδενται, ὥστε σωθῆναι, καὶ ἀφικέσθαι ὧδε. ἀλλὰ ταράττονται διὰ παντὸς τοῦ βίου. τοῦτο δὲ πάσχουσι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν ἐνθάδε ὁδὸν εὑρεῖν. ἐπελάθοντο γὰρ τὸ παρὰ τοῦ δαιμονίου πρόσταγμα. Ὀρθῶς μοι δοκεῖς λέγειν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν ἀπορῶ, διὰ τί δεικνύουσιν αὐτῷ τὸν τόπον ἐκεῖνον αἱ Ἀρεταὶ, ὅθεν ἧκε τὸ πρότερον. Οὐκ ἀκριβῶς ᾔδει, οὐδὲ ἠπίστα-

το,

it? Virtutes eum deducunt eo, unde ante venerat: & ostendunt ei illos qui ibi agunt, ut male & misere vivant, & ut vitæ naufragium faciant, & errent: & quasi victi ab hostibus ducantur; alii ab Incontinentia, alii ab Arrogantia, alii ab Avaritia, alii Vanæ gloriæ studio, alii ab aliis malis. Quibus à difficultatibus, quibus constricti tenentur, ipsi eluctari non possunt, ut serventur, & huc perveniant; sed per omnem ætatem turbantur. Quod eo illis accidit, quod viam hanc invenire non possunt, quippe obliti mandatum quod Genius dederat. Recte mihi dicere videris. Sed rursus illud dubito, cur Virtutes eum locum illi monstrent, unde prius huc venerat. Non satis nôrat, neque intelligebat, inquit, quic-

quam

το, ἔφη, οὐδὲν τῶν ἐκεῖ, ἀλλ' ἐνεδοίαζε. καὶ διὰ τὴν Ἄγνοιαν, καὶ τὸν Πλάνον, ὃν διεπεπώκει, τὰ μὴ ὄντα ἀγαθὰ ἐνόμιζεν ἀγαθὰ εἶναι, καὶ τὰ μὴ ὄντα κακὰ, κακά. διὸ καὶ ἔζη κακῶς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι οἱ ἐκεῖ διατρίβοντες. νῦν δὲ ἀπειληφὼς τὴν ἐπιστήμην τῶν συμφερόντων, αὐτός τε καλῶς ζῇ, καὶ τούτους θεωρεῖ ὡς κακῶς πράσσουσιν. Ἐπειδὰν οὖν θεωρήσῃ πάντα, τί ποιεῖ, ἢ [11] ποῖ βαδίζει; Ὅπου ἂν βούληται, ἔφη· πανταχοῦ γάρ ἐστιν αὐτῷ ἀσφάλεια, [12] ὥσπερ τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἔχοντι. καὶ πανταχοῦ οὖν ἂν ἀφί-

quam eorum quæ ibi geruntur: sed dubitabat: &, ob Ignorantiam & Errorem quem imbiberat, ea quæ bona non sunt, bona esse putabat; & mala, quæ mala non sunt. Quare male vivebat, ut cæteri qui ibi degunt. Nunc vero conducibilium rerum scientiam consecutus, cum ipse bene vivit, tum illorum miserias perspicit. Hæc autem contemplatus, quid agit, aut quo vadit? Quocunque voluerit, inquit. Ubique enim in tuto est, non secus ac si Corycium antrum teneret. Et quocunque per-

11 Ποῖ βαδίζει.] Vera ἐλευθερία. Ei vero ubique bene, ubique patria: miseri in patria exsulant, se ipsi fugiunt. *Idem.*

12 Κωρύκιον ἄντρον.] Pingit hunc locum Oratione. Quod in tuto sit & amœno loco virtute præstans. quale antrum Corycium describitur, in quo optimus crocus provenit. Esse enim cavernam ingentem, rotundam, altis rupibus cinctam undiquaque: ubi descenderis solum etsi inæquale & maxima ex parte saxosum: tamen perpetuo viventibus fruticibus ferax juxta solum croco consitam, ut scribit Strabo lib. 14. Κώρυκος, inquit, ἄκρα, ὑπὲρ ἧς ἐν εἴκοσι σταδίοις, &c. *Idem.*

Ὥσπερ τὸ κωρύκ. ἄντρον ἔχοντι.] Salmas. in *Præfat.* [Notum ex Geographis, quale fuerit antrum Corycium. Ex ejus descriptione liquet, quam tuti esse potuissent ac securi, qui specum illum incolere voluissent. vide Melam lib. 1. c. 13. *Casaubonus.*

Significat, locum hunc tutum & amœnum esse, instar antri Corycii. Cujus elegantem τοπογραφίαν vide apud Melam cap. XIII. in descriptione Ciliciæ. Meminit ejus quoque Strabo lib. 14. *Snecanus.*

†† Ver-

ἀφίκηται, πάντα καλῶς βιώσεται μετὰ πάσης ἀσφαλείας. ὑποδέξονται γὰρ αὐτὸν ἀσμένως πάντες, καθάπερ τὸν ἰατρὸν οἱ πάσχοντες. Πότερον οὖν κἀκείνας τὰς γυναῖκας, ἃς ἔφης θηρία εἶναι, οὐκ ἔτι φοβεῖται, μή τι πάθῃ ὑπ' αὐτῶν; Οὐδέν. οὐ μὴ διοχληθήσεται, οὔτε ὑπὸ Ὀδύνης, οὔτε ὑπὸ Λύπης, οὔτε ὑπ' Ἀκρασίας, οὔτε ὑπὸ Φιλαργυρίας, οὔτε ὑπὸ Πενίας, οὔτε ὑπὸ ἄλλου κακοῦ οὐδενός. ἁπάντων γὰρ κυριεύει, καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶ τῶν πρότερον αὐτὸν λυπούντων. [13] καθάπερ οἱ ἐχιόδηκτοι. τὰ γὰρ θη-

pervenerit, omnino honeste vivet, ab omni periculo remotissimus. Omnes enim eum libenter suscipient, ut ægroti medicum. Numquid ergo illas quoque mulieres, quas dicebas esse belluas, timere desiit, nihil ab eis expectans mali? †† Nihil. Neque enim vel Dolore, vel Molestia, vel ab incontinentia, vel ab Avaritia, vel à paupertate, vel ab ullo alio malo vexabitur. Omnibus enim dominatur, omnibus est superior iis à quibus ante exagitabatur; quemadmodum viperarii. Nam serpen-

†† Vertit interpres *nihil* secutus Græcum οὐδέν. haud dubie vitiose si quid judicem, cum istud οὐδέν responsionis vicem sustinens referri debeat ad οὐκ ἔτι φοβεῖται. quæ si cum interprete reddas *timere desiit*, responsum similiter addendum erit, *desiit*: ut sit plene, οὐκ ἔτι φοβεῖται οὐδέν.

13 Ut ad hujus loci sententiam propius accedamus, subjiciam quæ ad institutum facere arbitror. Sic igitur Plinius, libro septimo, capite secundo, de Ophiogenibus, Psyllis & Marsis: *Crates Pergamensis in Hellesponto, &c.* usque ad illa verba, *natos serpentibus.* Et paulo inferius, *Simile & in Italia Marsorum genus durat, quos a Circes filio ortos ferunt, & ideo inesse iis vim naturalem eam.* Eodem capite, sed multo inferius, refert, incolere Athon montem, qui viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti, corporive, nec vestibus eorum noxia esse animalia. Sic Strabo: ἐνταῦθα μυθεύουσι τοὺς ὀφιογενεῖς συγγένειάν τινα ἔχειν πρὸς τοὺς ὄφεις. Pagina 94. Εἶτα Τέντυρα πόλις, ἐνταῦθα δὲ διαφερόντως παρὰ τοὺς ἄλλους Αἰγυπτίους ὁ Κροκόδειλος ἠτίμωται, *&c.* usque ad illa verba, οἱ Τεντυρῖται. Ipsa autem verba, [κα-

[καθάπερ οἱ ἐχιόδηκτοι] quomodo interpres, aut quomodo aptam ex iis sententiam eliciam non video: aliquam hic maculam hærere suspicor, nec tamen aliquid corrigo, nec me unum ex Criticis profiteor. Forte legendum sit οἱ ὀφιογενεῖς: aut quos alios nominatim appellarit. Altera dictio ex margine in verba scriptoris irrepserit. Sed de neutro affirmo. Quid velit, nos, opinor, non fugit: hoc videlicet, ut quidam, quod inviolabiles ipsi sunt, aut certum remedium in promptu habent, morsu viperæ non læduntur, aut pereunt: ita quem Diva beatitas coronaverit, is nec à feris, quæ dicuntur, necari aut lædi potest: non conficitur, nec angore, nec tristitia, nec intemperantia, nec avaritia, nec paupertate, nec ullis horum malorum, quibus plerique mortalium graviter afficiuntur, & multi miseri pereunt. Sunt item viperæ, in quibus etiam plus veneni: fortunæ bona, honores, imperium, opes, nec non voluptates omnis generis, præter eas, quæ sunt expurgati animi. Illa non anxie desiderat vir bonus. Sive accepit aliunde, sive sibi comparavit, iis non abutitur, sed sic utitur, ut officii nulla in parte obliviscatur. Hæc causa est, quod qui ita sapientia sunt præditi, ut ita loquamur, æmulantur Prometheum, quæ propriè prudentia dicitur, directrix omnium actionum & consiliorum, quæ in nostris rebus capimus: in quibus προαίρεσις semper est recte agendi, quod est acre studium, nec ullo unquam tempore intermittitur. Fieri igitur non potest, aut certe nec cito, nec facile fieri potest, ut bonus à se desciscat, & sui dissimilis evadat. Nec vero de viri boni constantia dubitandum, περὶ οὐδὲν γὰρ οὕτως ὑπάρχει τῶν ἀνθρωπίνων βεβαιότης, ὡς ὑπὸ τὰς ἐνεργείας τὰς κατ' ἀρετήν, ut Arist. Ethic. primo ait. Tanta est perpetuitas & constantia operationum virtutis, ut nullius rei humanæ. Sunt autem ἐνέργειαι non tantum facta, sive actiones virtutis; sed etiam consilia & mentis cogitationes, quæ diriguntur ad virtutem. quæ nunquam oportet quiescere Non est igitur beatus Chamæleontis instar aut Polypi: sed ex Platone, sive potius ex ipso Simonide adducitur ibidem, τετράγωνος ἄνευ ψόγου ὁ ἀγαθός: *vir bonus revera quadrans absque reprehensione.* Totus ille locus consideretur. *Caselius.*

Καθάπερ οἱ ἐχιόδηκτοι.] Salm. in *Præfat.* [Ἐχιόδηκτοι haud alii queant intelligi, præter eos quos vipera momorderit. Ecquod illi ad morsum viperæ remedium habeant qui à vipera morsi fuerint, haud fateor me videre.] Hinc vir summus, quia Arabs, *viperarios* reddidit, conjicit eum legisse ἐχιοθῆρες vel ἐχιοθήρας: i. *viperarum venatores.* Ego minori mutatione, ἐχιοδεῖκται dudum legendum conjiciebam, & ita ad oras meas notaveram: ut intelligat, qui viperas circumferebant, (aut alebant) ad spectaculum; quod quæ aliis morsu suo perniciosæ vulgo essent: illi sine noxa familiariter tractarent. Tales, aut valde fallor, alicubi legere memini, & locum in libris, qui jam non mei juris, annotasse. Ratio nominis obvia, & H. Stephanus, in opere nunquam satis laudato, citat ex v. l. δεῖκται, θηρῶν: quod idem fere est. Cæterum, nec illud Salmasianum, ἐχιοθῆρες, ullibi est: quod ego sciam. Caselii conjectura, (sed quæ ab ipso modeste proponitur) remotior, οἱ ὀφιογενεῖς. in Veteri Lexico, (quod me monuit vir doctiss. *Ja. Wynder*, Doctor Medicinæ Londinensis:) ὀφιοδιώκτης: *morsio.* Pari ratione, & ἐχιοδιώκτης. Nulla est harum lectionum quæ non vulgatæ præferenda videatur. Sed nunquam satis cauti sumus, cum de mutanda lectione ferenda sententia est. Hinc tot Criticorum fœdæ & feræ digladiationes. Duplici argumento eo prope nunc adducor, ut nihil mutandum censeam. Primo, quia dicit διὰ τὸ ἔχειν ἀντιφάρμακον αὐτοὺς τινα. Quid illud τινα, nisi τὸ δηχθῆ-

θηρία δήπου πάντας τοὺς ἄλλους κακοποιοῦντα μέχρι θανάτου, ἐκείνους οὐ λυπεῖ, διὰ τὸ ἔχειν ἀντιφάρμακον αὐτοὺς τοῦτο· καὶ τοῦτον οὐδὲν λυπεῖ, διὰ τὸ ἔχειν ἀντιφάρμακον. Καλῶς ἐμοὶ δοκεῖς λέγειν. ἀλλ' ἔτι τοῦτό μοι εἰπὲ, τίνες εἰσὶν οὗτοι οἱ δοκοῦντες ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ βουνοῦ παραγίγνεσθαι; καὶ οἱ μὲν αὐτῶν [14] ἐστεφανωμένοι, ἔμφασιν ποιοῦσιν εὐφροσύνης τινός. [15] οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι, καὶ τὰς κνήμας καὶ τὰς κεφαλὰς δοκοῦσι τετρῖφθαι. κατέ-

χονται

pentes, qui omnes alios ad necem usque persequuntur, illos non lædunt, eo quod veneni remedium habent. Ita & hunc nihil lædit, eo quod remedium habet. Recte mihi dicere videris. Sed illud etiam mihi explica, quinam ii sint, qui inde à tumulo adventant? Quorum alii coronati, speciem hilaritatis præ se ferunt; qui vero coronis carent desperabundi, cùm cruribus & capitibus attritis esse, tum à mulieribus quibusdam detineri videntur. Qui

co-

δηχθῆναι ὑπὸ τοῦ ἔχιος intelligat? Deinde, ratio similitudinis tanto plenior, cum pariter de *beato* dixerit, jam eum lædi non posse, à quibus ante lædebatur. Cæterum de viperæ morsu an ita res habeat, necne, non hic quæro. Quam multa vulgo recepta & credita, quæ falsi convincit experientia? Mirum ni alii qui jam non occurrunt, ita olim prodiderint. Cælius Rhodoginus aliquid in hanc sententiam, quod apud ipsum lector inveniet. *Casaubonus.*

14 *Ἐστεφανωμένοι.*] Qui in studio virtutis perseverant, coronantur, sunt certo animo: habent enim quibus contenti sunt, nec conficiuntur desideriis rerum, quæ extra ipsos sunt. Namque necessaria paratu non sunt difficillima. Sin quis modum non statuat cæteris bonis, is nunquam in summa fortuna acquiescit, quoniam nova ille semper sitit. Boni autem ita animo confirmati, quoquo etiam tuto se vertant, & ita vitæ mortalis spatium non adeo misere, immo satis feliciter conficiant. Debent autem illa omnia rectæ educationi. *Caselius.*

15 *Οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι.*] Victoria excidunt, qui ad *παιδείαν*, sive rectam eruditionem non accesserunt, aut ei dicto minus audientes fuerunt. Plerique autem deficiunt abstracti illecebris falsarum sive noxiarum voluptatum, aut negotiorum,

labo-

χονται δὲ ὑπὸ γυναικῶν τινῶν. Οἱ μὲν ἐστεφανωμένοι, σεσωσμένοι εἰσὶ πρὸς τὴν Παιδείαν, καὶ εὐφραίνονται, τετυχηκότες αὐτῆς. οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι ὑπὸ τῆς Παιδείας, ἀνακάμπτουσι, κακῶς καὶ ἀθλίως διακείμενοι· οἱ δὲ ἀποδεδειλιακότες, καὶ ἀναβεβηκότες πρὸς τὴν Καρτερίαν, πάλιν ἀνακάμπτουσι, καὶ πλανῶνται ἀνοδίᾳ. Αἱ δὲ γυναῖκες, αἱ μετ' αὐτῶν ἀκολουθοῦσαι, τίνες εἰσὶν αὗται; Λύπαι ἔφη, καὶ Ὀδύναι, καὶ Ἀθυμίαι, καὶ Ἀδοξίαι, καὶ Ἄγνοιαι. Πάντα κακὰ λέγεις αὐτοῖς ἀκολουθεῖν. Νὴ Δία, πάντα, ἔφη, ἀκολουθοῦσιν· [16] ὅταν δὲ οὗτοι παραγένων-

coronas gestant; inquit, incolumes ad Eruditionem pervenerunt, eaque se potitos esse lætantur. Qui autem coronis carent, partim ab Eruditione repudiati recedunt, male ac misere affecti; partim ignavia debilitati, cum ad Tolerantiam ascendissent, retro redeuntes, nullo certo itinere oberrant. Mulieres vero, eos assectantes, quæ sunt? Ærumnæ, inquit, & Molestiæ, & Desperationes, & Ignominia, & Ignorationes. Si ita est, ut dicis, mala omnia eos assectantur. Utique profecto mala omnia sequuntur. Cum vero

laborumque impatientia. Hi in vita sibi nusquam constant; sed in omnibus ejus partibus errant, & hinc inde vagantur, non incomitati. Sectantur enim eos molestiæ & dolores, graves cruciatus animi, desperatio, infamia sive obscuritas, inscitia denique illarum pessima mater. *Idem.*

16 Ὅταν δὲ οὗτοι.] Primum nulli se culpæ affines esse autumant, quando non sentiunt, cum quantis luctantur malis: quod est ipsis malorum principium & caput, ut insani in maximo morbo sunt, qui se insanire ne suspicantur quidem. Alterum est, quod oderunt παιδείαν, eique faciunt convitium: quod & in

γένωνται εἰς τὸν πρῶτον περίβολον πρὸς τὴν Ἡδυπάθειαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, [17] οὐχὶ αὑτοὺς αἰτιῶνται, ἀλλ' εὐθὺς κακῶς λέγουσι καὶ τὴν Παιδείαν, καὶ τοὺς ἐκεῖσε βαδίζοντας, ὡς ταλαίπωροι καὶ ἄθλιοί εἰσι, καὶ κακοδαίμονες, οἳ τὸν βίον τὸν παρ' αὐτοῖς ἀπολιπόντες κακῶς ζῶσι, καὶ οὐκ ἀπολαύουσι τῶν παρ' αὐτοῖς ἀγαθῶν. [18] ποῖα δὲ λέγουσιν ἀγαθὰ εἶναι, τὴν Ἀσωτίαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν; ὡς εἴποι ἄν τις ἐπὶ κεφαλαίου. τὸ γὰρ εὐωχεῖσθαι βοσκημάτων τρόπον, ἀπόλαυσιν μεγίστων ἀγαθῶν ἡγοῦνται εἶναι. Αἱ δὲ ἕτεραι γυναῖκες αἱ ἐκεῖθεν παραγινόμε-

vero isti in primum septum ad Luxuriam & Incontinentiam redierunt, non semet ipsos accusant: sed statim & Eruditioni, & id iter ingressis maledicunt, ut ærumnosis, & miseris atque infelicibus, qui ea vita, quam ipsi agant, relicta, male vivant, nec perfruantur ipsorum bonis. Quæ vero bona esse dicunt? Luxum, & Incontinentiam, ut summatim dicam. Nam, pecudum more gulæ servire, maximorum bonorum esse fructum opinantur. Alteræ vero mulieres illinc profectæ, hilares

in artibus fit, ut quæ ignoramus, ea habeamus in vilissimis: vulgo certe ita fieri experimur. *Idem.*

17 In quibusdam editionibus reperitur οὐχ' ἑαυτοὺς. Sed hæc librariorum, ut opinor, vitio subinde commutantur. *Wolfius.*

18 Ποῖα δὲ λέγουσιν ἀγαθὰ εἶναι.] Cum vitam beatam in voluptate ponant, eaque sordida, luxu & intemperantia se beatos judicant. Vitam autem vivunt non hominum; sed pecudum, quasi anima tantum vegetativa & sensitiva præditi, rationis expertes. Sic Xenophon ἀπομν. δ΄. τί γὰρ διαφέρει, ὦ Εὐθύδημε, ἄνθρωπος ἀκρατὴς θηρίου. usque ad βοσκημάτων. Aristot. 3. Ethic. περὶ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀκολασία ἐστὶν, ὧν καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα κοινωνεῖ· ὅθεν ἀνδραποδώδεις καὶ θηριώδεις φαίνονται. *Caselius.*

μῶσαι, [19] ἱλαραί τε καὶ γελῶσαι, τίνες καλοῦνται; [20] Δόξαι, ἔφη. καὶ ἀγαγοῦσαι πρὸς τὴν Παιδείαν τοὺς εἰσελθόντας πρὸς τὰς Ἀρετὰς, ἀνακάμπτουσιν ὅπως ἑτέρους ἀγάγωσι, καὶ ἀναγγείλωσιν, ὅτι εὐδαίμονες ἤδη γεγόνασιν, οὓς τότε ἀπήγαγον. Πότερον οὖν, ἔφην ἐγὼ, αὗται εἴσω πρὸς τὰς Ἀρετὰς εἰσπορεύονται; Ἔφη, [21] οὔ. οὐ γὰρ θέμις Δόξαν εἰσπορεύεσθαι πρὸς τὴν Ἐπιστήμην. ἀλλὰ τῇ παιδείᾳ παραδιδόασιν αὐτούς. εἶτα ὅταν ἡ παιδεία παραλάβῃ, ἀνακάμπτουσιν αὗται πάλιν, ἄλλους ἄξουσαι· ὥσπερ αἱ νῆες, τὰ φορτία ἐξελόμεναι,

res, & ridentes; quibus nominibus appellantur? Opiniones, inquit: & perductis ad Eruditionem iis qui ad Virtutes sunt ingressi, redeunt, ut alios adducant, atque renuncient, eos quos illo adduxerint, jam beatos esse factos. Utrum igitur, inquam, istæ ad Virtutes ingrediuntur? Non, inquit: neque enim fas est Opinionem intrare ad Scientiam: sed Eruditioni tradunt illos. Quos cum Eruditio susceperit, redeunt istæ, rursus alios adductura; veluti naves, expositis sarcinis reductæ, aliis rebus

19 Ἱλαραί τε.] Non ἠλαραί τε. *Wolfius.*

20 Δόξαι.] Opiniones cum falsæ sint, quo pacto quem ad veram disciplinam deducant? Sic opinor, quia fieri non potest, quin qui opinatur, cogitationes huc illuc verset. Quanquam autem nihil videt, de quo certi aliquid statuat: tamen adfulget illi recti aliquid, sive scintillula veritatis. Cum igitur certiora scire desideremus, opiniones quodammodo duces sunt ad veritatem, nisi in eas quis juraverit. Sunt hilares & rident: quia qualiscunque cognitio animum lætitia perfundit, etiamsi ex opinione solida non sit. Variæ opiniones inter se comparatæ à veritate non penitus abhorrent. Regrediuntur, manentque in vulgo. Cum autem quis verum viderit, & falsa à veris distinxerit, jam opinari desinit, & scire rem ipsam incipit. *Caselius.*

21 Οὐ γὰρ θέμις Δόξαν εἰσπορ.] Vide supra notata, num. 16. *Casaub.*

μένας, πάλιν ἀνακάμπτουσιν, καὶ ἄλλων τινῶν γεμίζονται. Ταῦτα μὲν δὴ καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφην, ἐξηγεῖσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνο οὐδέπω ἡμῖν δεδήλωκας, [22] τί προστάττει τὸ Δαιμόνιον τοῖς εἰσπορευομένοις εἰς τὸν βίον ποιεῖν; Θαῤῥεῖν, ἔφη. διὸ καὶ ὑμεῖς θαῤῥεῖτε. πάντα γὰρ ἐξηγήσομαι, καὶ οὐδὲν παραλείψω. Καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. Ἐκτείνας οὖν τὴν χεῖρα πάλιν, Ὁρᾶτε, ἔφη, τὴν γυναῖκα ἐκείνην, ἣ δοκεῖ τυφλή τις εἶναι, καὶ ἐπὶ λίθου στρογγύλου ἑστάναι, ἣν καὶ ἄρτι ὑμῖν εἶπον, ὅτι Τύχη καλεῖται; Ὁρῶμεν. Ταύτην κελεύει, ἔφη, μὴ

bus onerantur. Ista quidem mihi recte explicare videris. Sed illud nondum declarasti, quid Genius in vitam introëuntibus præcipiat? Ut bonis animis sint, inquit. Quare bonis animis este & vos. Enarrabo enim omnia, neque quicquam prætermittam. Recte dicis inquam. Rursus igitur extenta manu, Videtis, inquit, mulierem istam, quæ cæca esse videtur, & rotundo saxo, insistere, quam vobis modo dixi Fortunam appellari? Videmus. Huic, inquit,

22 Τί προστάττει τὸ δαιμόνιον.] Docet Genius, primum de fortuna, ejusque bonis, quemadmodum illa levis, hæc incerta sint. Igitur nec fortunæ, nec ejus bonis esse nitendum. Seneca:

Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora lapsis.

Hoc præceptum sapientiæ expressit & Tragœdus Euripides, ut opinor:

Μηδ' εὐτύχημα μηδὲν ὧδ' ἔστω μέγα,
Ὅσ' ἐξεπάρῃ μεῖζον ἢ χρεὼν φρονεῖν.
Μηδ' ἄν τι συμβῇ δυσχερὲς, δήλου πάλιν.
Ἀλλ' αὐτὸς αἰεὶ μίμνε, τὴν σαυτοῦ φύσιν
Σώζων βεβαίως, ὥστε χρυσὸς ἐν πυρί.

Hinc Horatius & hoc expressisse videtur:

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare, &c. Caselius.

μὴ πιστεύειν, καὶ βέβαιον μηδὲν πιστεύειν, μηδὲ ἀσφαλὲς ἔχειν, ὅ, τι, ἂν παρ᾽ αὐτῆς λάβῃ τις, μηδὲ ὡς ἴδια ἡγεῖσθαι, οὐδὲν γὰρ κωλύει ταῦτα πάλιν ἀφελέσθαι, καὶ ἑτέρῳ διδόναι. πολλάκις γὰρ τοῦτο εἴωθε ποιεῖν. καὶ διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν κελεύει [23] πρὸς τὰς ἑαυτῆς δόσεις οὐχ [24] ἥττους γίγνεσθαι, καὶ μήτε χαίρειν ὅταν διδῷ, μήτε ἀθυμεῖν ὅταν ἀφέληται, καὶ μήτε ψέγειν αὐτὴν, μήτε ἐπαινεῖν. οὐδὲν γὰρ ποιεῖ μετὰ λογισμοῦ, ἀλλ᾽ εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχε πάντα, ὥσπερ πρότερον

quit, fidem habere vetat, aut quicquam firmum putari, tutove possideri, aut pro suo teneri, quod illi acceptum referatur. Nihil enim obstare, quo minus ea eripiat, & alteri tradat. Sæpe enim eam hoc facere solere. Ob eam igitur causam monet, ne vincantur illius muneribus; neve gaudeant cum largiatur; neve doleant cum eripiat: utque eam neque laudent, neque vituperent. Neque enim quicquam

23 Πρὸς τὰς αὐτῆς δόσεις οὐχ ἥττους· vel, ἀντλήτους. *Wolfius.*

Πρὸς τὰς ἑαυτῆς δ. οὐχ ἥττους γίγ.] Aliter omnes quas vidi edit. (Casel. Salmas. Plantin. &c.) exhibent: πρὸς τὰς ἑαυτῆς δ ἥττους γ. manifesto errore. Caselius, ἀνκλήτους reponebat; ut & nos olim ad oras nostras: vel certe ἀήττους. Sed non minus placet οὐχ ἥττους, quod hic invenimus; undecunque promptum: ex libris, aut ingenio. *Casaubonus.*

24 Ηττους γίγνεσθαι.] Genius jubet, ne quis se fortunæ muneribus subjiciat, sive se ab iis vinci patiatur; sive ut se invictos omnes præbeant, ut neque efferamur secundis, neque adversis animum despondeamus, sed has vel consilio emendemus, vel fortiter toleremus, illas moderemur, atque iisdem recte utamur & fruamur. Videtur autem legendum pro ἥττους vel οὐχ᾽ ἥττους, vel ἀνττήτους. Quæritur an sint bona? Id explicatum, quando ostendimus nominatim δυνάμει ἀγαθὰ, καὶ φύσει ἀγαθά.

An sint accipienda? & acceptanda & retinenda & firmanda, Potest enim id virtus, quam scientia largitur, Parantur vero etiam ab ipsa virtute, atque ita sunt firmiora. Carmen extat Casæ in fortunam omnium partibus perfectum, elegantia & sententiæ bonitate.

Expers consilii, quæ pede lubrico, &c. vide in locis Communibus. Titulo Fortunæ. *Caselius,*

πρότερον ὑμῖν ἔλεξα. Διὰ τοῦτο οὖν τὸ Δαιμόνιον κελεύει, [25] μὴ θαυμάζειν ὅ, τι ἂν πράττῃ αὕτη, μηδὲ γίγνεσθαι ὁμοίους τοῖς [26] κακοῖς τραπεζίταις. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων, χαίρουσι, καὶ ἴδιον νομίζουσιν εἶναι. ὅταν δὲ ἀπαιτῶνται, ἀγανακτοῦσι, καὶ δεινὰ οἴονται πεπονθέναι, οὐ μνημονεύοντες, ὅτι ἐπὶ τούτῳ ἔλαβον τὰ θέματα, ἐφ᾽ ᾧ οὐδὲν κωλύει τὸν θέμενον πάλιν κομίσασθαι. ὡσαύτως τοίνυν κελεύει ἔχειν τὸ Δαιμόνιον καὶ πρὸς τὴν παρ᾽ αὐτῆς δόσιν. καὶ μνημονεύειν, ὅτι τοιαύτην ἔχει φύσιν ἡ Τύχη, ὥς τε, ἃ δέδωκεν, ἀφελέσθαι, καὶ ταχέως πάλιν δοῦναι πολλαπλάσια.

quam consulto facere; sed temere atque inconsiderate, sicut ante vobis dixi. Quare Genius monet, ne mirentur, quicquid illa faciat: nevè malos mensarios imitentur, qui accepta ab aliis pecunia gaudeant tanquam sua; eademque repetita indignentur, atque injuriam sibi factam putent: obliti nimirum, ea conditione apud se fuisse depositam, ut absque ullo impedimento à creditore reciperetur. Eodem ergo modo jubet Genius erga ejus munera esse affectos: & id Fortunæ esse ingenium meminisse, ut &, quæ dederit, eripiat, & subito longe plura largiatur, rursusque auferat ea quæ de-

25 Μὴ θαυμάζειν ὅ, τι πράττῃ αὕτη] Bona autem fortunæ oblata non nisi æquo animo absque insolentia accipienda sunt: ab eadem ablata, non iniquo, neque cum animi cruciatu dimittenda: imo authori sic restituenda, quasi mutua acceperis, quo ad certum, sive ad quemcunque diem visum fuerit, mensario solvas. *Caselius.*

26 Κακοῖς τραπεζίταις.] Τραπεζίταις hic Arabs interpres pro *convivis* accepit: & notat Salmas. verbum Græcum ea notione interdum occurrere. Sed illa notio nihil ad hunc locum. Κακοὺς τραπεζίτας Salm. interpretatur, *malos argentarios*: & θέμα (quod mox sequitur) pecuniam ad mensam positam. *Casaubonus.*

σια· [27] αὖθις δὲ ἀφελέσθαι ἃ δέδωκεν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰ προϋπάρχοντα. ἃ γοῦν διδῷ, [28] κελεύει λαμβάνειν παρ' αὐτῆς, καὶ συντόμως ἀπελθεῖν ἔχοντα πρὸς τὴν βεβαίαν καὶ ἀσφαλῆ δόσιν. ποίαν ταύτην; ἔφην ἐγώ. Ἣν λήψονται παρὰ τῆς παιδείας, ἐὰν διασωθῶσιν ἐκεῖ. Αὕτη οὖν τίς ἐστιν; Ἡ ἀληθὴς Ἐπιστήμη, ἔφη, τῶν συμφερόντων, καὶ ἀσφαλὴς δόσις, καὶ βεβαία, καὶ ἀμε-

dederat: nec ea solum, sed illa etiam, quæ illi ante habuerint. Quæ igitur det, accipi jubet ab ea; iisque acceptis quam primum accedi ad constantem & tutam largitionem. Quænam illa est? inquam. Quam ab Eruditione sunt accepturi, si eo pervenerint incolumes. Ea vero quæ est? Vera scientia, inquit, rerum utilium, largitioque constans, tuta & immutabilis. Quare celeri-

27 Αὖθις δὲ ἀφελέσθαι ἃ δέδωκεν· τὸ μόνον redundat. *Wolfius.*

28 Κελεύει λαμβάνειν.] Quæ fortuna dilargitur, etsi comparata ad vera bona indifferentia sunt, tamen aspernari non oportet, quorum usus bonis semper egregius, omnibus necessarius quodammodo est. Ita Paris de forma, quam sibi ab Hectore exprobrari intelligebat.

Οὔ γὰρ, inquit, ἀπόβλητ' ἐστὶ
θεῶν ἐρικύδεα δῶρα.
Munera nequaquam fas est contemnere Divum.

Nec vero debet esse vitæ Domina fortuna; sed a scientia ad fortunam transeundum, id est, ad virtutem, sine qua illius bona exitio sunt, nec iis bona, qui ipsa possident. In via transeundum curriculo, ubi sunt ἀσωτία καὶ κακία: nec penes eas hærendum. Ubi radices egerint, vix unquam evelli poterunt, habitus malos discere perfacile est: nihil difficilius est, quam dediscere & exuere. Unde celebratur illud Poetæ:

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu.

Nihil autem magis cavendum, quam voluptas. Ethic. 2. in extremo, qui locus insignis est. Non ita subito prætereunda est, quæ dicta fuit ψευδοπαιδία. Licet enim ejus consuetudine aliquando frui: nec interea non potest quis respicere ad primam disciplinam. Ab illa petitur quasi quoddam viaticum. Philo ἐν τῷ περὶ μέθης. ἡ δὲ σοφίας ἀσκητὴς εἰδὼς καὶ φύσεις ἀρχόνας ὑπαρχούσας ἵσταται καὶ νεωτέρων προτέρων, καὶ πρεσβυτέρων ὑστέρων, &c. usque ad illa verba, ὅθεν ὥρμησαν ἰσχύσαι. *Caselius.*

ἀμετάβλητος. Φεύγειν οὖν κελεύει συντόμως πρὸς ταύτην. καὶ ὅταν ἔλθωσι πρὸς τὰς γυναῖκας ἐκείνας, ἃς καὶ πρότερον εἶπον, ὅτι Ἀκρασία καὶ Ἡδυπάθεια καλοῦνται, καὶ ἐντεῦθεν κελεύει συντόμως ἀπαλλάττεσθαι, καὶ μὴ πιστεύειν μηδὲ ταύταις μηδὲν, ἕως ἂν πρὸς τὴν Ψευδοπαιδείαν ἀφίκωνται. [29] κελεύει οὖν αὐτοῖς χρόνον τινὰ ἐνδιατρίψαι, καὶ λαβεῖν ὅ, τι ἂν βούλωνται παρ' αὐτῆς, ὥσπερ ἐφόδιον. εἶτα ἐντεῦθεν ἀπιέναι πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν συντόμως. Ταῦτ' ἐστὶν, ἃ προστάσσει τὸ Δαιμόνιον. Ὅστις τοίνυν παρ' αὐτά τι ποιεῖ ἢ παρακούει, ἀπόλλυται κακὸς κακῶς. ὁ μὲν δὴ μῦθος, ὦ ξένοι, ὁ ἐν τῷ πίνακι, τοιοῦτος ἡμῖν ἐστιν. εἰ δὲ δεῖ τι προσπυθέσθαι περὶ ἑκάστου τούτων, οὐδεὶς φθόνος. ἐγὼ γὰρ ὑμῖν φράσω. Καλῶς λέγεις, ἔφην

leriter ad hanc jubet confugi: cumque ad mulieres illas, quas ante dixi Incontinentiam & Luxuriam appellari, pervenerint, etiam ab iis statim discedi, ac ne his quidem fidem haberi ullam: donec ad Falsi nominis Eruditionem progressi fuerint. Apud hanc vero ad tempus eos commorari jubet: & quicquid voluerint, ab ea pro viatico accipere: Post celeriter inde ad Veram Eruditionem contendere. Hæc sunt mandata Genii: quæ qui non observat, aut non recte accipit, malus male perit. Ac fabula quidem, hospites, quam Tabula continet hujusmodi est. Si quid vero amplius de horum unoquoque percontari placet, licebit. Ego enim vobis dicam. Recte, inquam: dicis,

29 Wolfius in notis legit; κελεύει οὖν αὐτῇ χρόνον τινὰ ἐνδιατρίψαι,

ἔφην ἐγώ. ἀλλὰ τί κελεύει αὐτοὺς τὸ Δαιμόνιον λαβεῖν παρὰ τῆς Ψευδοπαιδείας; Ταῦθ' ἃ δοκεῖ εὔχρηστα εἶναι. Ταῦτ' οὖν τίνα ἐστί; Γράμματα, ἔφη, καὶ τὰ τῶν ἄλλων μαθημάτων. [30] ἃ καὶ Πλάτων φησὶν ὡσανεὶ χαλινοῦ τινος δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα περισπῶνται. πότερον δὲ ἀνάγκη ταῦτα λαβεῖν εἰ μέλλοι τις ἥξειν πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, ἢ οὔ; Ἀνάγκη μὲν οὐδεμία, ἔφη, χρήσιμα μέν τοί ἐστι. πρὸς δὲ τὸ βελτίους γενέσθαι οὐδὲν συμβάλλεται ταῦτα. Οὐδὲν ἄρα λέγεις ταῦτα χρήσιμα εἶναι πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι ἄνδρας; [31] Ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ τούτων βελτίους γενέσθαι. ὅμως δὲ οὐκ ἄχρηστα κἀκεῖνά ἐστιν, ὡς γὰρ δι' ἑρμηνέως συμβάλ-

cis. Quid ergo eos Genius à Falsi nominis Eruditione jubet accipere? Ea quæ usui esse videntur. Quænam illa sunt? Literæ, inquit, & cæteræ disciplinæ: quas & Plato adolescentibus fræni esse instar ait, ne aliis rebus distrahantur. Num vero necesse est istas accipere eum, qui ad Veram Eruditionem pervenire velit, an non? Nulla id quidem necessitas cogit. Nam commodæ illæ quidem sunt, sed ad incrementa virtutis nihil conferunt. Itane eas nihil conferre ad id dicis ut viri meliores evadamus? Licet enim vel sine his fieri meliores, inquit. Neque tamen inutiles sunt etiam istæ. Ut enim aliquando per interpretem ea quæ dicuntur cognoscimus; &

30 Ἃ καὶ Πλάτων φησί.] Vide Platonem 7. de LL. & Xenophontem *ἀπομν.* 4. *Caselius.*

Videtur intendere digitum ad librum septimum de Legibus. *Snecanus.*

31 Ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ τ.] Videtur hic aliquid deesse: Οὐδὲν ἔφη vel tale quid: quod tamen non affirmem, cum postea quoque similis ἐλλείψεως exemplum. *Casaubonus.*

βαλλόμενα τὰ λεγόμενά ποτε, ὅμως μέν τοί γε οὐκ ἄχρηστον ἦν, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν φωνὴν ἀκριβεστέραν ἔχειν, [32] κἄν τι συνήκαμεν· [33] οὕτω ἄνευ τούτων τῶν μαθημάτων οὐδὲν κωλύσει γενέσθαι. [34] πότερον οὐδὲν προέχουσιν οὗτοι οἱ μαθηματικοὶ πρὸς τὸ

& tamen non incommodum fuerit, nos ipsos illius linguæ accuratiorem habere cognitionem, quamvis aliquid per interpretem perceperimus: sic disciplinis istis carere, nihil est quod vetet. Non ergo meliore conditione sunt cæteris isti Mathematici, nec facilius pos-

32 Ἔχειν ἄν τι συνήκαμεν.] Fortasse κἄν τι. & paulo post, οὕτως ἄνευ τούτων τῶν μαθημάτων οὐδὲν κωλύσει γενέσθαι. videtur καλοὺς κἀγαθοὺς, vel εὐδαίμονας addendum. nisi forte γενέσθαι ἄνευ τούτων, capiatur pro μὴ ἔχειν ταῦτα, καὶ ἀγνοεῖν. Similitudo autem illa de interprete videtur obscurior. sed hanc tamen ejus sententiam esse reor, ut falsi nominis eruditionem interpreti virtutis: eos vero qui citra illam ad virtutem perveniant, orationem virtutis per se intelligentibus & conferat, & præferat alteris. *Wolfius.*

Ἄν τι συνήκαμεν.] Sententia quam interpres expressit (nec alia commodior se offert:) videtur exigere, ἄν τι· vel κἄν τι συνηκ. Et mox recte observat Casel. εὐδαίμονας, aut tale quid supplendum esse, sine qvo pendet sententia. Sed illud præterea notandum fuit; ut hæc aliquo defectu; ita sequentia, fastidiosa redundantia laborare. Facile observabit attentus Lector. Sententia plana: cætera, non tanti. Mox etiam, μαθηματικοὶ, interpres hic, *Mathematici*, nimis ambigue. Melius Caselius: istiusmodi doctrinis instructi: vel, *disciplinarum sectatores:* ut hic infra. *Casaubonus.*

33 Οὕτω ἄνευ τούτων τῶν μαθημάτων οὐδὲν κωλύσει γενέσθαι.] Hic adjiciendum videtur εὐδαίμονας, vel καλοὺς καὶ ἀγαθούς. Alioquin enim penderet sententia. Ad Philosophiam, quæ in contemplatione consumitur, absque illis disciplinis, citra controversiam nemo pervenit: integritatem animi & virtutes morales sibi comparabit etiam quis, qui in illis non magnopere sit versatus. Qui tamen versatus sit, plus adjumenti habebit ad recte agendum. Itaque eam Philosophiam servari nominat idem Philo. pag. 303. ὅτι τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν, καὶ ὡς νεωτέραν καὶ ὡς θεραπαινίδα ἀσπάζομαι, τὴν δὲ ἐπιστήμην καὶ φρόνησιν, ὡς τελείαν καὶ δέσποιναν ἐκτετίμηκα. *Circularem eruditionem etiam, ut minorem & famulam amplector: scientiam vero, ut perfectam & heram veneror. Caselius.*

34 Πότερον οὐδὲν προέχουσιν οὗτοι.] Quærit spectator, sintne meliore conditione ad adipiscendam virtutem, secundi septi disciplinis eruditi. Eos enim omnes appellat Mathematicos, ni fallor. Nec enim magis Mathematicos., quam cæteros videtur intelligere. Negat esse meliores, tabulæ interpres: tum quod neque dum ipsi de rebus bonis & malis satis informati sint, tum quod

τὸ βελτίους γενέσθαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων; πῶς μέλλουσι προέχειν, ἐπειδὰν φαίνωνται ἠπατημένοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ὥσπερ οἱ ἄλλοι, καὶ ἔτι κατεχόμενοι ὑπὸ πάσης κακίας; Οὐδὲν γὰρ κωλύει, εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, ὁμοίως δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι, καὶ φιλάργυρον, καὶ ἄδικον, καὶ προδότην, καὶ τὸ πέρας ἄφρονα. Ἀμέλει πολλοὺς τούτους ἐστὶν ἰδεῖν. Πῶς οὖν οὗτοι προέχουσιν, ἔφη, εἰς τὸ βελτίους ἄνδρας γενέσθαι, ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων; Οὐδαμῶς φαίνεται ἐκ τούτου τοῦ λόγου. [35] Ἀλλὰ τί ἐστιν,

ἔφην

possunt fieri meliores? Quo pacto inquit, præstarent cæteris, cum eos de rebus bonis & malis non minus sentire perperam constet, quam cæteros mortales, & omni adhuc vitiorum genere constrictos teneri? Nihil enim vetat, nosse literas, & tenere disciplinas omnes: & æque tamen esse ebriosum, intemperantem, avarum, injurium, proditorem, denique amentem. Multos certe quidem tales videre licet. Quæ ergo, inquit, istorum quasi prærogativa est ob istas disciplinas, ut in viros evadant meliores? Nulla omnino esse videtur, siquidem ita se

res

quod fieri possit, ut iidem non minus, quam omnium nescia multitudo, affines sint vitiis', & flagitiosi & facinorosi. Sunt enim inter eos ebriosi, incontinentes, avari, injusti, proditores, denique rectæ vitæ imperiti, & expertes omnis consilii: nec illi pauci. Non igitur ob eas artes prærogativam habent ad virtutem. *Idem.*

35 Ἀλλὰ τί ἐστιν, τὸ αἴτιον.] Cum videatur in sequentibus esse quædam perplexitas: expediam, quantum potero. Hactenus locutus fuit interpres. Hæc verba, οὐδαμῶς φαίνεται ἐκ τούτου τοῦ λόγου: vel eidem judici, vel spectatori, tribui possunt. Hic spectator de causa quærit, qui fiat, quod plerique illorum nihilo sint meliores primi septi incolis. Quia, respondet interpres, ibi nimis diu commorantur, rati se magnum spatium confecisse, nec jam, longe abesse à prima veraque

παι-

ἔφlω ἐγὼ, τὸ αἴτιον; Ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ διατρίβουσιν, ὥσπερ ἐγγίζοντες πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν; Καὶ τί τοῦτο ὠφελεῖ αὐτοὺς, ἔφη; ὅταν πολλάκις ἐστὶν ἰδεῖν παραγινομένους ἐκ τοῦ πρώτου περιβόλου ἀπὸ τῆς Ἀκρασίας, καὶ τῆς ἄλλης κακίας, εἰς τὸν τρίτον περίβολον, πρὸς τὴν παιδείαν τὴν ἀληθινὴν, οἳ τούτους τοὺς μαθηματικοὺς παραλλάττουσιν. 36 ὥστε πῶς ἔτι προέχουσιν; ἆρα ἢ ἀκινητότεροι;

res habet. Sed quæ causa est inquam, cur in secundo versentur septo, tanquam Veræ eruditioni vicini? Et quem, inquit, inde capiunt fructum? cum sæpe videre liceat aliquot è primo septo ab Incontinentia cæterisque vitiis in tertium septum pervenire ad veram Eruditionem, qui istos disciplinarum sectatores prætereunt. Quis ergo jam dicat, eos præstare cæteris? Aut igitur segniores sunt, aut minus dociles? Quomodo

παιδεία. Quid illa cunctatio, interrogat spectator, ipsis prodest, quum multi è primo septo ab incontinentia & cæteris vitiis properent in tertium, præteritis illis Mathematicis? atque adeo ipsi videntur illis esse potiore conditione. An per pigritiam non pergunt, an per ingenium iis erudiri nequeunt? Dic, quæso, inquit adhuc spectator, qui id fiat? Respondet interpres: Vel voluptatis, sive quorumcunque vitiorum adhuc illecebris ibi tenentur, vel suæ artis dulcedine, in qua putant esse omnia. Proinde profitentur, se ea scire, quæ nesciunt. Ea igitur imbuti opinione, necesse est eos esse segniores ad contendendum ad veram παιδείαν. Iidem alios secum retinent, nec patiuntur ulterius progredi: atque eorum consiliis multi de juventute cum ipsis pereunt. qui locus plenius declarari poterit. Altera causa eorum sive exitii, sive erroris: quod ad eos è vulgo accedunt opiniones: id est, sic judicant de plerisque, ut populus: tanti esse honores, tanti divitias, tanti voluptates, tanti genus, tanti dominatum; & sic de cæteris. Hi persuasione sapientiæ ebrii, non tamen nisi opinantur. Statuit igitur, eos esse prioribus nihilo meliores, nisi ad eos accedat pœnitentia: nisi agnoscant culpam gravissimam esse suam, & à falsa magistra ad veram sese referant. Tum demum enim eos servari. *Idem.*

36 Ὥστε πῶς ἔτι προέχουσιν.] Salm. in *Præfat.* [qua in re præstant indoctis (inquit Cebes) quo citius perveniant ad scientiam boni, cum ipsi indociliores sæpe sint, & tardiores ad eam artem addiscendam, quæ sola vera est, & summi boni magistra? Ita enim legenda Græca apud

ροι, [37] ἢ δυσμαθέστεροί εἰσι; πῶς ἔφην, τοῦτο, ἐγώ; Ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ εἰ μηδὲν ἄλλο, προσποιοῦνταί γε ἐπίστασθαι, ἃ οὐκ οἴδασιν. ἕως δ' ἂν ἔχωσι ταύτην τὴν δόξαν, ἀκινήτους αὐτοὺς ἀνάγκη εἶναι, πρὸς τὸ ὁρμᾶν πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν. εἶτα τὸ ἕτερον οὐχ ὁρᾷς; ὅτι καὶ αἱ Δόξαι ἐκ τοῦ πρώτου περιβόλου εἰσπορεύονται πρὸς αὐτοὺς ὁμοίως; Ὥστε οὐδὲν οὗτοι ἐκείνων βελτίους εἰσὶν, ἐὰν μὴ καὶ τούτοις συνῇ Μεταμέλεια, καὶ πεισθῶσιν, ὅτι οὐ παιδείαν ἔχουσιν, ἀλλὰ Ψευδοπαιδείαν, δι' ἣν ἀπατῶνται. οὕτω δὲ διακείμενοι, οὐκ ἄν ποτε σωθεῖεν. [38] Καὶ ὑμεῖς τοίνυν,

do istud? inquam. Quia, qui in secundo septo sunt, ut nihil aliud, illud certe peccant, quod ea se scire profitentur, quæ nesciunt. Qua opinione dum imbuti sunt, segniores eos esse necesse est ad veram eruditionem expetendam. Deinde alterum illud non vides, ut Opiniones etiam è primo septo adhuc ad eos commeent? Quare nihilo cæteris hi meliores sunt, nisi cum ipsis etiam Pœnitentia se conjunxerit: persuasumque habuerint, non vera, sed Falsi nominis eruditione se esse præditos, à qua in errores inducantur, eoque incolumes esse neque-

apud Cebetem, quæ vulgo curruptissima sunt, ὥστε πῶς ἔτι προέχουσιν ἆρα, οἱ ἀκινητότεροι, ἢ δυσμαθέστεροί εἰσιν; Respondet alter ac quærit, quomodo id fieri possit, ut qui artes liberales didicerunt, &c. Rationem reddit senex, quod qui in secundo septo habitant, artium nempe doctores liberalinm, simulant se scire, quod nesciunt. Et dum putant se veram adeptos esse scientiam; eo redduntur ad eam persequendam ineptiores.] *Casaubonus.*

37 Ἢ δυσμαθέστεροί εἰσι.] Et mox, ὅτι οἱ ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ, εἰ μηδὲν ἄλλο ἃ προσποιοῦνται. *Wolfius.*

38 Καὶ ὑμεῖς τοίνυν ὦ ξένοι.] Cohortatio senis cum præcepto supra modum necessario. nec frustra instituitur, ut videri possit, ejusdem ser-

νων, ὦ ξένοι, ἔφη, οὕτω ποιεῖτε, καὶ ἐνδιατρίβετε τοῖς λεγομένοις, μέχρις ἂν ἕξιν λαβεῖν. ἀλλὰ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις δεῖ ἐπισκοπεῖν, καὶ μὴ διαλείπειν. τὰ δὲ ἄλλα πάρεργα ἡγήσασθαι. εἰ δὲ μή, οὐδὲν ὄφελος ἔσται ὧν νῦν ἀκούετε. Ποιήσομεν. Τοῦτο δὲ ἐξήγησαι, πῶς οὐκ ἔστιν ἀγα-

queant. Et vos igitur, hospites, inquit, nisi ita feceritis, & in iis quæ diximus, diu multumque versati fueritis, donec habitum acquiratis, (nam sæpius eadem revolvenda sunt, nec intermittenda, sed cætera præ his supervacanea putanda,) nullus vobis eorum usus erit, quæ auditis. Faciemus. Sed hoc

sermonis repetitio. Docet enim spectatorem diligenter, & rem urget longe maxime necessariam. quasi dicat, ne quis existimet, hæc spectata obiter, & semel audita, sufficere: non ita facile intelliguntur. Nec enim videntur intellecta antequam persuadeantur, nec persuasa ante, quam iis parandis incubueris, ac denique habitum paraveris. Hoc neque obiter, neque subito fieri potest: prorsus & multo magis, ut sese habet in habitibus corporis, in quibus sensus adjumento sunt. Non satis est, recte fides intendere, scire, quas quando, quamdiu tangere oporteat: neque satis fidibus canere lente, & ut ajunt, mediocriter. Satis longo tempore, & quotidiano studio opus est, ut recte, celeriter, argute, suaviter, cumque voluptate, & admiratione id auditorum agas. Quanto magis hoc consilio utendum est in formando animo, & parandis virtutibus? Idem monet Epictetus sedulo: Εἰδέναι χρή, ὅτι οὐ ῥᾴδιον πρᾶγμα παραγενέσθαι ἀνθρώπῳ, εἰ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τὰ αὐτὰ καὶ λέγοι τις καὶ ἀκούοι, καὶ ἅμα χρῷτο πρὸς τὸν βίον. *Scire, sive semper in memoria, conspectuque habere oportet, nullo pacto fieri posse, ut quamcunque agendi facultatem nobis comparemus, nisi quotidie, (quia intermissione temporis semper aliquid negligitur, vel oblivione perit,) eadem præcepta, quæ vera rectaque esse debent, & dicat quis & audiat (repeti enim ea & explicari ex usu est,) & iisdem ad vitam utatur, sive ipsa factis exprimat.* Nec enim quis habitum secus adipiscetur. Eodem respiciunt, quæ versibus expressa sunt in Aureis carminibus Pythagoræ adscriptis.

Πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψῃ, λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου,
Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι, &c.

usque ad illum versum, Ταῦτά σε, &c.

Eorum est aliquanto fusior interpretatio apud Ausonium Εἰδυλλ. 12.

Vir bonus & sapiens (qualem vix repperit unum
Millibus è cunctis consultus Apollo,) &c.

usque ad illum versum:

Offensus pravis: dat palmam & præmia rectis.

Recte

ἀγαθὰ, ὅσα λαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι παρὰ τῆς Τύχης; οἷον τὸ ζῆν, τὸ ὑγιαίνειν, τὸ πλουτεῖν, τὸ εὐδοξεῖν, τὸ τέκνα ἔχειν, τὸ νικᾷν, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τούτοις παραπλήσια; ἢ πάλιν, τὰ ἐναντία πῶς οὐκ ἔστι κακά; πάνυ γὰρ ἡμῖν παράδοξον καὶ ἄπιστον δοκεῖ τὸ λεγόμενον. Ἄγε τοίνυν. πειρῶ, ἔφη, ἀποκρίνασθαι τὸ φαινόμενον, περὶ ὧν ἄν σε ἐρωτῶ. Ἀλλὰ ποιήσω τοῦτο, ἔφην ἐγώ.

hoc declara; cur bona non sint ea, quæ homines à Fortuna accipiunt? ut vita, ut sanitas, divitiæ, gloria, liberi, victoria, cæteraque his similia, contraque ea quæ his adversantur, cur mala non sint? Omnino enim admirabilis, & incredibilis ista nobis videtur oratio. Age ergo: da, inquit, operam, ut ad ea, quæ rogaro, id respondeas, quod tibi videtur. Ita faciam, inquam. Utrum igi-

Recte hæc dicuntur à spectatore. Verum enim & cum omnium judicio consentaneum, tum ratio convincit, ut libertas sit bonum recte ea utenti; si eam in licentiam vertat, malum. Sic opes liberali bonæ sunt, incontinenti & contumelioso malæ. Ita sentiunt de ejus generis rebus homines, & sic loquuntur. Apud Latinum Comicum Chremes quætit de Clinia ex Clitiphone, *Quid narrat? Cl. Quid ille? se miserum esse. Cl. miserum? quem minus credere est? Quid reliqui est? quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona? Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias:*

Atque hæc perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet:
Qui uti scit, ei bona: qui non utitur recte, mala.

Sic & sentit Plato & loquitur, hoc præsertim illustri loco lib. 3. de legibus.

Ὑμεῖς δὲ καὶ ἐγώ που τάδε λέγομεν, ὡς ταῦτά ἐστι ξύμπαντα, δικαίοις μὲν καὶ ὁσίοις ἀνδράσιν ἄριστα κτήματα, ἀδίκοις δὲ, κάκιστα ξύμπαντα, ἀρξαμένοις ἀπὸ τῆς ὑγιείας· καὶ δὴ καὶ τὸ ὁρᾷν, καὶ τὸ ἀκούειν, καὶ αἰσθάνεσθαι, τὸ παράπαν ζῆν, μέγιστον μὲν κακὸν, τὸν ξύμπαντα χρόνον ἀθάνατον ὄντα, καὶ κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ, πλὴν δικαιοσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἁπάσης. ἔλαττον δὲ, ἂν ὡς ἐλάχιστον ὁ τοιοῦτος χρόνον ἐπιζῴη. ταῦτα δὴ λέγειν οἶμαι καὶ τοὺς παρ' ὑμῖν ποιητὰς, ἅπερ ἐγὼ, πείσετε καὶ ἀναγκάσετε, καὶ ἔτι τούτοις ἑπομένους ῥυθμούς τε καὶ ἁρμονίας ἀποδιδόντας, παιδεύειν οὕτω τοὺς νέους ὑμῶν. ὁ γὰρ ὁρᾶτε, ἐγὼ μὲν γὰρ λέγω σαφῶς, τὰ μὲν κακὰ λεγόμενα, ἀγαθὰ τοῖς ἀδίκοις εἶναι, τοῖς δὲ δικαίοις κακά. τὰ δὲ ἀγαθὰ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς, ὄντως ἀγαθὰ, τοῖς δὲ κακοῖς, κακά. *Caselius.*

ἐγώ. πότερον οὖν κἂν κακῶς τις ζῇ, ἀγαθὸν ἐκείνῳ; Οὔ μοι δοκεῖ· ἀλλὰ κακόν, ἔφην ἐγώ. Πῶς οὖν ἀγαθόν ἐστι τὸ ζῆν, ἔφη, εἴπερ τούτῳ ἐστὶ κακόν; Ὅτι τοῖς μὲν κακῶς ζῶσι, κακόν μοι δοκεῖ εἶναι· τοῖς δὲ καλῶς, ἀγαθόν. καὶ κακὸν ἄρα λέγεις τὸ ζῆν, καὶ ἀγαθὸν εἶναι; Ἔγωγε. Μὴ οὖν ἀπιθάνως λέγε. [39] ἀδύνατον γὰρ τὸ αὐτὸ

igitur etiam ei; qui male vivit, bonum est vivere? Non videtur mihi; sed malum. Quo pacto ergo, inquit, bonum est vivere, si illi malum est? Quia ut male viventibus, malum mihi videtur vivere: ita bene, bonum. Et malum igitur esse dicis vivere, & bonum? Ego vero. Cave absurde loquaris. Neque enim fieri potest, ut res

39 Ἀδύνατον γὰρ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα. Neque enim fieri potest, ut res eadem & mala & bona sit.] Scilicet eodem tempore, eodemque respectu. Diversis autem temporibus & respectibus potest: ut vini moderatus usus bonus est homini recte valenti, febricitanti vero & immodice ingurgitanti nocet vinum. Stoïcis concedi facile potest, opinor, eas res, quæ hic recensentur, suapte natura & per sese medias atque indifferentes esse: sed pro earum usu atque abusu fieri easdem bonas aut malas, nec ipsi negabunt opinor, nisi contentionis & novitatis cupidiores fuerint quam veritatis & concordiæ. Neque vero causam habent à communi omnium mortalium loquendi ratione discedendi, & pro bonis vitam & sanitatem indifferentia vocandi: nisi ut moneant, iis & recte utendum, & non nimium tribuendum esse. Quanto simplicius, civilius, & verius de rebus disserit Terentius: *Miserum, inquit, Quem minus credere est? Quid reliqui est quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona? parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias. Atque hæc perinde sunt, ut illius animus qui ea possidet. Qui uti scit, ei bona: illi qui non utitur recte, mala.* Voces ἅμα ἀεὶ, simul semper, à nemine sano concedentur: nec esse quenquam existimo, qui sic loquatur: sed ἐνίοτε, καὶ κατὰ διαφόρους χρόνους, interdum, & diversis temporibus alias esse bona, alias mala, concedent opinor omnes. *Wolfius.*

Vera est sententia Peripateticorum de bonis; sed cum Stoïcis loquitur hic tabulæ interpres. Quæ ut intelligantur commodius, pauca è Zenonis disciplina mihi depromenda sunt; idcirco obscuriora, quod à judicio & loquendi consuetudine omnium gentium discedunt. Cætera peti possunt ex Laërtio: nec tamen ad captum primæ ætatis ea esse existimem. Stoïcis controvertuntur bonum & honestum; malum & turpe: sed ut omnes loquuntur, bonorum alia sunt prima, & perpetuo bona; Virtus videlicet & Sapientia: alia propter illa expetibilia bona, & bonis bona. Hoc discri-

αὐτὸ πρᾶγμα καὶ κακὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι. οὕτω γὰρ καὶ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν ἂν εἴη, [40] καὶ αἱρετὸν καὶ φευκτὸν ἅμα ἀεί. Ἀπίθανον μέν. Ἀλλὰ πῶς, εἰ τὸ κακῶς ζῆν, ᾧ ἂν ὑπάρχοι, κακὸν ᾖ ὑπάρχει αὐτῷ, κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἐστίν; Ἀλλ' οὐ τὸ αὐτό, ἔφη, ὑπάρχει τὸ ζῆν τῷ κακῶς ζῆν. ἢ οὐ σοι φαίνεται; Ἀμέλει οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ τὸ αὐτὸ εἶναι. Τὸ τοίνυν ζῆν οὐ κακόν ἐστιν. ἐπεὶ εἰ ἦν κακόν, τοῖς ζῶσι καλῶς κακὸν δὴ ὑπῆρχεν, ἐπεὶ τὸ ζῆν αὐτοῖς ὑπῆρχεν, ὅπερ ἐστὶ κακόν. Ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν. Ἐπεὶ τοίνυν ἀμφοτέροις συμβαίνει τὸ ζῆν, καὶ τοῖς κακῶς ζῶσι, καὶ τοῖς καλῶς, [41] οὐκ ἂν εἴη οὔτε ἀγαθὸν

res eadem & mala & bona sit. Sic enim & utilis erit & noxia, simulque semper & expetenda & fugienda. Absurdum id quidem. Sed, si is, qui male vivit, malum habet; quo pacto ipsa vita mala erit? Atqui non idem est, vivere, inquit, & male vivere. An non & tibi videtur? Profecto nec mihi videtur esse idem. Vivere igitur non est malum. Malum enim si esset, etiam bene viventibus utique esset malum. Vitam enim haberent, quæ malum esset. Vera mihi videris dicere. Quia ergo fit, ut vita utrisque suppetat, tam male quam bene viventibus: vivere neque malum fue-

discrimine servato facile intelligitur illis bonis constitui *εὐδαιμονίαν* vel solis, vel potissimum. Inferiora autem vel adminicula sunt virtutis vel instrumenta. quæ ea de causa bona esse nemo negavit, nisi in opinionem juratus. *Caselius.*

40 *Καὶ αἱρετὸν καὶ φευκτὸν ἅμα ἀεί.* Et expetendum & fugiendum simul semper.] Neque simul, neque semper; sed seorsim, & aliquando. Vita bono & sapienti viro expetenda est, stulto & malo non item: ut sectio ægrotanti, valenti nequaquam. *Wolfius.*

41 *Οὐκ ἂν εἴη οὔτε ἀγαθὸν εἶναι τὸ ζῆν.*] *τὸ εἶναι* redundare videtur, nisi peculiaris loquendi modus sit:

θὸν εἶναι τὸ ζῆν, οὔτε κακόν. [42] ὥσπερ οὐδὲ τὸ τέμνειν, καὶ καίειν ἐν τοῖς ἀῤῥωστοῦσιν ἐστὶ νοσερὸν καὶ ὑγιεινόν. Οὐκοῦν οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ζῆν ἐστὶ ταῦτα. Σὺ τοίνυν οὕτω θεώρησον. πότερον ἂν βούλοιο ζῆν κακῶς, ἢ ἀποθανεῖν καλῶς καὶ ἀνδρείως; Ἀποθανεῖν ἔγωγε καλῶς. [43] Οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κακόν ἐστιν, εἴπερ αἱρετώτερόν ἐστι πολλάκις τὸ ἀποθανεῖν τοῦ ζῆν. Ἔστι ταῦτα. Οὐκοῦν ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ ὑγιαίνειν, καὶ νοσεῖν. πολλάκις γὰρ οὐ συμφέρει ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τοὐναντίον, [44] ὅταν ἡ περίστασις τοιαύτη. Ἀληθῆ λέγεις. Ἄγε δή, σκεψώμεθα

fuerit, neque bonum? ſicut neque ſecare & urere. Nam ægrotantibus quidem ea ſalubria ſunt, ſanis vero noxia. Eodem igitur modo, & vita ſe habet. Proinde ſic tu rem conſidera: Malleſnè male vivere, an mortem bene oppetere, ac fortiter? Ego vero honeſte mori. Ergo neque mori eſt malum. Siquidem oppetere mortem ſæpe magis eſt expetendum, quam vivere. Sunt iſta. Eadem ergo eſt & ſanitatis ratio, & morborum. Sæpe enim valere non prodeſt, ſi caſus aliquis ita tulerit. Vera dicis. Age vero, & divitias eodem modo con-

ut apud Ariſtotelem, *κατηγορεῖσθαι ἐκ τοῦ τί ἦν εἶναι*. *Idem.*

42 *Ὥσπερ οὐδὲ τὸ τέμνειν.*] Satis plana eſt ſententia, quam tamen interpretes non plane ſunt aſſecuti. Dixerat prius, fieri non poſſe, ut eadem res per ſe, aut ſua natura, bona ſit & mala. Quod uni bonum, alteri malum, per ſe, neque bonum, neque malum eſt. Ut in re medica, *Uri, ſecari:* quia quandoque prodeſt ignis ad ſalutem: quandoque, nocet, ſi intempeſtive adhibeatur: ergo per ſe, ſive ſimpliciter & abſolute, neque bonum, neque malum. *Caſaubonus.*

43 *Οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν.*] Mors non per ſe expetitur, ſed ut aut majus malum vitetur, turpitudo & miſeria: aut majus acquiratur bonum, immortalitas. His autem ſublatis, vita morti ſemper anteponetur. *Wolfius.*

44 *Ὅταν ἡ περίστασις τοιαύτη.* Si talis caſus inciderit.] Ut ſi quis abutatur valetudine ad libidinem & injuriam. *Idem.*

μεθα καὶ περὶ τοῦ πλουτεῖν οὕτως. εἴγε θεωρεῖν ἐστὶν, ὡς πολλάκις ἐστὶν ἰδεῖν ὑπάρχοντά τινι πλοῦτον, κακῶς δὲ ζῶντα τοῦτον καὶ ἀθλίως. Νὴ Δία πολλούς γε. Οὐκοῦν οὐδὲν τούτοις ὁ πλοῦτος βοηθεῖ εἰς τὸ ζῆν καλῶς. Οὐ φαίνεται. αὐτοὶ γὰρ φαῦλοί εἰσιν. Οὐκοῦν τὸ σπουδαίους εἶναι, οὐχ ὁ πλοῦτος ποιεῖ, ἀλλὰ ἡ Παιδεία. Εἰκός γε. Ἐκ τούτου ἄρα τοῦ λόγου πῶς ὁ πλοῦτος ἀγαθόν ἐστιν, εἴπερ οὐ βοηθεῖ τοῖς ἔχουσιν αὐτὸν εἰς τὸ βελτίους εἶναι; Φαίνεται. Οὕτως οὐδὲ συμφέρει ἄρα ἐνίοις πλουτεῖν, ὅταν μὴ ἐπίστωνται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι. Δοκεῖ μοι. [45] Πῶς οὖν τοῦτο ἄν τις κρίνει ἀγαθὸν εἶναι, ὃ πολλάκις

οὐ

consideremus: si modo illud considerare est, quod sæpe videre licet, eundem & habere divitias, & male misereque vivere. Mehercule multos. Nihil ergo eis divitiæ conferunt ad bene beateque vivendum? Non videtur, cum ipsi mali sint. Viros ergo bonos, non Divitiæ, sed Eruditio facit. Probabile quidem est. Hac ergo ratione Divitiæ quei bonum sunt, cum possessores suos in eo non adjuvent ut fiant meliores? Ita videtur. Ergo nonnullis ne expedit quidem esse divites, cum divitiis uti nesciant. Mea quidem opinione. Quo pacto ergo id quisquam bonum judicabit, quod sæpe nullo modo suppetere

45 Πῶς οὖν τοῦτο ἄν τις κρίνει ἀγαθὸν εἶναι, ὃ πολλάκις οὐ συμφέρει ὑπάρχειν οὐδαμῶς. Quo pacto quispiam id bonum esse judicet, quod sæpe nequaquam suppetere expediat?] Imo quis malum judicet id, quo semper uti recte liceat, quoque carere nunquam bono & prudenti viro sit commodum? Jam quod ante dixit, divitias non esse bonas, propterea quod bonum non reddant: nonne eodem argumento concludi possit, aurum non esse aurum, quod possessorem aureum non faciat? quo quid ineptius & magis puerile? *Idem.*

P 3

οὐ συμφέρει ὑπάρχειν; Οὐδαμῶς. Οὐκ οὖν εἰ μέν τις ἐπίσταται πλούτῳ χρῆσθαι καλῶς καὶ ἐμπείρως, εὖ βιώσεται, εἰ δὲ μή, κακῶς. Ἀληθέστατά μοι δοκεῖς τοῦτο λέγειν. Καὶ τὸ σύνολον δέ, τὸ τιμᾶν ταῦτα ὡς ἀγαθὰ ὄντα, ἢ ἀτιμάζειν ὡς κακά, τοῦτό ἐστι τὸ ταράττον τοὺς ἀνθρώπους καὶ βλάπτον, ὅταν τιμῶσί τε αὐτά, [46] καὶ οἴονται διὰ τούτων μόνων εὐδαιμονεῖν, καὶ πάνθ' ἐπομένως πράττουσιν ἕνεκα τούτων, καὶ τὰ ἀσεβέστατα δοκοῦντα εἶναι, ταῦτα δὲ πάσχουσι διὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἄγνοιαν.

47 *Re-*

petere prodeſt? Nullo pacto. Si quis ergo divitiis bene & perite uti ſcierit, bene vivet: ſin minus, male. Veriſſima dicere mihi videris. Ad ſummam, quia hæc aut in pretio ſunt, ut bona; aut in contemptu, ut mala; id ipſum eſt quod homines perturbet & lædat; cum ſcilicet ea mortales magnifaciunt, ſeque per ea ſola Felicitatis fore compotes opinantur: eorumque cauſa ordine faciunt omnia, etſi maxime impia eſſe videantur. Hæc vero eis accidunt, quia, quid bonum ſit, ignorant: neque didicerunt,

46 *Καὶ οἴονται διὰ τούτων μόνων εὐδαιμονεῖν.* Seque putant per hæc ſola beatos fore.] Hic quidem error jure meritoque reprehenditur. Sed ſi ſapientia & virtus maxima bona ſunt, non ſequitur, ſanitatem & divitias non eſſe bona, ſed imperfectiora & minora bona, & cum illis non comparanda: bona tamen ſuo loco, & recte utenti. Bonum enim conſenſu totius humani generis non id tantum dicitur, quod poſſeſſorem bonum facit: ſed illud etiam, quod ad naturam tum corporis, tum animi conſervandam & inſtaurandam facit. Cum igitur divitiæ, cibum, potum, veſtitum, domicilium, medicinam, præceptores, otium, libros ſuppeditent, quæ cauſa eſt, cur aut vitupetentur, aut negentur eſſe bonæ? Verum *ὑπερβολαί τε καὶ μειώσεις* Stoïcorum eo pertinent, ut admirationem virtutis augeant, rerum externarum minuant. Ut enim plerique virtuti parum, fortunæ muneribus nimium tribuunt: ſic hi contrariam ingreſſi viam, iniquum petere videntur, ut æquum ferant, more mercatorio atque etiam oratorio. *Idem.*

[47] *Reliqua Græce nondum reperta sunt. Quæ textus Arabicus habet, heic Latine supplentur.*

*

*

*

*

*

*

runt, fieri non posse, ut à malo quidquam boni producatur, vel, quod bonum est, mali quid edat. Exempli causa; Divitiæ quam plurimæ per opera mala atque turpia comparantur: qualia sunt, mendacium, fraus, furtum, templorum & piscinarum spoliatio; & hujusmodi pleraque; quæ ab illis malis, quæ absolute talia sunt, ortum habent. Quare, si bonum nulla ratione ex malo proficiscatur, immensis opibus, à malo provenientibus, titulum ullius boni attribuere non debes. Tum ego, necessario, inquam ex hoc sermone istud consequitur. Pergo, inquit ille; Nullam justitiam, sapientiam nullam, ex rebus ma-

47 Appendicem versionis Arabicæ, quam quædam Cebetis editiones Latine versam exhibent, Salmasius pro genuina non habet: eo præcipue nixus argumento, quod in exemplaribus Græcis, quæ plura vidit antiquissima, eam non repererit. Putat igitur esse fœtum interpretis Arabis, qui etiam in prioribus haud pauca interpolavit, & addidit. Ego hactenus illi assentior, ut quandoquidem Græca desunt; Latinis, cujuscunque sint, facile carere possimus: præcipue cum res ipsa à non uno vetere philosopho, Platone, Cicerone, aliisque tractata reperiatur. Esse tamen Arabis interpretis assumentum, non adeo mihi probabile est, quod pars ejus etiam apud *Odexium*, Veterem Cebetis interpretem Latinum, longe antequam versio Arabica cuiquam nota aut audita, nedum vulgata, inveniatur. *Casaubonus.*

malis comparamus: neque per res laudabiles mali aut iniqui reddimur, quum nec illarum indoles sit, ex his existere; nec harum, ex illis. Nihil item prohibet, quominus opulentia, famæ amplitudine, victoriis, ac ejusdem censuræ aliis, pravi homines & iniqui fruantur. Unde colligitur, hæc, atque similia, neque bona neque mala; verum Intelligentiam Sapientiamque solas Bona, ut Ignorantiam solam Malum esse. Cui ego; Evicisti: quantum judico, decretum hoc, inquam. Quod satis est. Et profligavimus eam opinionem, qua illa à pravis actionibus esse creduntur. utique multum hoc est, inquit: & idem ac illud, cujus causa diximus, talia neque bona neque mala esse. Idque eo magis, quod, si ea ex solis pravis actionibus provenirent, mala semper essent. Atqui ab utroque genere cuncta proficiscuntur; ideoque neu bona ea, neu mala esse


esse diximus. Quemadmodum somnus vigiliaque, non bona, non mala sunt. Similiter, mea quidem sententia, & deambulare, & sedere, & reliquæ res, quæ unicuique intelligentium ignorantiumque contingunt. Sed eorum vero, quæ alterutrius propria sunt, alterum bonum, malum alterum est: ut tyrannis & justitia: quæ duo aut uni accidunt, aut alteri; eo quod præditis intelligentia perpetuo justitia adhæret, ipsa tyrannis nullos nisi ignoranteis comitatur. Nec enim fieri potest, quod nos ante diximus, ut uni eidemque rei, tempore uno & eodem, accidant res duæ ad eum se modum habentes; ita ut homo unus & idem eodem temporis momento & dormiat vigiletque, sapiens sit & ignarus simul, vel aliud quidlibet eorum quæ parem rationem habent. Ad hæc ego, Toto hoc, inquam, sermone rem omnem te jam absolvisse

autumo. Ille autem ſic reſpondit: Hæc univerſa ego ab illo principio, quod vere divinum eſt, proficiſci affirmo. At quodnam illud eſt, inquam, quod tu innuis? Ille id hujuſmodi oratione complexus eſt: Vita & mors, ſanitas & morbus, divitiæ & paupertas, cæteraque de quibus diximus ea neque bona neque mala eſſe, accidunt pleriſque hominibus à non-malo. Plane conjicimus, inquam, id neceſſario ex hoc ſermone ſequi, talia nempe neu bona neu mala eſſe: ita tamen, ut haud me firmum in hocce judicio prædicem. Hoc fit, inquit, eo quo longiuſcule abs te abeſt habilitas illa, qua ſententiam hanc imaginando debes concipere. Quocirca rerum uſum, quem paulo ante vobis indicavi, toto vitæ veſtræ curriculo perſequimini: ut ea, quæ dicta ſunt, veſtris infigantur animis, perque eadem habitus vobis accidat. Quod ſi de aliquo

iſtorum

istorum adhuc dubitaveritis, revertimini ad me, ut ea de re id ex me cognoscatis, cujus auxilio dubitatio discedat à vobis.

Finiunt ea, quibus Hercules Socraticus Cebeti Platonico explicavit ænigma, contentum in ea imagine, quæ in vestibulo templi Saturno dicati inventa erat.



ALTERCATIO
HADRIANI AUG.
ET
EPICTETI PHILOSOPHI.

* * * primum eſt, quid ſit mundus? Epict. Mundus eſt, ô Hadriane, conſtitutio cœli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt, de quibus paulo plus diſſeram, ſi iis, quæ dicentur, diligenter intenderis. Mundus eſt ſpectabilis ſupellex, ineffabilis circuitus, per ſe genitum theorema; multiformis formatio; æternus tenor: circuitus ſine errore, Solis lumen, dies, nox, aſtra, tenebræ, terra, aër, aqua.

Had. Quid eſt Oceanus? Epict. Oceanus eſt terminus coronatus, mundi amplexus, vinculum *ancliticum, univerſæ naturæ circumcurſus. Orbis ſuſtentaculum, Audacia viæ, Limes terræ, Diviſio regnorum, hoſpitium fluviorum, fons imbrium, refugium in periculis, gratia in voluptatibus.

Had. Quid eſt Deus? Epict. Deus eſt ſummum bonum, mens immortalis, incontemplabilis celſitudo, forma multiformis, multiplex ſpiritus, incogitabilis inquiſitio, inſopitus oculus, omnia continens lux.

Had. Quid eſt dies? Epict. Stadium laboris, principium quotidianum, æterna computatio.

Had. Quid eſt ſol? Epict. Mundi oculus, noctis concertatio, caloris circuitus, indeficiens cauma, ſplendor ſine occaſu, cœleſtis viator, diei ornatus, cœli

cœli pulchritudo, naturæ gratia, horarum distributor.

HAD. Quid est luna? EPICT. Cœli purpura, Solis æmula, malefactorum revelatrix, itinerantium solamen, navigantium directio, signum solennitatum, recalculatio mensium, oculus noctis, roris larga infusio, tempestatum præsaga.

HAD. Quid est terra? EPICT. Cœli basis, mundi meditullium, Custos & Mater omnium, operculum miserorum, devoratrix omnium ant. *.... nascentium, cellarium vitæ.

HAD. Quid est homo? EPICT. Mens incarnata, laboriosa anima, parvi temporis habitaculum, spiritus receptaculum, phantasma temporis, speculator vitæ, lucis desertor, vitæ consumptio, mancipium mortis, transiens viator, loci hospes.

HAD. Quid est cœlum? EPICT. Sphæra volubilis, culmen immensum.

HAD. Quid est pulchritudo? EPICT. Naturalis captio, parvi temporis fortuna, flos marcidus, incompositum negotium, humana concupiscentia.

HAD. Quid est mulier? EPICT. Hominis confusio, insatiabilis bestia, sollicitudo continua, indesinens pugna, quotidianum damnum, tempestas domus, sollicitudinis impedimentum, viri incontinentis naufragium, adulterii vas, inconcisum prælium, animal proximum, pondus gravissimum, aspis insatiabilis, humanum mancipium.

HAD. Quid est amicus? EPICT. Homo vix apparens, desiderabile nomen, non invenienda possessio, refugium infelicitatis, miseriæ respectio, indeficiens quies, indesinens sollicitas.

HAD. Quid agricola? EPICT. Laborum minister, ope-

operator multorum, terræ medicus, arbustorum plantator, montium complanator.

HAD. Quid est navis? EPICT. Domus absque fundamento, avis lignea, incerta salus.

HAD. Quid nauta? EPICT. Fluviorum viator, marinus equitator, orbis hospes, terræ desertor, tempestatis concertator.

HAD. Quid sunt divitiæ? EPICT. Auri pondus, curarum ministratio, injucunda delectatio, insatiabilis invidia, res desiderata, desiderium inexplebile, invisa concupiscentia.

HAD. Quid paupertas? EPICT. Bonum odibile, sanitatis mater, curarum remotio, sapientiæ repertrix, possessio absque calumnia, negotium sine damno, sine sollicitudine felicitas.

HAD. Quid est Senectus? EPICT. Optatum malum, viventium mors, Veneris expers, mors expectata.

HAD. Quid est somnus? EPICT. Mortis imago, laborum quies, vigilantium sapientia, vinctorum solutio, infirmantium votum, miserorum desiderium, universi spiritus requies.

HAD. Quid vita? EPICT. Beatorum lætitia, miserorum mœstitia, expectatio mortis.

HAD. Quid est mors? EPICT. Æternus somnus, dissolutio corporum, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, incerta peregrinatio, fuga vitæ, resolutio omnium.

HAD. Quid est litera? EPICT. Historiæ custos.

HAD. Quid verbum? EPICT. Animi proditor.

HAD. Quid est lingua? EPICT. Aëris flagellatio.

Had. Quid eſt aër? Epict. Cuſtodia vitæ.

Had. Quid eſt libertas? Epic. Hominis innocentia.

Had. Quid eſt caput? Epict. Hominis culmen.

Had. Quid eſt corpus? Epict. Animæ domicilium.

Had. Quid comæ? Epict. Veſtes capitis.

Had. Quid barba? Epict. Sexus diſcretio.

Had. Quid eſt cerebrum? Epict. Cuſtos memoriæ.

Had. Quid oculi? Epict. Duces corporis, indices animi.

Had. Quid nares? Epict. Odorum attrectatio.

Had. Quid aures? Epict. Sonorum conſultatores.

Had. Quid os? Epict. Nutritor corporis.

Had. Quid dentes? Epict. Molæ mordentes.

Had. Quid labia? Epict. Valvæ corporis.

Had. Quid manus? Epict. Corporis operarii.

Had. Quid digiti? Epict. Chordarum plectrum.

Had. Quid pulmo? Epict. Servator aëris.

Had. Quid eſt cor? Epict. Receptaculum vitæ.

Had. Quid jecur? Epict. Cuſtodia caloris.

HAD. Quid fel? EPICT. Iracundiæ suſceptaculum.

HAD. Quid ſplen? EPICT. Riſus & lætitiæ capax.

HAD. Quid ſtomachus? EPICT. Ciborum coquus.

HAD. Quid oſſa? EPICT. Robur corporis.

HAD. Quid coxæ? EPICT. Epiſtylia columnarum.

HAD. Quid pedes? EPICT. Mobile fundamentum.

HAD. Quid crura? EPICT. Columnæ corporis.

HAD. Quid ſanguis? EPICT. Humor venarum vitæ.

HAD. Quid venæ? EPICT. Fons carnis.

HAD. Quid eſt lux? EPICT. Facies omnium rerum.

HAD. Quid ſtellæ? EPICT. Pictura culminis, nautarum gubernatores, noctis decor.

HAD. Quid pluvia? EPICT. Conceptio terræ, frugum genitrix.

HAD. Quid eſt nebula? EPICT. Nox in die, labor oculorum.

HAD. Quid eſt ventus? EPICT. Aëris perturbatio, mobilitas agrorum, ſiccitas terræ.

HAD. Quid ſunt flumina? EPICT. Curſus indeficiens, refectio Solis, terræ irrigatio.

HAD. Quid eſt aqua? EPICT. Subſidium vitæ, ablutio ſordium.

HAD. Quid eſt gelu? EPICT. Herbarum perſecutio, vinculum terræ, fons agrorum.

HAD. Quid eſt nix? EPICT. Aqua ſicca.

HAD.

Had. Quid est hyems? Epict. Æstatis exul.

Had. Quid est ver? Epict. Pictor terræ, maturatio fructuum.

Had. Quid est quod amarum dulce facit? Epict. Fames.

Had. Quid est quod hominem lassum fieri non finit? Epict. Lucrum.

Had. Quid est spes? Epict. Vigilanti somnium.

Had. Quid est spes? Epict. Refrigerium laboris, dubius eventus.

Had. Quid est anima? Epict. Æqualitas animorum.

Had. Quid fides? Epict. Ignotæ rei miranda celsitudo.

* * * * *

Had. Quid erit nobis si cinctum solvas, neque nudaberis ipse? respice corpus, quo & doceri possis. Epict. Epistola est.

Had. Quid est epistola? Epict. Tacitus nuncius.

Had. Quid est pictura? Epict. Veritas falsa.

Had. Quare hoc dixisti? Epict. Videmus enim poma picta, flores, animalia, aurum, argentum, & non est verum.

Had. Quid est aurum? Epict. Mancipium mortis.

Had. Quid est argentum? Epict. Invidiæ locus.

Had. Quid est ferrum? Epict. Omnis artis instrumentum.

HAD. Quid est gladius? EPICT. Regimen castrorum.

HAD. Quid est gladiator? EPICT. Sine crimine homicida.

HAD. Qui sunt qui sani ægrotant? EPICT. Qui aliena negotia curant.

HAD. Qua ratione homo lassus non fit? EPICT. Lucrum faciendo.

HAD. Quid est amicitia? EPICT. Concordia.

HAD. Quid est longissimum? EPICT. Spes.

HAD. Quid est spes? EPICT. Vigilanti somnus. expectanti dubius eventus.

HAD. Quid est quod homo videre non potest? EPICT. Alterius animum.

HAD. Qua re peccant homines? EPICT. Cupiditate.

HAD. Quid est libertas? EPICT. Innocentia.

HAD. Quid regi & misero commune est? EPICT. Nasci & mori.

HAD. Quid est optimum ac pessimum? EPICT. Verbum.

HAD. Quid est quod alii placet & alii displicet? EPICT. Vita.

HAD. Quid est optima vita? EPICT. Brevissima.

HAD. Quid est certissimum? EPICT. Mors.

HAD. Quid est mors? EPICT. Perpetua securitas.

HAD. Quid est mors? EPICT. Timenda nulli, si sapiens degat, inimica vitæ, numen aman-

mantium, Metus parentum, Liberorum præda, Testamenti gratia, Post obitum sermo, Supremæ lacrymæ, Post memoriam oblivio, Fax rogi, Onus sepulchri, Titulus monumenti, Mors omnium malorum finis.

HAD. Quare mortuus coronatur? EPICT. Agonem se vitæ transegisse testatur.

HAD. Quare mortuo pollices ligantur? EPICT. Ut parem post obitum esse se nesciat.

HAD. Quid est vespillo? EPICT. Quem multi devitant, & nemo effugit.

HAD. Quid est rogus? EPICT. Contentio crediti, persolutio debiti.

HAD. Quid est tuba? EPICT. Belli incitamen, Castri signum, Arenæ admonitio, Scenæ commissio, Funeris deploratio.

HAD. Quid est monumentum? EPICT. Saxa stigmosa, Otiosi viatoris spectatio.

HAD. Quid est homo pauper? EPICT. Quem ut puteum desertum, omnes aspiciunt, & suo loco illum relinquunt.

HAD. Quid est homo? EPICT. Balneo similis. Prima cella tepidaria unctuaria, infans natus perungitur. Secunda cella, sudatoria, pueritia est. Tertia cella assa perferentaria juventus. Quarta, cella frigidaria, senectus, omnibus æquat sententiam.

HAD. Quid est homo? EPICT. Pomo similis. Poma ut in arboribus pendent, sic sunt & corpora nostra, aut matura cadunt: aut, si cito, acerba ruunt.

HAD. Quid est homo? EPICT. Sicut lucerna in vento posita.

HAD. Quid est homo? EPICT. Loci

 hospes,

hospes, Legis imago, Calamitatis fabula; Mancipium mortis, Vitæ mora. Quo fortuna sæpe suos ludos facit.

HAD. Quis est fortuna? EPICT. Ut matrona nobilis, quæ in servos se impingit.

HAD. Quid est fortuna? EPICT. Sine judicio proxima meta, Alienorum bonorum casus, Ad quem venit, splendorem ostendit, A quo recedit, umbram facit.

HAD. Quot sunt autem fortunæ? EPICT. Tres, Una cæca quæ ubilibet se impingit. Et alia insana, quæ concedit, cito aufert. Tertia surda, quæ miserorum preces non exaudit.

HAD. Quid sunt Dii? EPICT. Oculorum signa, Mentis numina: Si metuis timor est, si contines, religio est.

HAD. Quid est Sol? EPICT. Splendor orbis, qui tollit & ponit diem, per quem scire nobis cursum horarum datur.

HAD. Quid est Luna? EPICT. Diei adjutrix, Noctis oculus, Fax tenebrarum.

HAD. Quid est cœlum? EPICT. Culmen immensum.

HAD. Quid est cœlum? EPICT. Aër mundus.

HAD. Quid sunt stellæ? EPICT. Fata hominum.

HAD. Quid sunt stellæ? EPICT. Litora gubernatorum.

HAD. Quid est terra? EPICT. Horreum Cereris.

HAD. Quid est terra? EPICT. Cellarium vitæ.

HAD. Quid est mare? EPICT. Iter incertum.

HAD.

HAD. Quid eſt navis? EPICT. Domus erratica.

HAD. Quid eſt navis? EPICT. Ubilibet hoſpitium.

HAD. Quid eſt navis? EPICT. Numina Neptuni, Anni curſuum tabellarium.

HAD. Quid eſt Nauta? EPICT. Amator Pelagi, Firmi deſertor, Contemptor vitæ, mortisque, Undæ cliens.

HAD. Quid eſt ſomnus? EPICT. Mortis imago.

HAD. Quid eſt nox? EPICT. Laboranti requies, Graſſanti lucrum.

HAD. Quid eſt culcitra? EPICT. In ſomnis volutatorium.

HAD. Quare Venus nuda pingitur? EPICT. Nuda Venus picta, nudi pinguntur amores. Quibus nuda placet, nudos dimittat oportet.

HAD. Quare Venus Vulcano nupta eſt? EPICT. Oſtendit amorem ardore incendi.

HAD. Quare Venus ſtraba eſt? EPICT. Quia pravus eſt amor.

HAD. Quid eſt amor? EPICT. Otioſi pectoris moleſtia, In puero pudor, In virgine rubor, In fœmina furor, In juvene ardor, In ſene riſus, In deriſore delicti, nequities eſt.

HAD. Quid eſt Deus? EPICT. Qui omnia tenet.

HAD. Quid eſt ſacrificium? EPICT. Delibatio.

HAD. Quid eſt ſine ſocietate? EPICT. Regnum.

HAD. Quid eſt regnum? EPICT. Pars deorum.

HAD. Quid eſt Cæſar? EPICT. Publicæ lucis caput.

HAD. Quid eſt ſenatus? EPICT. Ornamentum urbis, ſplendor civium.

HAD. Quid eſt miles? EPICT. Murus imperii, Defenſor patriæ, Glorioſa ſervitus, Poteſtatis indicium.

HAD. Quid eſt Roma? EPICT. Fons imperii orbis terrarum, Mater gentium, Rei poſſeſſor, Romanorum contubernium, Pacis æternæ conſecratio.

HAD. Quid eſt victoria? EPICT. Belli diſcordia, Pacis amor.

HAD. Quid eſt pax? EPICT. Tranquilla libertas.

HAD. Quid eſt forum? EPICT. Templum libertatis, Arena litigantium.

HAD. Quid ſunt amici? EPICT. Statuæ aureæ ſunt.

HAD. Quid eſt amicus? EPICT. Pomo citreo ſimilis, foris beatus, nam intra pectus acidum occultat malo.

HAD. Quid ſunt paraſiti? EPICT. Qui tanquam piſces adeſcantur.

DISPUTATIO
Regalis & nobilissimi Juvenis
PIPPINI
CUM
ALBINO
SCHOLASTICO.

Pip. Quid est litera? Alb. Custos historiæ. Pip. Quid est verbum? Alb. Proditor animi.

Pip. Quis generat verbum? Alb. Lingua.

Pip. Quid est lingua? Alb. Fagellum aëris.

Pip. Quid est aër? Alb. Custodia vitæ.

Pip. Quid est vita? Alb. Beatorum lætitia, miserorum mæstitia, expectatio mortis.

Pip. Quid est mors? Alb. Inevitabilis eventus, incerta peregrinatio, Lachrymæ viventium, Testamenti firmamentum, latro hominis.

Pip. Quid est homo? Alb. Mancipium mortis, transiens viator, loci hospes.

Pip. Cui similis est homo? Alb. Pomo.

Pip. Quomodo positus est homo? Alb. Ut lucerna in vento.

Pip. Ubi est positus? Alb. Intra sex parietes.

Pip. Quos? Alb. Supra, subtus, ante, retro, dextra, lævaque.

PIP. Quot habet socios? ALB. Quatuor.

PIP. Quos? ALB. Calorem, frigus, siccitatem, humorem.

PIP. Quot modis variabilis est? ALB. Sex.

PIP. Quibus? ALB. Esurie & saturitate, requie & labore, vigiliis & somno.

PIP. Quid est somnus? ALB. Mortis imago.

PIP. Quid est libertas hominis? ALB. Innocentia.

PIP. Quid est caput? ALB. Culmen corporis.

PIP. Quid est corpus? ALB. Domicilium animæ.

PIP. Quid sunt comæ? ALB. Vestes capitis.

PIP. Quid est barba? ALB. Sexus discretio, honor ætatis.

PIP. Quid est cerebrum? ALB. Servator memoriæ.

PIP. Quid sunt oculi? ALB. Duces corporis, vasa luminis, animi indices.

PIP. Quid sunt nares? ALB. Adductio odorum.

PIP. Quid sunt aures? ALB. Collatores sonorum.

PIP. Quid est frons? ALB. Imago animi.

PIP. Quid est os? ALB. Nutritor corporis.

PIP. Quid sunt dentes? ALB. Mola morsorum.

PIP. Quid sunt labia? ALB. Valvæ oris.

PIP. Quid est gula? ALB. Devorator cibi.

PIP. Quid manus? ALB. Operarii corporis.

PIP.

Pip. Quid sunt digiti? Alb. Chordarum plectra.

Pip. Quid est pulmo? Alb. Servator aëris.

Pip. Quid est cor? Alb. Receptaculum vitæ.

Pip. Quid est jecur? Alb. Custodia caloris.

Pip. Quid est fel? Alb. Suscitatio iracundiæ.

Pip. Quid est splen? Alb. Risus & lætitiæ capax.

Pip. Quid est stomachus? Alb. Ciborum coctor.

Pip. Quid est venter? Alb. Custos fragilium.

Pip. Quid sunt ossa? Alb. Fortitudo corporis.

Pip. Quid sunt coxæ? Alb. Epistylia columnarum.

Pip. Quid sunt crura? Alb. Columnæ corporis.

Pip. Quid sunt pedes? Alb. Mobile fundamentum.

Pip. Quid est sanguis? Alb. Humor venarum, vitæ alimentum.

Pip. Quid sunt venæ? Alb. Fontes carnis.

Pip. Quid est cœlum? Alb. Sphæra volubilis.

Pip. Quid est lux? Alb. Facies omnium rerum.

Pip. Quid est dies? Alb. Incitamentum laboris.

PIP. Quid est Sol? ALB. Splendor orbis, cœli pulchritudo, naturæ gratia, honor diei, horarum distributor.

PIP. Quid est Luna? ALB. Oculus noctis, roris larga, præsaga tempestatum.

PIP. Quid sunt stellæ? ALB. Pictura culminis, nautarum gubernatores, noctis decor.

PIP. Quid est pluvia? ALB. Conceptio terræ, frugum genitrix.

PIP. Quid est nebula? ALB. Nox in die, labor oculorum.

PIP. Quid est ventus? ALB. Aëris perturbatio, mobilitas aquarum, siccitas terræ.

PIP. Quid est terra? ALB. Mater crescentium, nutrix viventium, cellarium vitæ, devoratrix omnium.

PIP. Quid est mare? ALB. Audaciæ via, limes terræ, divisor regionum, hospitium fluviorum, fons imbrium, refugium in periculis, gratia in voluptatibus.

PIP. Quid sunt flumina? ALB. Cursus indeficiens, refectio solis, irrigatio terræ.

PIP. Quid est aqua? ALB. Subsidium vitæ, ablutio sordium.

PIP. Quid est ignis? ALB. Calor nimius, fotus nascentium, maturitas frugum.

PIP. Quid est frigus? ALB. Febricitas membrorum.

PIP. Quid est gelu? ALB. Persecutio herbarum, perditio foliorum, vinculum foliorum, vinculum terræ, fons aquarum.

PIP. Quid est nix? ALB. Aqua sicca.

PIP. Quid est hyems? ALB. Æstatis exul.

PIP. Quid est ver? ALB. Pictor terræ.

PIP.

Pip. Quid eſt æſtas? Alb. Reveſtio terræ, maturatio frugum.

Pip. Quid eſt autumnus? Alb. Horreum anni.

Pip. Quid eſt annus? Alb. Quadriga mundi.

Pip. Quis ducit? Alb. Nox & Dies, Frigus & Calor.

Pip. Quis eſt auriga ejus? Alb. Sol & Luna.

Pip. Quot habet palatia? Alb. Duodecim.

Pip. Qui ſunt Prætores palatiorum? Alb. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, Aquarius, Piſces.

Pip. Quot dies habitat in unoquoque palatio? Alb. Sol xxx. & * exmis horas. Luna duos dies & octo horas, beſſe unius horæ.

Pip. Magiſter, timeo altum ire. Alb. Quis te duxit in altum?

Pip. Curioſitas. Alb. Si times, deſcendam, ſequar quocunque ieris.

Pip. Si ſcirem quid eſſet navis, præpararem tibi, ut veniresad me? Alb. Navis eſt domus erratica, ubilibet hoſpitium, viator ſine veſtigiis, viciną arenæ.

Pip. Quid eſt arena? Alb. Murus terræ.

Pip. Quid eſt herba? Alb. Veſtis terræ.

Pip. Quid ſunt holera? Alb. Amici medicorum, laus cocorum.

Pip. Quid eſt * amarx dulcia facit? Alb. Fames.

Pip. Quid eſt quod hominem non laſſum facit? Alb. Lucrum.

Pip. Quid eſt vigilanti ſomnus? Alb. Spes.

Pip. Quid eſt ſpes? Alb. Refrigerium laboris.

Pip.

PIP. Quid est amicitia? ALB. Æqualitas amicorum.

PIP. Quid fides? ALB. Ignotæ rei admiranda certitudo.

PIP. Quid est mirum? ALB. Nuper vidi hominem stantem, mortuum ambulantem, qui nunquam fuit.

PIP. Quomodo potest esse, pande mihi? ALB. Imago in aqua.

PIP. Cur hoc non intellexi per me, dum toties vidi illum? ALB. Quia bonæ indolis es juvenis, & naturalis ingenii, proponam tibi quædam alia mira, tentans, si per te ipsum possis conjicere illa.

PIP. Faciam, tamen ita, si secus, quam est, dicam, corrigas me. ALB. Faciam ut vis. Quidam ignotus mecum sine lingua & voce locutus est, qui nunquam ante fuit, nec postea erit, & quem non audiebam, nec novi.

PIP. Somnium te fatigavit, Magister. ALB. Etiam fili. Audi & aliud: Vidi mortuos generare vivum, & aura vivi consumpti sunt mortui.

PIP. De fricatione arborum ignis natus est consumens. ALB. Verum est. Audivi mortuos multa loquentes.

PIP. Nunquam bene, nisi suspendantur in aëre. ALB. Vere. Vidi ignem inextinctum pausare in aqua.

PIP. Silicem. ALB. Ut reris, sic est. Vidi mortuum sedentem super vivum, & in risu mortui mortuus est vivus.

PIP. Hoc coci nostri norunt. ALB. Sed pone digitum super os, ne pueri hoc audiant, quid sit. Fui in venatione cum aliis, in qua si quid cepimus, nihil nobiscum portavimus: quem non potuimus capere, domum portavimus nobiscum.

PIP.

Pip. Rusticorum est hæc venatio. A L B. Est. Vidi quendam natum, antequam esset conceptus.

Pip. Vidisti, & forte manducasti. A L B. Manducavi. Quid est, qui non est, & nomen habet, & responsum dat sonanti?

Pip. Biblos in silva interroga. A L B. Vidi hospitem currentem, cum domo sua, & ille tacebat, & domus sonabat.

Pip. Para mihi rete, & pandam tibi. A L B. Quis est, quem videre non potes, nisi clausis oculis.

Pip. Qui stertit, tibi ostendit illum. A L B. Vidi hominem octo in manu tenentem, & de octonis rapuit septem, & remanserunt sex.

Pip. Pueri in scholis hoc sciunt. A L B. Quis est, cui si caput abstuleris, altior surgit.

Pip. Vide ad lectum tuum, & ibi invenies. A L B. Tres fuere, unus nusquam natus, & semel mortuus, * tertius semel natus, & bis mortuus.

Pip. Primus æquivocus terræ, secundus dō meo, tertius homini pauperi. A L B. Dic tamen primas literas.

Pip. I. V. XXX. A L B. Vidi fœminam volantem, rostrum habentem ferreum, corpus ligneum, & caudam pennatam, mortem portantem.

Pip. Socia est militum. A L B. Quid est miles?

Pip. Murus imperii, timor hostium, gloriosum servitium. A L B. Quid est, quod est, & non est?

Pip. Nihil. A L B. Quomodo potest esse, & non esse?

Pip. Nomine est, & re non est. A L B. Quid est tacitus nuntius?

Pip. Quem manu teneo. A L B. Quid tenes manu?

Pip. Epistolam meam. A L B. Lege feliciter.

N I K A-

ΝΙΚΑΡΙΟΥ ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ καὶ ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ.

Τί ψυχή;
Τὸ κινούμενον.
Τί ἄψυχον;
Τὸ μὴ κινούμενον.
Τί κοινόν;
Ζωή.
Τί φθόνος;
* * *

NICARII INTERROGATIONES & RESPONSIONES.

Quid anima?
Quod movetur.
Quid ſine anima?
Quod non movetur.
Quid commune?
Vita.
Quid invidia?
* * *

ΚΑΡΦΙΛΙΔΟΣ ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ καὶ ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ.

Τί Θεός;
Αὐτογενὴς θέασις.
Τί κόσμος;
Ἀχόρταστον χώρημα.
Τί ὠκεανός;
Φυσικὸς περίδρομος.
Τί ἡμέρα;
Ἀρχὴ καθημερινή.

CARFILIDIS INTERROGATIONES & RESPONSA.

Quid Deus?
Naturalis viſus.
Quid orbis?
Inſatiabilis capacitas.
Quid oceanus?
Naturalis circuitus.
Quid dies?
Initium cotidianum.

Τί

Τί γῆ;	Quid terra?
Καρπῶν μήτηρ.	Fructuum mater.
Τί ἄνθρωπος;	Quid homo?
Ὀλιγοχρονίου φάντασμα.	Minimi temporis fantasia.
Τί φίλος;	Quid amicus?
Ἀνέγκειτον κτῆμα.	Incomparabilis res.
Τί πλοῦτος;	Quid divitiæ?
Καθημερινὴ ἐξουσία.	Cotidiana poteſtas.
Τί λεγόμενα;	Quid dicta?
Τύφλωσις.	Cæcitas.
Τί πρόσταγμα;	Quid auctoritas?
Ἔνδεια.	Inopia.
Τί πλούσιος	Quid dives?
Σανὶς καταγελαστή.	Tabula deriſoria.
Τί ναύτης;	Quid nauta?
Κυμάτων ἑταῖρος.	Fluctuum comes.
Τί μονομάχος;	Quid gladiator?
Τύχης αἰτίαμα.	Fati querela.
Τί γυνή;	Quid mulier?
Οἰκεῖον ἀγόρειον.	Domeſticum nundinum.
Τί φθόνος;	Quid invidia?
Ὑπεροχή.	Exuperantia.
Τί γονεῖς;	Quid parentes?
Σπέρμα.	Semen.
Τί ὥριμον;	Quid maturum?
Χείμασις.	Tempeſtivitas.
Τί ἀκριβές;	Quid certum,
Ἀλήθεια.	Veritas.

Τί

Τί ὅλον;	Quid totum?
Διαβολή.	Crimen.
Τί μισητόν;	Quid odiofum?
Ψεῦδος.	Mendacium.
Τί εὐτυχία;	Quid felicitas?
Καιρός.	Tempus.
Τί ἀθῷον;	Quid innocentia?
Καλὸν ἐνθύμημα.	Bona cogitatio.
Τί νόμος;	Quid lex?
Ἀνάγκη.	Neceffitas.
Τί ἐπιείκεια;	Quid quietum?
Εἰρήνη.	Pax.
Τί φιλία;	Quid amicitia?
Καλοκἀγαθία.	Benivolentia:
Τί ἔχθεια;	Quid inimicitia?
Φθόνος.	Invidia.
Τί ἡμέρα ἑορτή;	Quid dies feftus?
Πρᾶγμα.	Caufa.
Τί θάνατος;	Quid mors?
Διάλυσις.	Solutio.
Τί ἰατρική;	Quid medicina?
Εὐχρηστία.	Commoditas.
Τί πιστόν;	Quid fidele?
Γῆ.	Terra.
Τί ἄπιστον;	Quid infidele?
Θάλασσα.	Mare.
Τί ἄπληστον;	Quid avidum?
Κέρδος.	Lucrum?
Τί κοινόν;	Quid commune?
Φῶς.	Lux.

Τί

Τί ἀκοινώνητοι;	Quid sine socio?
Βασιλεία.	Regnum.
Τί κάλλος;	Quid pulchritudo?
Φυσικὴ ζωγραφία;	Naturalis pictura.
Τί φωνή;	Quid vox?
Πνεῦμα.	Spiritus.
Τί δύναμις;	Quid virtus?
Ε'νδοξον ὄνομα.	Gloriosum nomen.
Τί ἁλιεύς;	Quid piscator?
Ι'χθύων σκοπευτής.	Piscium speculator.
Τί ἥλιος;	Quid Sol?
Οὐράνιος ὀφθαλμός.	Cœlestis oculus.

ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ ΦΡΟΝΙΜΩΝ.

Πρῶτον ἐπηρώτησεν ὡς αὐτῷ δόξειε πλέονας εἶναι τοὺς ζῶντας ἢ ἀποθνήσκοντας;

Οὗτος εἶπε ζῶντας. ἀνάγκη γάρ ἐστιν τοὺς ὄντας πλείονας εἶναι τῶν μὴ ὄντων.

Δεύτερον ἐπηρώτησεν, πότερον μείζων εἴη, γῆ ἢ θάλασσα;

Ο' δὲ εἶπεν, Γῆ. καὶ γὰρ ἡ θάλασσα ἐπὶ τῆς γῆς ἐστίν.

RESPONSA SAPIENTUM.

Primum interrogavit, Utrum ei videretur, plures esse vivos aut mortuos?

Is dixit vivos, necesse enim, qui sunt, plures esse quam qui non sunt.

Secundo interrogavit, Utrum major esset, terra aut mare?

Is dixit, terra: Nam & mare super terram est.

Τῷ τρίτῳ ἐπηρώτησεν, τί τερατωδέστερον δοκεῖ εἶναι τῶν θηρίων;

Tertio interrogavit, quod monstruosius esse videretur bestiarum?

Ὁ δὲ εἶπεν, Ὃ οὐδεὶς ἐπίσταται.

Is dixit, Quod nemo scit.

Τῷ τετάρτῳ ἐπηρώτησεν. διὰ τί μάχεσθαι συμβουλεύοιεν;

Quarto interrogavit, Quare pugnare consiliarentur?

Οὗτος εἶπεν, Ἵνα καλῶς ζώσοιεν, ἢ ἰσχυρῶς ἀποθνήσκοιεν.

Is dixit, ut bene vivant, aut fortiter moriantur.

Τῷ πέμπτῳ ἠρώτησεν, Τίς πρῶτος ἐγεννήθη νὺξ ἢ ἡμέρα;

Quinto interrogavit, Qui primus natus est, nox aut dies?

Ὁ δὲ εἶπεν, νύκτα μίαν πρότερον ἢ ἡμέραν.

Is dixit, noctem unam ante diem.

Τῷ ἕκτῳ ἠρώτησεν, τί ἄν τις ποιῶν γλυκὺς γίνεται;

Sexto interrogavit, Quid aliquis faciendo dulcis fiat?

Οὗτος εἶπεν, ὃ οὐ δύναται ἄλλος ἄνθρωπος ποιεῖν.

Is dixit, Quod non potest alius homo facere.

Τῷ ἑβδόμῳ ἠρώτησεν, Τί ἄν τις ποιῶν, ἀγαθὸς καὶ καλὸς γίνοιτο;

Septimo interrogavit, Quid aliquis faciendo bonus fiat?

Οὗτος εἶπεν, εἰ ὁ δυνατὸς ὢν, οὐδενὶ φοβερὸς εἴη.

Is dixit, Qui quum potens est, nemini metuendus est.

Octa-

Τῷ ὀγδόῳ ἐπηρώτησεν, πότερόν ἐστιν στερεώτερον, θάνατος ἢ ζωή;

Octavo interrogavit, Utrum esset firmius, mors aut vita?

Οὗτος εἶπεν, ζωή.

Is dixit, Vita.

Ἐννάτῳ ἐπηρώτησεν, Ἕως πότε καλή ἐστιν ἡ ζωή;

Nono interrogavit, usque quamdiu bona est vita?

Οὗτος εἶπεν. Ἕως ἂν λογίσωνται χρήσιμον εἶναι.

Is dixit, Donec arbitrentur utilius esse.

FINIS.



JACOBI J. F. F. GRONOVII

N O T Æ

AD

GRÆCAM

ENCHIRIDII

PARAPHRASIN.



JACOBUS J. F. F. GRONOVIUS
LECTURO S.

QUum intellexiſſem in nova hujus paraphraſeos editione calefieri typos, facile ſtatim paſſus ſum me adduci, ut ad ornamentum ejus pariter ac ſolatium Chriſtianæ rei hæc, quæ vides, evulgarem; & quibus hactenus ipſe ſolus fruens, frequenter uberrimo Medicææ erga Muſas Liberalitatis theſauro amantiſſimas gratias agebam, nunc confeſſio iſta duplicaretur, tuque particeps & conſors factus eodem plauſu magnifica illa ſcrinia proſequereris. Id quanquam tunc, ut dico, ſtatim conſtituerim, ipſum tempus interea fecit, ut promiſſionem iſtam meam nunc res multo promptius ſequatur, poſtquam paucis diebus, conferentibus operas Amſtelodamo ac Franekera, vidi eandem paraphraſin prodiiſſe cum quibusdam Arriani

ſcriptorum ſtuſtis ex recenſione neſcio cujus Capniæ. Eam recenſionem ſic ibi inſtitutam animadverti, ut nihil occurrat, quod impenſam vel emptoris vel typorum mereatur; nihil, quo appareat illum recenſentem vel minimum publico voluiſſe benefacere, vel operæ ſuæ ſubſidio, lectionis, quam inſtitues, ſcopulos amovere & explanare voluiſſe: denique nihil ibi niſi recoctam bona fide olidiſſimam cramben & meram loci ſui infamiam. Quum enim hæc ipſa, quæ cum ſumma voluptate noſtra collegimus, recognoveris, quot capita dices ab illo male ſedulo parario vel lecta unquam vel intellecta? vel etiam judicio aut Chriſtianæ pietatis aut Græcæ literaturæ dotibus polito recenſita? Sed hanc negligentiſſimam vanitatem ipſa hæc declarabunt. Arriani Tactica qualem ipſius recenſionem ſenſerunt? Videbis non longe ab principio vertiſſe Schefferum. *Sunt autem omnia illa ſcripta nunc quidem minus utilia, quippe in eorum facta uſum, qui jam tenent artem, atque ideo vocabula quoque armorum quorumlibet & acierum velut vulgo nota, commemorare omiſerunt, quæ nunc niſi exponantur, penitus ſunt incognita.* Non appoſui Græca; quoniam non id agitur, an Græcorum peritiam recenſor iſte habeat: immo an non indicium dederit hominis mente manci & meliore parte imminuti. Eas enim, Lector,

&

& crede talia ſcripſiſſe Arrianum. Quare quæſo id de ſuo tempore magis adfirmaret Arrianus, quam omnibus de ſeculis ante ipſum? Quod ſi jam Græca inſpicere placet, an ullum ibi ſignum diſtincti temporis exiſtit? Rurſum invenies de enomotia capite 10. (ſed ſic quoque inſaniam ille ſuam prodere debebat omittendis illis diſtinctionibus per capita, quæ rite ſapienterque appoſuerat Schefferus.) οἱ μὲν γὰρ ἄλλο ὄνομα τῷ λόχῳ εἶναι τοῦτο. Interpretantur illi, *quidam putant aliud quid ſignificare quam ordinem.* Quid? an mirum eſt pueros nos notaſſe non aliud Græca velle & indigetare, niſi quibusdam ἐνωμοτίαν vocabulum par vocabulo λόχος, & idem illi ſignificare? Nam aliud quid quam λόχον ſignificare etiam volunt illi, qui partem ejus quartam cenſent, atque ita plane evanidum erit hoc comma. Invenies cap. 9. μηκῦναι τὸ πρόσωπον verti ab iſtis *ſive contrahatur frons.* Invenies cap. 17. Synaſpiſmum illic deſcribi ἐπειδὰν εἰς τοσὸν δὲ πυκνῶσιν τὴν φάλαγγα. Agnoſcis Græca. Et hoc ab recenſentis perfidia, quum Schefferus ediderit ἐπ' ἂν, unde legendum erat, ἐπὰν εἰς τοσόνδε πυκνώσῃς τὴν φάλαγγα. Invenies illic inſignem cauſam, cur ἐπιστάται poſt λοχαγὸν debeant eſſe δεύτεροι καὶ τρίτοι, ſic ab Arriano reddi. ἤδη δέ τις καὶ μαχαίρᾳ τοῦ ἐναντίου ἐφικέσθαι ἐδυνήθη, ὑπερενεγκὼν ὑπὲρ τῶν ἔμπροσθεν τεταγμένων τὴν πλη-

γήν. Non quod hæc ſit unica ratio, ſed ſecunda ex tribus, cui tertia deinde ſtatim ſubnectitur, καὶ πεσόντος ἡγεμόνος ἢ καὶ τρωθέντος ὡς ἀπόμαχον γενέσθαι, προπηδήσας ὁ πρῶτος ἐπιστάτης εἰς λοχαγοῦ τάξιν τε καὶ ἀξίωσιν κατέστη. Sed has duas egregias & multum ſane diverſas rationes illic ſtolidiſſime confundi & ſic verti videbis. *Quod ſi accidat quem gladio ab adverſariis feriri, poteſt illato ei, qui ſtat ante ipſum, vulnere & vel cadente præfecto ſuo vel vulnerato & inutili facto ad pugnam procurrere Epiſtata primus.* Quam procul ab mente Arriani! quam prorſus hanc eſſe Græca dictitant. *Jam quoque aliquis* (eorum epiſtatarum) *gladio ferire hoſtem invadentem poteſt, ſuper & trans eum, qui anteſtat, plagam perferens. Rurſum quoque cadente duce aut etiam ſic vulnerato, ut pugnæ amplius intereſſe nequeat, proſiliens primus epiſtata in ducis loco ac dignitate ſe collocare poteſt.* Sed hos fœdiſſimos portenti iſtius ex Friſia nævos, & ſtigmata hodiernorum typorum, nihil fere niſi revomentium ea, quæ ſæpius cantitata ſunt, illic quodcunque cujusvis folii latus demonſtrat adeo multipliciter, ut pigeat pudeatque. Id ut in hac paraphraſi caverem, & appareret novæ editionis pretium, hæc & quæ ſequuntur, ſcripta crede, Lector, & Vale.

Quod at titulum attinet, Caſaubonus contra Barthium occœcatus pugnat & plane in tene-

tenebris, quippe non videns, quod prorsus illi videndum erat. Nam quæ scribendi ratio est ὑποθῆκαι ἐς ὑπόθεσιν? Utrum gentiles prisci sic loquebantur, an Christiani? Quidni ὑποθέσεις εἰς ὑποθήκην? Equidem mihi semper visæ sunt aliunde accessisse voces illæ Ἐπικτήτου τέχνη ἀνθρώπων διορθωτική, quale genus titulorum non est antiqui decoris; nunc vero auctoritatem meam fulcit egregia membrana Medicæa, quæ hinc demum incipit & correctissime exhibet Ὑποθῆκαι ἃς εἰς ὑπόμνησιν ἑαυτῶν &c. Negari utique nequit hæc omnia esse convenientissima. Quoties enim in his non occurrit μέμνησο? & secum loquens format sibi scrupulos ex vita tunc quotidiana venientes, & sibi consilium præbet. Itaque ego censeam ut posthac quidem inscribatur hic libellus non Παράφρασις ἐγχειριδίου, quod plane alienum hinc vocabulum est, sed ἐγχειρίδιον χριστιανῶν. Prorsus enim est ipsum enchiridion, sed ad Christianam modo disciplinam formatum. Et quid illud significet, jam clare explanat hæc largior interpretatio, quam restituimus.

CAP. I.

Μέμψη θεοὺς καὶ ἀνθρώπους] Miror gloriari ausum bonum virum, ab se correcta quæ satis obvia cuivis & manifesta. Quæ Christiana auris non offendit ad hæc gentilia? Emenda ocius

ocius θεὸν, ut vere in Mſ. Sed & habebat idem μέμφῃ καὶ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, nec cauſa eſt cur in tam tenui abiiſſe credatur ab Epicteto. Mox etiam οὐδείς σε ἀναγκάσει.

CAP. II.

Ἐαυτῷ ἐπιμελεῖσθαι] Imo ἑαυτοῦ, ut cap. 17. θατέρου ἐπιμελούμενον, ubi prave vulgo θάτερον.

CAP. III.

Φαντασίαν δεικνύουσι] Mſ. ἐπιδεικνύουσι. & mox ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὴν δοκίμαζε, plenius & planius, haud dubie; ne ſit neceſſe cum Merico vertere *rem ad has regulas exige.*

Μὴ περιπεσεῖν ἐκείνῳ ὃ ἐκκλίνεις] Verius & ad cuſtodiam Græciſmi ſuavius Mſ. ᾧ ἐκκλίν. Sic enim ſolent. Etiam noſter c. 36. περιπίπτῃς οἷς ἐκκλίνεις. Mox idem καὶ ὁ μὲν ὀρέξεως ἀποτυγχ.

CAP. IV.

Ἐὰν δὲ μόνα] Retinet Mſ. ex Epicteto ἐὰν μὲν οὖν μόνα. nec fuit cauſa mutandi. Saltem debuerunt ἐὰν δὴ μόνα. Sed & mox περιπέσῃς. Iterum καὶ τὴν ὄρεξιν δὲ ac denique τῶν τι ἐφ' ἡμῖν.

CAP. V.

Ὅτι φύσιν ἔχουσα] Imo ἔχουσιν, ut recte Mſ. Id

Id vere Græcum eſt, non alterum: & paſſim ſic occurrit.

C A P. VI.

Παῤῥησίας πλέον σου μετέχοντας] Mſ. πλείονός σου.

C A P. VII.

Καὶ τοῖς μάρτυσι] Tanquam ſoli ſic κατ' ἐξοχὴν dicti Chriſtianos exemplis ſuis animaſſent. Præclare Mſ. καὶ τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς μάρτυσι δεινὸν ἂν ἐφαίν. Sed & mox pleniſſime ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα ἢ ταρασσώμεθα ἢ λυπώμεθα. Etiam ſtatim αἰτιασώμεθα ἀλλ' ἢ ἑαυτούς.

C A P. IX.

Σὺ δὲ ὅταν λέγῃ] Immo λέγῃς ex Mſ.
Ἐπὶ σῶν ἀγαθῶν σεμνύνῃ] Et cur ita? Certe ex præcedentibus potuit apparere ſatis legendum eſſe ἐπὶ σῷ ἀγαθῷ σεμνύνου.

C A P. X.

Ψιμάδας συνάξαι] Quam vana eſt hariolatio Caſauboni pro voce corrupta ponentis ψακάδας? Quid igitur? an & Cicero ab Romanis illis ſcribit ſtillas guttaſve madoris cujuſcunque lectas? Nam quomodo ea vox interpretatur *umbiliculos?* Tædet talia vulgari ab eruditis. Sed & putet omnis ille locus. Quis enim

enim dixit aut ſupponit, eos qui aquatum exire jubentur, cochleas in tranſitu legere? Dicit *nihil vetat*? imo vetat publica ſitis, vetat tempeſtas, vetat edictum imperantis. Ne dicam ſtulte ſubductum navigium dici καθορμισθέν. Quin omnia ſic reſtituenda: τοῦ πλοίου καθορμισθέντος ἐξέλθοις ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργον ἐπὶ κοχλίδας ἀναλέξασθαι, ἢ ψηφίδας συνάψαι. hoc eſt, *navigio in ancoris quieſcente fit ut exeas aquatum, interdum quoque obiter conchas aut lapillulos corradas.* Sunt enim duo diverſa & diverſis temporibus agi ſolita, prout vel res jubet, vel occaſio invitat. ψηφῖδες paſſim ita appellantur. Lucianus in Timone. οὐδὲν τιμιώτερον τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων. In dialogis marinis Arethuſæ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφῖσιν. In Reviviſcentibus dicit Parrheſiades, ἀργύριον οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων διαφέρον. In Paraſito dicit paraſitus ita ſe cenſere de auro, ὡς οὐκ ἄν τις οὐδὲ πρὸς τὰς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδας ἀμελῶς ἔχοι. Suidas in βροντή. Et omnis hæc reſtitutio beneficium eſt membranæ Mſ. quæ etiam deinde clarior, μή τι ὁ κυβερνήτης σε καλέσοι· κἂν καλέσοι, πάντα &c. Et tempus & repetitio haud dubie ſunt genuina. Alterum ſic habes cap. 45. εἰ δέ ποτε καιρὸς καλέσοι. De altero ne quid celem in ipſo Epicteti enchiridio Mſ. ſic ſcriptum inveni cap. 12. μή τοι σε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ. κἂν καλέσῃ, πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι.

Ἐὰν

Ἐὰν δέδοικας] Nihil eſt, & ex Mſ. repone διδῶν.

Ἀνάγκη τοῦτο πιέσαι] Suavius in Mſ. ἄκων ἀνάγκῃ τ. π.

CAP. XII.

Εὑρήσεις γὰρ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον] Sine cauſa non veteres, ſed nuperi Chriſtiani cedere loco ſuo juſſerunt voculam αὐτὸ prorſus ante tertiam vocem nunc quoque inſerendam, ut in ipſo Epictetο. Quod addit Mericus, *qui non corpus, ſed animus es*, utrum non magis redoleat arrogantem ex ethnicis philoſophum, an pie Chriſtianum; utrum eo reſpectu & contemplatione Chriſtiani præpoſuerint curam animi, ac non potius alio, judicent alii. Ego certe hanc mantiſſam temere his adſutam plane non deſidero. Immo nec hilum huc facit, nec prodeſt argumento, quod hæc perioche inculcat.

CAP. XIII.

Ζήτει τὴν δύναμιν] Mſ. τινὰ δύναμιν.

Νικητὰς τῶν ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ προβαλλομένων] Quis credat Caſaubonianum nomen eſſe, à quo locus hic adſpici potuit quaſi rite recteque Græciſſans, quum ſit abſurdiſſimus? lege ex Mſ. optimo νικητικὰς. Sed & ibidem ὑποβαλλομένων. Quod hic rejectum infra invito

vito Mſ. libro intruſerunt, ubi plane locum non tuetur.

E'ὰν γυναικὸς πρόσωπον πειράσῃ σε] Mſ. clare habet πειράσῃς. An non manifeſtum indicium nunc quoque ſcribi debere πειράσῃ σε, ut mox προσφέρηται?

CAP. XIV.

Διὰ τινός σε ὁ θεὸς ἀπῄτ.] Mſ. διότι σε, etſi vulgato ſuus ſit honor. Sed deinde quoque Mſ. ᾧ δέδωκε, non ὃ δέδωκε.

Εἰ γὰρ ἀληθῶς ὀρίζῃ] Plane id ferri nunc nequit, etſi ad eundem modum verſio; quæ tamen bene habet ideo, quia ſequens φέρε alio modo extulit. Huic Græca quoque conſentire debent. Id ut fiat, corrige ex Mſ. ὀρίζεις. Non enim jam de Jobo amplius, ſed ſecum ipſe agit.

Φέρε ἐ δὲ καὶ πρᾴως τὸ βέλημα] Mſ. φέρε ἐ δεσπότε καί. Et mox ὅτι γὰρ νόμος δέλῳ. Itemque ὡς ἀλλοτρίων, ὡς ἐ ſine copula.

CAP. XVI.

Καὶ οἶος εἶ μακροθυμεῖν] Vertit ſane Mericus *& patientiam quanta opus eſt ſuperare tibi confidis.* Concedo Latinitatem. Quid de tota hac perioche agetur? an patientia & ἀπάθεια ſunt eadem? Deinde quare ei cui ſuperat jam patientia, dat conſilium ad ſe muniendum?

dum? Id plane tali jam præparato & confidenti supervacuum, ut prorsus etiam ipsum verbum μακροθυμεῖν, quod in optima membrana non exstat. Verte. *Sed comparare tamen* (scil. servum & opes) *stat tibi sententia, & potes.* Ergo quia sic utique vis, hoc faciens præmuni te, *incipe ab minusculis.*

Ἀλλὰ μὴν μὴ οὕτως ἔσται αὐτῷ καλῶς] Nihil intellectum Casaubono. Vertit, *neque vero ei tam bene sit.* Quid audio? an *sit* notat ἔσται? Ego didicerim ἔστω, & palam illud erroneum. Distinguendus aliter hic locus. ἀλλὰ μὴν μὴ οὕτως ἔσται αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ τό σε ταράττεσθαι; *Quid igitur? an ita bene cum eo agetur*, ita potens ac validus ille erit, *ut in ejus potestate sit futurum, te commoveri?*

Εἰ δὲ τούτων ἀπήλλαξαι] Fatetur Casaubonus ita se fecisse, intelligens τὰ ἴδια ἁμαρτήματα, quum apographum haberet τούτων. Hæc ut ingenua, sic prorsus ἄκαιρα. Ubi enim illa invenias in hac perioche, ut ad illa formes constructionem relativi? Nos etiam ita in Ms. invenimus, nisi quod illic erat εἰ δὲ καὶ τοῦτο & statim vidimus legi debere εἰ δὲ καὶ τούτου, scilicet τοῦ καταναοεῖν, τὴν σεαυτοῦ δοκῶν. Statim habet Ms. οὕτω πρὸς τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ παιδὸς ἔρχου.

CAP. XVIII.

Τὰ μὴ ἐπί σοι * θέλης εἶναι] Ms. clare τὰ μὴ ἐπί σοι, ἐπί σοι θέλεις εἶναι, nec dubi-

tandum de hoc; quin verum sit. Et mox, ἠλίθιόν ἢ ἐνθυμῇ.

CAP. XXI.

Ὡς ἐν συμποσίῳ οὕτω δεῖ] Mſ. ὡς ἐν συμποσίῳ σε δεῖ

Συγκληρονόμος ἀναδειχθήσῃ] Mſ. συγκληρονόμος τοῦ Χριστοῦ ἀναδειχθήσῃ, quod omnino admittendum.

CAP. XXII.

Ἐπὶ πένθει ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου ἢ ἀπολωλεκότα χρήματα] Insignis captatio variatæ constructionis: modo tamen constet ita scripsisse. Nam Mſ. simpliciter, ἐπὶ πένθει ἀποδημοῦντος τέκνου ἢ ἀπολωλεκότος χρήματα. Quam scripturam plus vice simplici interpretari queas.

Καὶ διὰ τοῦτο οὕτως θλίβεται] Mſ. καὶ, οὐ διὰ τοῦτο οὗτος θλίβ. Egregie quidem.

CAP. XXIII.

Εἰς ἣν σε ἔστησεν] Mſ. ἔκτησεν.

CAP. XXIV.

Εὐοδωθῆναι ὑπ' αὐτοῦ] Mſ. ὠφεληθῆναι ἐξ αὐτοῦ.

CAP. XXVI.

Ἣ μέγα δυνάμενον] Vox media abest ab Mſ. Et mox μακαρίους & ταλανίους.

Μόνον θεῷ ἀνακεῖσθαι] Mſ. μόνῳ, ut cap. 30. τῶν τῷ θεῷ μόνῳ ἀνακειμένων. cap. 62. ἄσκει δὲ σεαυτῷ μόνῳ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω. Unde & cap. 58. σεαυτῷ δὲ μόνῳ πρόσεχε, non obedio exemplari Mſ. in quo ibi est μόνον.

CAP. XXVII.

Καὶ ἐ τὸ συναρπασθῆναι] Umbras persequitur bonus Mericus, suspicans, accusans monachos, mutans; plane ipse vel febricitans, vel in somnia delapsus. Lege ex Mſ. ϰ πειρῶ μὴ συναρπασθῆναι. Reliqua ut in ipso Epicteto. Sed & paulo ante ὅτι σὴ ὑπόληψις.

CAP. XXIX.

Παρασκεύαζε αὐτόθεν] Sic habet Mſ. ut est etiam in Epicteto. Et cur ab aliis Christianis antiquis omissum censebimus?

CAP. XXXI.

Ἢ πρὸς ἄλλον ἐπὶ χειροτονίαν ἐλθεῖν] Quam prave intellecta sint hæc verba, satis patet ex ineptissima versione. Ergone electiones aut consecrationes sacerdotum in aliena domo celebratas ita ille novit? Præclare Mſ. ἢ πρὸ ἄλλων ἐπὶ &c. Id prorsus desideratur.

Οὐν ἐν μόνοις δεῖ με εἶναι] Prima vocula prorsus est supervacua, nec habet Mſ.

Εἰ δὲ ὑποβάλλει] Sic Mſ. & plana sunt omnia.

Ἂν μὴ ἔχει αὐτὸς] Mſ. ἂν μὴ ἔχῃ αὐτὸς.

Τηρῶν ἐμαυτὸν] Vox prior non est in Mſ.

Ἀλλ' ἐνοχλοῦσι οἱ λογισμοὶ] Mſ. ἀλλ' ἐνοχλοῦσί σοι οἱ λογισμοί. Et sequentia. λέγοντες, τούτοις εἰ μὴ στέρξωμεν.

Λέληθε δὲ τοὺς πολλοὺς] Mſ. τοῖς πολλοῖς.

Οὐδὲ γὰρ εἰς τοῦτο ἔταξας ἑαυτὸν] Mſ. οὐδὲ γ' ἀφέταξας σεαυτὸν εἰς τοῦτο, οὐδὲ τοῦτο ἐπηγγείλω.

Nec quicquam in ſequentibus aut deeſt aut mutari debet.

Μὴ τούτων ὄντων]' Imo ὄντες ex Mſ.

Τούτων οὐδὲν σοι προσήκει ζητεῖν] Mſ. τούτων οὐδενός σου προσήκει ἐπιζητεῖν. & mox δι' ὧν ἐπηγγείλω πληρώσεις. Poſtea Mſ. τέως μὲν οὖν οὕτως ὁ λογισμός.

Εἰ δὲ ὅτι οὐ δύνασαι ποιῆσαι]' Locus male intellectus & infeliciſſime verſus, quem egregie ex Mſ. reſtituo minima ope εἰ δ' ὁπουν δύνασαι π. Paulo ante Mſ. idem, λείψει αὐτῇ ὁ χαλκεύς.

Ἁρμόττειν λέγοντες] Mſ. ἁρμόττειν σοι λέγοντες. & mox, εἴκειν εὐχαριστοῦντά σε ἐν τῇ τάξει. itemque ἠξιώθημεν, quod unde in interpretatione poſuit Caſaubonus? Deinde ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἦν.

CAP. XXXII.

Incipit ita: Εἰ προετιμήθη ὅτι ἔτυχεν] Mſ. ὅτι τέτευχεν, & mox τὸ τυχεῖν. Temere hic autem interponuntur aſteriſci, quum ſententia plena ſic ſit efferenda. Si vero mala (ſcil. ſint illa, nempe cœnas captare divitum, ſalutari, adhiberi, hoc eſt, ſi non niſi per indignas & malas artes adquiruntur) ſcias fieri non poſſe, ut non eadem faciens ad acquirendas res quæ ſunt extra poteſtatem noſtram, tamen paria iis qui talia faciunt, nanciſci queas.

Ὁ μὴ παραπέμπων] *Qui non adſectatur.* Credo

Credo videlicet inſtar præſidiarii militis aut claſſis, ne quid mali patiatur. Hi enim Græcis dicuntur προπέμπειν. Immo προπέμπων ex Mſ. hoc eſt, deducens velut anteambulo. Id erat conſpicuum in urbe & adulationibus.

Ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θείδακας] Enimvero hic locus erat ſignandus aſteriſco. Quæ ſodes hæc comparatio eſt? *ut lactucas habet ille, ſic tu obolum, quem non dediſti.* Quis eſt ille qui habet lactucas, & quicum comparatur ille, qui obolum non dedit? Haud dubie quia nemo alius præcedit, ille qui lactucas emit. Jam certe nulla eſt in eis comparationis gratia: immo nec eſt dicenda comparatio. Sic magno ulcere obſcuratur ſuavitas ſcriptoris, quam ſic ope Mſti repono, deletis primo vocabulis ἔχειν τὰς, quæ nullæ ibi leguntur. Dein mutata diſtinctione ſcribo. Μὴ οἴου ἔλαττον ἔχειν ἐκείνου. ὡς γὰρ ἐκεῖνος θείδακας, οὕτω καὶ σὺ τὸν ὀβολὸν οὐ δέδωκας. Hoc eſt, *Ne cenſeas minus te habere quam illum* (non qui compararit lactucas, ſed qui vendit, cui obolum vel adulationum indecoras blanditias porrigere debes.) *ſicut enim ille lactucas, ita tu quoque obolum non dediſti.* Deinde rurſum Mſ. ὅσου πωλεῖ τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου πωλεῖ &c.

Εἰ ἐκείνου ἐπιθυμῶν * βούλει] Nonne rem magnam præſtitit Mericus, dum ſive volente ſive invita Minerva voluit utique & interpretari locum & ex ingenio ſupplere? Videa-

S 3 mus.

mus. Putat rem planam esse, si modo legatur μὴ βȣλ̓, & huc quoque vergit interpretatio. Sed quam ingrate & incondite illa? *si convivii cupidus & tamen istius particeps fieri.* An non enim prorsus eadem? & quo ista tam parvo spatio repetitio? Longe illi iste corrigendi spiritus, & aliter prorsus, etiam ultra quam credas eleganter, ab auctore scriptum docet Ms. unde ita supplendus hic locus. εἰ ἐκείνȣ ἐπιθυμῶν βȣλ̓ ταῦτα περιέσθαι, δὸς καὶ λήψῃ· εἰ δὲ ταῦτα θέλεις μὴ προέσθαι, καὶ τȣ̃ δείπνȣ τυχεῖν, ἄπληστος εἶ. Pereximie profecto. Tu vertes. Mox plane Ms. τί ἕξεις ἀντὶ τȣ̃ δείπνȣ.

Οὐ̃ν αὐτὸς ἤδη] Ms. ἤδη. Mox pro illis κἂν κακὰ etiam κἂν καλά.

Τὸ ἀιθυμακȣ̃σαι] Nimis abiit ab se Casaubonus, dum conjectura nimis quam remota hanc ignoratam vocem sanare conatur. Unica modo litera mutata ex Ms. scribendum ἀνθυπακȣ̃σαι. Etiam deinde rectius διεγεῖρον & in fine ἐκκόπτοιτο.

Cap. XXXIII.

Ἐὰν παιδίον ἄλλȣ ἢ ἀδελφὸς ἢ ἄλλος πελῦτ.] Mirifica sunt illa ἄλλȣ ἄλλος & ingeniosum acceperunt interpretem. Sed recte Ms. παιδίον ἄλλȣ ἢ ἀδελφȣ̃ ἢ φίλȣ. Sic habuimus cap. 5. ἐὰν ἀδελφὸν ἢ φίλον. Etiam supra Ms. ὅτι τ̃ γεγονότων, omisso verbo ἐστίν. Postea lege ex eodem καὶ ἐπὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις. Id Græcum est, non vulgatum.

Κα-

Κατηγορῶν] Id vero dubito, an Christiana constantia non permittat. Sed videtur interpres aliter legisse, ut legi debet, κακηγορῶν, & habet Mſ. Sed & ante legebat idem μήτε παρέξη λοιδορῶν ὡς ἡ κακηγορῶν. Et similiter cap. 44. idem præfert διόμενος ἐκεῖνος ἔργον ποιεῖν κακῶς λέγῃ, non κακῶς με λέγῃ. Statim quoque ὅπως σε εὐχερῆ, & in fine, ὅταν θέλῃ ψεύδεσθαι.

CAP. XXXIV.

Πρὸς ἀγαθὸν] Mſ. πρὸς ἀγαθὸν πατέρα. Nihil autem mox deest.

Αὐτὸ δὲ τοῦτο χρεωστεῖς] Mſ. αὐτὸ δὲ το.. ἐχρεωστεῖς. Videtur fuisse αὐτὸ δὲ τόδε χρεωστεῖς.

CAP. XXXV.

Τήρει τὴν τάξιν] Mſ. τήρει τοιγαροῦν τὴν τάξιν.

Ἐκεῖνος * ποιῆσαι] Lege ex Mſ. ἐκεῖνος ποιήσει, *quid ille ſit facturus.*

Ὑποβάλλεις βλάπτεσθαι] Verbum poſterius non eſt in Mſ. & deinde ex eodem lege τὴν ἐπιβάλλουσαν σχέσιν. Non aliter loquuntur Græci.

CAP. XXXVI.

Ἀκολουθεῖν ἑκόντα εἰς οἵαν σε βούλεται τάξιν εἶναι] Non eſt prætereundum particulam illam σε non legi in Mſ. unde mihi certum eſt, illos qui infarſerunt Græcarum deliciarum ignaros ſic putaviſſe hæc conſtruenda, ἑκόντα ἀκολουθεῖν εἰς οἵαν τάξιν βούλεταί σε εἶναι, quod perquam foret plebejum, quum ſana ratio Græca longe aliam ſyntaxin poſtulet, nempe ἀκολουθεῖν ἑκόν-

πα εἶναι εἰς οἵαν βούλεται τάξιν. Plane ac si verbum εἶναι nullum esset. Sic Lucianus tom. 1. pag. 457. ἐδόκουν ἑκόντες εἶναι ἐπιλανθάνεσθαι αὐτῶν. & pag. 652. μηδὲ τὸν ἕτερον πόδα ἑκὼν εἶναι ἀπολειπόμενος.

Α'ρης ὁ οὐκ ἐφ' ἡμῖν] Mſ. ἄρης ἀπὸ τῶν.

Προσέχοντα τῷ προσαυτίκα ὡς ἡδεῖ] Insanum hic sudavit interpres ut justam sententiam absolveret. Dicit *eis ut maxime jucundis*. An id quoque dicit Græcus auctor? Similiter illa τῷ προσαυτίκα vertit, *quæ præsentia sunt & momentanea*. At sic Græci usurpant παραυτίκα atque adeo ipse S. Paulus 2 Cor. 4, 17. Membrana haud dubie innuit aliud quid latere, præferens προσαίνῃ. Neque falli me reor, si statuero inde scribendum. τῷ προσαυγεῖ. Sententia plana & elegantissima restitutio est. Falli dicit eum, qui res splendidas & fulgentes & nitore suo adblandientes (ut sunt magistratus & προεδρείαι) ambiat, easque captet, ut in quibus dulcedo vitæ resideat. Sed & egregie reponit Mſ. προστρέχοντα, velut in tenebris currentem & dirigentem se ad ea, quæ maxime extrinsecus splendentia incurrunt in oculos. Sic habemus cap. 47. λαμπροὺς τοῦ κόσμου.

CAP. XXXVII.

Ε'κάστῳ προσήκει] Nullam singularem vim habet hoc loco vox prior. Nam non hæc magis, quam priora ἑκάστῳ προσήκουσι. Sed in illis

lis omisit, quia nemo nescit eum prorsus agere cum genere humano. Inde recte Mſ. eam ignorat.

CAP. XXXVIII.

Μᾶλλον δὲ τὸ θέλημα αὐτοῦ αἰτώμεθα πάντοτε] Præ intempestiva pietate insanivit ille, cujuscunque hæc sunt verba. Haud dubie is hæc interposuit respiciens ad formulam nobis ab Servatore nostro traditam. Sed ex eadem patet hoc illicitum esse, neque quum ipse Christus nobis dictaverit preces de sanctificatione nominis Dei, de regni ejus adventu, ille potestatem habuit inde alicujus unius excerpendi, & præ aliis inculcandi esse potius precandum, ut voluntas ejus fiat. Præterea quis ille Græcismus est, αἰτεῖν τὸ θέλημα, pro αἰτεῖν ὅτι γένηται τὸ θέλημα? Plane indignum elegantia hujus libelli. Itaque prorsus insititium est hoc comma, & sine mora corrigendum judico ex sanctitate veteris membranæ, ἢ τῶν ἄλλων τῶν ἐκτὸς αἰτώμεθα, εἰδότες ὅτι καὶ προγινώσκει. &c. Hujus vero lectionis æquissimus est sensus, ut non singulatim opes aut aliud quidquam rerum quæ extra nos sunt, nec ad nos pertinent, sed nos incaute & imprudenter ad nos pertinere putamus, ut sunt omnia corpori inservientia, rogemus, sed ut petamus ea nobis indulgeri, quæ Deus ipse sciat necessaria nobis esse, & quibus nos indigere omniscius ejus oculus conscius est; cui nego-

tio decernendo tenuitas nostra non est. Hæc vero qui leget, quique ut omnes has ὑπομνήσεις, ita hanc quoque ab viris non modo Christianis, sed haud dubie illo tempore Christianæ Ecclesiæ Doctoribus & luminibus concinnatam esse persuadebitur, ut sum profecto persuasus, quis credet tunc vel Ecclesiam illam, vel Ecclesiæ illius Pastores vel ipsos precatos esse vel credentes jussisse precari panem quotidianum, ut nunc precantur omnes, illum ἄρτον ἐπιούσιον mirificis tormentis & injustis ambagibus illuc deflectentes? Hoc certe paragrapho Christiani vetantur precari περὶ τῶν ἐκτὸς, in quibus est haud dubie pulcher ille panis quotidianus. Nec temere sic scribitur hoc loco in his memorialibus, sed plane sic rursus definitur modus Christianarum precum in capite LXX. ὃ γὰρ τῷ Θεῷ φίλον, τοῦτο ἡμῖν γενέσθαι αἰτούμεθα. Non vult quia nobis aliquid carum est & allubescit, quia nos nobis placemus habentes panem quotidianum, ideo id licere precari aut tunc Christianos precatos esse innuit, sed quod ipsi Deo probatur. Negat à nobis definiendas esse res, in quas formulam precationis concipere ipsi debeamus, sed plane jubeamus eas pendere ab bonitate & sapientia divina. Idem respexit quoque ipse Servator noster, quum ἄρτον ἐπιούσιον dari nobis σήμερον jubet precari, ut multis probare possemus, quod non est hujus loci. Etiam mox legit Mſ. κήδεται πάντων.

CAP.

CAP. XXXIX.

Εἰ δὲ ἄλλοι τῶν τοιούτων ἄρξονται] Mſ. τοιούτων λόγων ἄρξωνται & dein, οἷος εἶ.

CAP. XLI.

Ἀπόκρινε] Mſ. ἀποκρινοῦ.

CAP. XLII.

Ὅλως περίγραφε] Mſ. ὅρα.

CAP. XLIII.

Ἀσκητέον] Æque perverſe ac in Mſ. ἀσκλητέον, pro ἀσκητέον.

CAP. XLV.

Μηδὲ ἃ ἴδῃς] Mſ. εἴδῃς, & μάλιστα δὲ ὅσα.
Πολλάκις εἴπῃς] Mſ. εἴποις.

CAP. XLVI.

Εἰς οἰκίας τινῶν μὴ ἧκε μηδὲ ῥαδίως πάρειθι] Tantum diſcrimen eſt inter ἧκε & πάρειθι, quantum inter *veni* & *accede*, quæ ineptiſſime ſibi ſubſtituere potuit interpres. Lege ex Mſ. μὴ εἰκῇ μηδὲ ῥαδίως. Nam quod idem hic interpretationem gravat exponendo quaſi voculam τινῶν, ejus gratiam illi facimus. Hæc ſæpe ab Græcis junguntur. Deinde etiam, παρὼν & φύλαττε.

CAP. XLVII.

Ὅτι οὐ μέμνηται] Mſ. καὶ ὅτι. Etiam ſtatim ἀποκώψουσι σε οἱ π. item ἃ αἰτεῖς. Deinde ἐγὼ μὲν μεμελέτηκα, ἃ ἤμην αἴτιος ἀποστῆναι.

CAP.

CAP. XLVIII.

Ἀπίςω τὸ σεαυτοῦ] Præclare Mſ. ἀπίςω τῶ σῶ σεαυτοῦ. Deinde ἐπισφαλὲς δὲ καὶ τὸ εἰς δυςραπελολογίαν.

Δωρολογεῖν] Eximie Mſ. γελοιολογεῖν, & ſtatim pro ἀκαιρολογία in eo legitur λακαιρολογία, unde λακερολογία faciendum diximus & probavimus opinor in exercitationibus noſtris de Juda proditore. Habet deinde Mſ. ὅταν οὖν αἴσθῃ.

CAP. XLIX.

Συγκαταθήσῃ τῇ δοκούσῃ] Mſ. συγκατάθῃ. & deinde λοιδόρησαι. Non expreſſit perſpicue interpres.

CAP. L.

Τοὺς ἐπιπλήξοντας] Et cur non ἐπιπλήξαντας? ita ſane Mſ.

CAP. LI.

Ὅταν συνεθίεις τινὶ] Et cur non συνεθίῃς, ut toties in prioribus, & ſic plane Mſ, qui etiam cap. 52. ἀσχημονήσῃς. at ſtatim παραβάλλῃ, & mox: ἀπεχθῆς αὐτῷ φανήσῃ καὶ μᾶλλον.

CAP. LIV.

Οὐ * τῶν ὀρέξεων] Mſ. ſupplet, οὕτω καὶ ἐπὶ πασῶν τῶν ὀρέξεων. Igitur & paulo ante auſcultes eidem legenti καθάπερ ἐπὶ τοῦ ὑποδήματος, omiſſa adverſativa, quæ locum hîc nullum habet.

CAP.

CAP. LVI.

Ἐνθυμοῦ οἰόμενος] Mſ. interſerit ὅτι, & recte. Mox etiam τῶν δὲ μὴ ἐφ' ἡμῖν.

Ὥσπερ οὖν εἰ μακρόν σε ἔλεγε κονδὸν ὄντα] Imo contra Mſ. εἰ μικρόν σε ἔλεγεν. Et neſcio cur nihil huc attulerit Mericus, quum aliter edens, aliter concinnandam putaverit interpretationem, quæ ſane talis eſt, ut Hylæ ſaltantis μέγαν Ἀγαμέμνονα, & ideo ſublimem ingentemque mentientis reprehenſionem mereatur, utpote qui μικρῷ, quem puſillum interpretatur, opponat procerum, quum κονδὸς non tam videatur procerum interpretari, quam craſſum & corpus denſi fili, tumidum & non gracilem.

Ἀόργητος] Mſ. ἄοργητος. Deinde Mſ. παρ' οὗ ἥκιστα ἐχρῆν.

Ἢ ὅτι τούτῳ οὐκ ἐχρῆν] Mſ. τοῦτον. Mox ἔξιν ἐν σεαυτῷ ποιήσεις.

CAP. LVII.

Ἐγώ σου λογιώτερος] In Mſ. nulla nota defectus poſt hæc: nec deeſt quicquam. Sed deinde ſic ſupplendum ex ea. ἡ ἐμὴ κτῆσις τῆς σῆς κρεῖττον, καὶ ἡ ἐμὴ λέξις τῆς σῆς κρεῖττον. σοὶ δὲ οὐδὲ κτῆσις οὐδὲ λέξις. Κρεῖττον clare habet Mſ. nec puto mutandum, quum ſic perſæpe mutent Græci genus elegantiæ ergo. κρεῖττον ſcil. πρᾶγμα vel χρῆμα. Patet ſatis, quam perverſe adminiſtraverit omnia Caſaubonus.

CAP.

C a p. LVIII.

Καὶ μὴ ἀ στοχάζῃ] Post hæc verba non sequitur distinctio talis in Mſ. quasi novum caput succederet, sed connexa serie satis liberaliter omnia sic integre exhibentur. καὶ μὴ ἀ στοχάζῃ. οἷον ἔπιέν τις πολὺν οἶνον· μὴ εἴπῃς ὅτι κακῶς. ἀλλ' ὅτι ἔπιεν. ἐλέσατό τις; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ἐλέσατο. ἔφαγε &c. Vides magnam tibi lucem nunc splendere, qua penitus caruit Casaubonus. Quando suadebunt Christiana dogmata, ut cui liceat alium sic accusare, quasi biberit multum?

Ἔφαγέ τις πρωΐ ἕτερος] Vox posterior non est in Mſ. In sequentibus deleto asterisco scribendum ἐκεῖνον δὲ κακῶς αὐτὸ πεποιηκέναι, illum autem ideo male fecisse, quia morbus cogebat; per quem illud, quod videtur malum, & ille matutinus cibus in homine vegeto arguendus, excusatur.

C a p. LX.

Τοῦτο γὰρ ἄπος.] Mſ. τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος. In sequenti capite prorsus Mſ. ἡ ὄντως κατάληψις. tum quoque δυσχερὴς, τοῖς πολλοῖς δὲ καὶ ἄγνωστος.

C a p. LXIII.

Μὴ κατάξηρον ἐπιδείκνυέ σου τὸ στόμα] Quam ridicule auferri se passus Casaubonus, dum parem his interpretationem dedit, plane aridiorem isto ore arido? At quid opus erat habere os aridum, quum posset ὑδροποτεῖν? ut præcedenti capite. Corrupta omnia. Et agnosce

ſce egregiam membranæ Mediceæ opem, quæ legit ἐπιδείκνυε τὸ σῶμα, & in fine ξηρὸς ἦς.

CAP. LXIV.

Θεοφίλυ ἀνδρὸς] Mſ. Θεοφιλῶς δὲ ἀνδρός. Alius Θεόφιλος, alius Θεοφιλής. & mox iterum ἀφ' ἑαυτῦ προσδοκᾷν, non ἐξ.

CAP. LXV.

Ὡς ὄνος ἦ] Mſ. ὡς ὄνος ἦν ὄνος. Et hæc eſt loquutio ſacrarum literarum.

Κἂν τις αὐτὸν ἐπαινέσῃ] Mſ. ἐπαινῇ. Et deinde εἰς ψευδολογίαν ἐμβάλλοιτας.

Παρέχεται] Mſ. παρέχεται. Et mox ἀνειμένη. Deinde ἐνί τε λόγῳ.

CAP. LXVI.

Τῶ τὰ ἀπ' * αὐτῶν] Mſ. τὸ ποιεῖν τὰ ἀπ' αὐτῶν.

Ἐπὶ δὲ τὸ ἐξηγεῖσθαι μόνον σχολάσεις] Mſ. μόνῳ & priora exeſa ſunt. Tamen hinc patet fuiſſe ἐπὶ δὲ τῷ ἐξηγεῖσθαι μόνῳ. Sic quoque ſtatim Mſ. ἐν τούτῳ μόνῳ διαλ.

CAP. LXVII.

Ἐνθυμοῦ ὁποῖα] Interponit Mſ. δέ.

Παράσχῃ τὰ ἑαυτοῦ ἔργα] Mſ. παράσχῃ τούτῳ τὰ & omnino melius.

CAP. LXVIII.

Προτίθεσαι] Mſ. προστίθεται.

Ὡς παρανομῶν ἑαυτῷ ὁ ἀφεὶς] Quid tum erit, ſi legatur ὁ σέβεις, quod ſic tantopere commendat Caſaubonus? Mſ. παρανομῶν ἐν αὐτῶν ἀφείς. Immo clare hinc apparet legi oportere ὡς παρανομῶν ἐν αὐτῶν ἀφείς. tanquam peccaturus,

rus, si vel unum ex illis destituas. Sed & statim rectius φροντίσας.

C A P. LXIX.

Ἐν τῇ ἀσκήσει καὶ προσοχῇ] Egregie Mſ. ὡς τέλειον ποιήσει, καὶ πρὸς ὃ χρή. Et mox καὶ ἤδη πάρεστιν. Tum etiam ἀστεφάνωτον παρέχεται.

Εἰ καὶ μὴ εἶ Παῦλος] Mſ. εἰ καὶ μὴ ὡς Παῦλος.

C A P. LXX.

Ὅπου σου καὶ ὅπως φίλον σοι] Mſ. ὅπου σοι καὶ ὅπως φίλον.

Καὶ προσφιλής] Mſ. plene καὶ θεῷ δὲ προσφιλής. Male paulo ante editur ὡς ἧς pro ὅς ἧς.


Εὐχόμεθα] Mſ. αἰτούμεθα.

C A P. LXXI.

Συσκευάζονται] Imo συσκευάσωνται, ut Mſ. & mox χωρήσωσι.

Μὴ φοβεῖσθαι λέγων] Hæc & male duplicantur, & finem harum ὑπομνήσεων plane non decora nec perfecta coronide terminatum eleganter & pie & haud dubie vere replet Mſ. hoc modo: ὁ κύριος, λέγων: μὴ φοβεῖσθε ἀποκτεινόντων ἢ τεμνόντων τὸ σῶμα. τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. Εἴη τὸ ὄνομα κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

F I N I S.



Intiero ed parteggiato
ed una tavola intermezza
il dì 19 xbre 1838.